ATHENAE LUBECENSES SIUE DE ATHENAEI LUBECENSIS...

Johann Heinrich : von Seelen

Digitized by Google

6
7-D
23

6-7-D-37

6-7-D-23

Digitized by Google

ATHENARVM LVBECENSIVM

PARS IV

siue

HISTORIA

ATHENAEI LVBECENSIS

ex

FIDE DIGNIS MONVMENTIS

conscripta, &

variis Epistolis ac aliis Documentis rarioribus,

magna ex parte adhuc ineditis, instructa.

Insertum est Cap. XIV

SVPPLEMENTVM EGREGII OPERIS EPISTOLICI BVRMANNIANI,

Epistolas vel a Kirchmanno, vel ad Kirchmannum scriptas, nunc primum editas, complectens.

Accessit

de MSStis Mellianis Histor. Lubecens.

ad V. C. Michaelem Richey Epistola.

Auctore

IOAN. HENR. a SEELEN
Rect. Lubec.

LVBECAE,
Apud PETRVM BOECKMANNVM.
LEOBVRGI, Literis PFEIFFERIANIS. 1722.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRIS
Magnificis, Illustribus, Consultissimo,
DOMINO
ADOLPHO MATTHAEO RODDE,

ac
DOMINO
PETRO HENRICO TESDORPF
Lib. Imp. Reip. Lubecensi.
Consulibus primariis
immortalium meritorum gloria eminentissimis,
Scholarchis
grauissimis excellentissimisque,
Maecenatibus
ad cineres demisse colendis,
hanc
Athenaei Lubecensis Historiam
D. D. D.
IO. HENR. a SEELEN.

Digitized by Google

* * *
* * * * * *

Immortalem, quam Vobis, PATRIAE PATRES optimi, dudum pepererunt publicae res praeclarisſime geſtae, gloriam, non parum auget laudatisſima cura, qua SCHOLARCHAE exoptatisſimi litterarum etiam rationem habetis. Litteras fulcra reipublicae, fontes ſalutis ciuium rectisſime dixit ſapientisſimus Romanorum Conſul, Tullius. Idem Vos, MAGNIFICI CONSVLES, ſentire, luculenta indicia me docuerunt. Saepe recordor, & ſumma cum voluptate recordor, ſermonum, quos mecum de

Digitized by Google

de rebus ſcholaſticis, hoc corrupto ſaeculo, hisque difficillimis temporibus, emendandis, conſeruandis, amplificandis inſtituere VOBIS placuit. Hinc non raro praedicaui ſummum erga bonas litteras amorem, quem in VOBIS demirandum offendi. Imo gratulatus ſum Athenaeo noſtro, litterarum officinae haud ignobili, tam ſapientes, tam graues, tam beneuolos SCHOLARCHAS. Seruet VOS proinde ſupremum Numen: ſeruet diutiſſime, vt toti Reipublicae, ſic etiam litterario noſtro Gymnaſio: &, cum aliquando, ſicut

Digitized by Google

omnium rerum, ita huius etiam, erit vicisſitudo, Scholarchas VOBIS haud disſimiles ſemper reddat. Ego ſubmiſſae venerationis, qua tantos Muſarum Patronos proſequi fas eſt, documentum volui extare ſub initium Hiſtoriae Athenaei Veſtri, quam nemo maiori iure, quam Vos, MAGNIFICI SCHOLARCHAE, ſibi poteſt vindicare. Quare Vobis etiam, Veſtroque patrocinio eam totam trado, ac de nota meliori commendo, vt hic meus labor, ad quem horis ſubſeciuis exantlandum ſolus erga veſtrum Athenaeum amor me im-

Digitized by Google

impulit, optato fine non deſtituatur. DEUS autem iubeat per Vos, PATRIAE PATRES, Ciuitatem: per Vos, OPTIMI SCHOLARCHAE, Athenaeum felicisſime florere. Sic non eſt dubium, quin Veſtra cura ſaluberrima, Veſter amor erga communem ſalutem maximus, Veſtra circumſpectio prudentisſima flori & publicae & ſcholaſticae rei maiora ſemper largiatur incrementa, Veſtraque gloria (cum qua ſummam felicitatem nullo non tempore coniungat ſupremus rerum arbiter!), meam laudem ſuperans, magis ſemper magis-

Digitized by Google

que amplificetur. Valete, DOMINI mei, CONSVLES ac SCHOLARCHAE MAGNIFICI, & me, deuotum porro cultum atque obſequium Vobis ſancte ſpondentem, conſueto quoque fauore in poſterum beate. Scr. Lubec. V Id. April. A. MDCCXXII.

PRAE-

PRAEFATIO.

LECTOR BENEVOLE!

QUae reſtabat ex iis, quorum tecum communicandorum in generali Athenarum Lubecenſium titulo ſpem feci, HISTORIA ATHENAEI LVBECENSIS, *ea nunc tibi exhibetur. Niſi praeter opinionem creuiſſet adeo, vt vnamquamque Athenarum partem magnitudine ſuperet, addidiſſem nonnulla Supplementa, quae aliquando his Athenis eſſe acceſſura, nolo pro certo affirmare, tum quia igno-*

Digitized by Google

ro, quousque vitam meam ſupremus rerum arbiter ſit prorogaturus, tum quia alii labores, ſi vita & valetudine porro Numinis benignitate frui licuerit, in poſterum erunt exantlandi. Interim vt multa iam notaui, ita, quae porro ſeſe offerent, ſedulo annotare non intermittam, de reliquo dictas ob cauſas nihil certi promittens. Plurima Supplementa admittunt Partis I & II Sectiones Theologorum, quibus, quae deſunt, pleniſſime adiiciet vir celeberrimus & mihi amiciſſimus, Caſpar Henricus Starckius, in Lubeca Lutherano-Euangelica, quod praeſtantiſſimum opus, quo non ſolum Lubecam, ſed vniuerſam rempublicam ſacram ac litterariam ſibi reddet valde obſtrictam, vt felicisſime ad finem perducat & in lucem edat, ex animo voueo. Huic ſi nimium voluiſſem praeripere, de multis Theologis Lubecenſibus fuſius eſſem commentatus, de quibus pauca modo in medium attuli ideo,

ideo, ne doctissimo Starckio eos promeritis laudandi occasionem adimerem. Indices, promissi memor, adiecissem etiam, si maxima temporis penuria eos adornare permisisset, & nisi cogitassem, quod in Athenis Lubecensibus ordo alphabeticus, semper obseruatus: in Historia Athenaei caput vltimum indicum vicem praestarent. AEre itaque tuo, benigne Lector, me liberatum puto, dum hanc Historiam tibi trado. Est illa ex fide dignis documentis ita consignata, vt veritatis vbique rationem habuerim, ac boni Historici partes quouis modo contenderim implere. Idcirco non potui omnia odiosa praetermittere, sed veritatis studio ea me oportuit nonnunquam referre, quo verum Athenaei nostri statum, veraque eius fata rite describerem. Multa debeo Actis Rev. Ministerii Lubecensis: nonnulla codici Formulae Concordiae, in quo autographae subscriptiones Collegarum:

garum: nec non Calendario Eberiano, a B. Andrea Pouchenio, Superintendente Lubecenſi, variis annotationibus MSS. aucto, pro quibus benevole mecum communicatis ſumme ven. Praeſuli noſtro D. Georgio Henrico Goetzio (quem meritisſimum Theologum Numen diu ſeruet!) non poſſum non gratum animum publice declarare. Rariſsimum Bangertinum Catalogum Rectorum & Collegarum, ad quem etiam ſaepe mihi fuit prouocandum, in Cap. vlt. integrum recudendum curaui, & ſimul ad noſtra vsque tempora continuaui. Nonnulla quidem ex eo excerpta iam data ſunt ſtudio viri vt de vniuerſa republica litteraria, ita ſpeciatim de inſtauranda ſcholaſtica hiſtoria optime meriti, D. Godofredi Ludouici, in Hiſt. Gymnaſ. & Scholar. P. V. p. 305. ſqq, vbi, vt & P. I. p. 86. ſqq, quaedam de Athenaeo noſtro, eiusque

Digitized by Google

eiusque Rectoribus, delibauit; sed operae tamen erat pretium, eundem integrum conseruare. Sub initium huius Historiae non paucos Collegas desiderari, sponte profiteor, atque vel ideo eandem non omni ex parte perfectam ipse agnosco. Vti vero illi, ob documentorum defectum, nunquam forte supplebuntur, ita laborem hunc idcirco non arbitrabar esse intermittendum, quoniam plerorumque Collegarum memoria poterat ab oblivione vindicari, & pleraque momenta, ad res in Gymnasio ac Schola gestas spectantia, poterant enarrari. Atque hinc nata est praesens Historia, in qua adornanda vtilem mihi praestiterunt operam tum, qui rerum ad senetipsos pertinentium, tum, qui aliarum rerum notitia me imbuerunt, & documentis ac variis subsidiis instruxerunt, quorum humanitas & ad decentes gratias & ad publicum

prae-

praeconium facile me impellit. Inter praecipuas, de quibus egi, res sunt Praelectiones Theologicae a plerisque Superintendentibus institutae. Caeterum nullam praetermisi rem, quae alicuius modo momenti esse videbatur. Aliquas, omnino leues, omittendas esse duxi, licet forsan Historia Scholastica eas quoque esset passa. Docebit autem haec Historia laudatissimam Magnifici & Illustris Senatus curam, qua publicam litterarum officinam sibi nullo non tempore habuit de nota meliori commendatam. Docebit egregium studium ac laborem, quo venerandus ordo sacer commoda Athenaei nostri studuit promouere. Vtinam vero etiam doceret, quod Platonismus, qui a quibusdam in nulla ciuitate infelicius affectatur, quam in Scholastica, in illud potuisset introduci! Docuissem ego, si a candore, praecipuo boni historici

ſtoricio ornamento, recedere nefas haud duxiſſem. Sed malui veritatem ſectari, eademque prudentibus ac rerum ſcholaſticarum, nunquam perfectarum, gnaris idoneisque arbitris me probare, quam Athenaeo, cui a Magnifico & Illuſtri Senatu (quem in emolumentum vt totius Reipublicae, ita etiam publici Muſarum domicilii ſupremum Numen diutiſſime viuere, & maxima felicitate abundare ſinat!) ſum praefectus, imprudenter adulari. Ordinem chronologicum, quantum fieri potuit, accurate ſemper obſeruaui, in concinnandis etiam ſcriptorum catalogis, ita tamen, vt pleraque ſcripta non ſparſim, ſed coniunctim exhibere ſatius duxerim. Sub finem adieci Epiſtolam de MSStis Mellianis Hiſtor. Lubecenſ., quam & celeberrimo Hiſtoriarum apud Hamburgenſes doctori publico, ad quem ſcripta eſt, & omnibus praeclariſſimi ſtudii

dii historici cultoribus non ingratam fore confido. Deus vero, supremus rerum scholasticarum stator & auctor, publicum nostrum Museum, cuius causa hanc Historiam scripsi, semper iubeat florere! Hoc uti mecum optabis, ingenue Lector!. ita tibi in vicem cuncta fausta precor: cuncta officia, quae sunt virium mearum, promitto. Vale.

ATHE-

ATHENAEI LVBECENSIS HISTORIA.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPVT I.

DE *ATHENAEI LVBECENSIS DIGNITATE.*

§. 1.

EA est Athenaei nostri dignitas, ea fama, vt inter praestantissimas, quas Germania habet, scholas locum aliquem sibi possit iure vindicare. Quare etiam honorificis & nominibus & elogiis nullo non tempore fuit condecoratum. Egregium est SCHOLAE (1) nomen, & neutiquam repudian-

A

(1) Antiquis temporibus SCHOLAE nomen de locis, vbi non solum iuuenes & pueri, verum etiam viri, ac non infimae semper sortis, conuenire solebant, fuit vsurpatum

diandum, praeſertim ſi antiqua tempora reſpexeris. Hodie quidem multi aliter ſentiunt, & offici-

tum. *Scholae*, inquit eleganter Hadrianus Valeſius in doctiſſimis ad Ammianum Marcellinum Notis p. m. 33. edit. Pariſ. 1681. fol. *generaliter dicuntur aedificia, ubi conuenire ſolent homines plurimi, aut ſtudendi, aut praeſtolandi, aut conferendi, aut alterius rei gratia.* Hoc ſenſu *Scholae Quaeſtorum*, *Scholae Protectorum* & aliae a veteribus commemorantur. Huc ſpectant *Scholae Palatinae* ap. Ammian. Marcellin. L. XIV. c. 7, quae a cohortibus ad palatium ſummi Principis excubantibus ſic appellatae. Atque eiusmodi Scholis ornandis veteres deeſſe non ſolebant. Docet hoc, praeter alia, vetus inſcriptio: SCHOLA. CVM. STATVIS. ET. IMAGINIBVS. ORNAMENTISQVE. Conf. quae pererudite de Scholis Veterum diſſeruit Valeſius l. c. p. 33. ſq. Add. Nicol. Alemanni Nott Hiſtoric. ad Procopii Arcan. Hiſtor. pag 103. De ſapientiae officinis antiquioribus ſigillatim Scholae nomen fuiſſe adhibitum, permulta ſcriptorum loca, in quibus *Scholae Platonis*, *Scholae Ariſtotelis* &c. mentio occurrit, demonſtrant. Recentiori aetate ipſae Academiae a viris ſummis Scholae ſunt appellatae. Sic Philippus Melanchthon Orationes in Academia Wittenbergenſi habitas *Declamationes in Schola Wittenbergenſi recitatas* ipſe vocat, & ſaepiſſime alias illuſtrem hanc Academiam Scholam nuncupat. Taceo innumera fere loca, in quibus *Schola Roſtochienſis*, *Schola Ienenſis*, *Schola Iulia* &c. pro *Academia* legitur. Ioannes quoque Launoius in elegantiſſimo *de Scholis a Carolo M. & poſt Carolum M. in Occidente inſtauratis* libro, an. 1717 cum Praefatione Io. Alb. Fabricii recuſo, Academias Pariſienſem, Cantabrigienſem & plures, communi Scholarum nomine inſigniuit. Quid? quod noſtra etiam aetate haud deſunt Academici doctores, quos nominis *Scholae*, de Academiis licet loquentes,

officinas litterarias, in quibus non ſola tractantur triuialia, malunt aliis nominibus inſignire, atque appellare LYCEA, ATHENAEA, EPHEBEA, PHRONTISTERIA, quae nomina omnia noſter etiam ludus litterarius ſaepiſſime ſubiit. Illuſtre in primis habetur nomen GYMNASII, quod ſupremae claſſi, ob Gymnaſtica, quae in eadem inſtituuntur, exercitia, non huius vel illius doctoris (2) priuata, ſed publica ſummorum Patronorum auctoritate impoſitum. Nam non ſolum in *Notationibus neceſſariis ad Scholae Reformationem an.* 1607 *conſcriptis* T. II. Act. Miniſt. Lub. f. 268. a. Rector bis appellatus eſt *Gymnaſiarcha*, verum etiam ipſe Magnificus Senatus in Receſſ. an. 1662 inter *Gymnaſium* atque *Scholam* diſtinxit: *Wir Bürgermeiſter und Rath der Kayſerlichen Freyen und des Heil. Reichs Stadt Lübeck*

quentes, non pudet. Solum iuuat adducere Theologum & Cancellarium Tubingenſem famam dudum conſecutum, Chriſtoph. Matthaeum Pfaffium, qui in nuper euulgata Oratione Inaugurali de Vniuerſitatibus Scholaſticis emendandis Academiam Tubingenſem, p. 22. 28 *Scholam* dicere non dubitauit.

(2) Hinckelmannus Gymnaſii voce perpetuo vſus eſt, ſeque ſemper *Gymnaſii Rectorem* ſcripſit; imo vero pro titulo Gymnaſii ſtrenue pugnauit. Vid. Act. Miniſt. Lubec. T. VII. f. 17. b. f. 151. b. f. 179. a. Dudum ante Hinckelmannum Gualtperius in Orat. de Inſidiis & Artibus adverſus militantem in his terris Eccleſiam eique adhaerentes Scholas, pro conſecratione Athenaei noſtri peregregie renouati publica auctoritate habita & edita an. 1593 *Gymnaſium illuſtre* illud appellauit. Gymnaſii quoque voce nonnunquam vſus eſt Bangertus; vſi ſunt alii.

Digitized by Google

uhrkunden und bezeugen hiemit und in Krafft dieſes, Ob zwar von jeher müglichſte Sorgfalt, Fleiß und Embſigkeit angewendet, daß hieſiges GYMNASIVM und die geſambte SCHVLE bey St. Catharinen in gutem Flor, Auffnehmen und Wohlſtand gebracht und erhalten, und hingegen bey ſelben nach und nach eingeriſſenen Mängeln und Gebrechen beſter maſſen abgeholffen werden mögen: So bezeuget jedoch die tägliche Erfahrung nun leyder mehr dann zu viel, daß ſelber wohlgemeinter Zweck biß hiezu ſo gar nicht erreichet worden, daß vielmehr anberegtes GYMNASIVM und SCHVL je mehr und mehr in Abgang gerahten. Confirmatus eſt Magnifici Senatus auctoritate tempore Hinckelmanni titulus Gymnaſii, quod ex Act. Miniſt. Lubec. T. VII. f. 151. b. 179. a. cognoui. Quid? quod Dauid Gloxinius, Syndicus, cum Henricum Bangertum Rectorem crearet, Athenaeum noſtrum *illuſtre Gymnaſium* vocare non dubitauit. Verba eius iam exhibui Athen. P. I. pag. 68. Teſtatur quoque Hinckelmannus, quod ab Henrico Michaelis, Syndico, *Rectoris illuſtris Gymnaſii* ſit introductus; ſicut Nottelmannus in ipſa Vocatione Gymnaſii Rector deſignatus. Vid. Act. Miniſt. Lub. T. VII. f. 179. a. Hac Magnifici Senatus auctoritate haud dubie niſi ſunt, qui inter *Gymnaſium* atque *Scholam* diſtinxerunt. Adducendus ex his eſt B. Aug. Pfeifferus, immortalis memoriae Praeſul Lubecenſis, qui elegantiſſimos ſuos Sermones Scholaſticos, Memoriae ipſius an. 1700 editae a I. E. Pfeiffero, filio, laudatiſſimo conſilio annexos, his bonorum omnium calculo dignis verbis obſignauit: *Quod ſupereſt,*

Digitized by Google

eſt, ſummum Numen ſupplex veneror, vt Reipublicae noſtrae pacata diſpenſet tempora, & fata ex votis fluentia, Patriae Patres, Proceres, literarum Patronos, Scholae ſtatores & Eccleſiae nutritios ſeruet, labores Scholaſticos fortunet, & omnibus GYMNASII atque SCHOLAE noſtrae alumnis continuam aduerſus barbariem & vitia concedat victoriam, atque ex victoria gloriam perpetuam & nunquam intermorituram. Sub eiusdem ſermonis initium optauerat: *Votorum meorum ſumma eſt, quando oculos in pubem Phoebeam defigo, vt ſcilicet D. O. M. continuam & perpetuam omnibus GYMNASII et SCHOLAE alumnis concedat victoriam.* Simili ratione B. Suantenius, Athenaei noſtri in Prrogrammatibus mentionem iniiciens, ſaepisſime *Gymnaſium* ac *Scholam* diſtincte nominauit. Lectiones Theologicae, quae a Superintendente nonnunquam, a Rectore quauis hebdomade habentur: Philoſophica, quae horis tam publicis, quam praeſertim priuatis tractantur: Diſputationes & publicae (tam a Praeſulibus, quam Rectoribus inſtitutae) & priuatae, Exercitia Oratoria, & plura, quibus vltra triuialia, vt vocant, Athenaeum noſtrum exſurgit, facile ſuppeditarent argumenta, quibus Gymnaſii nomen poſſet aſſeri, ſi quis data opera id agere aut vellet, aut, ſaeculi noſtri genio coactus, deberet. Faxit modo ſupremus omnis rei ſcholaſticae ſtator, vt Athenaei noſtri gloria magis in re ipſa, quam in titulo, conſiſtat, atque ſemper in eodem pia eruditio ac erudita pietas floreat, & multi porro ipſius ope formen-

tur, qui reipublicae ſacrae, ciuili, litterariae poſſint eſſe ornamento!

§. II.

Quam honorifica ſunt nomina Cathariniano noſtro Muſarum domicilio impoſita, tam eximia ſunt etiam praeconia a viris praeſtantiſſimis eidem delata. E multis pauca ſiſtam. Primum eſto laudati Pfeifferi l. c. pag H: *Habemus nos bene conſtituta Lycea & Gymnaſia, quae inter noſtrum (praefiscine dixerim, procul atm recedant) & multis iam annis tantum caput effert, quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.* Alterum magni quondam Polyhiſtoris, Conr. Sam. Schurzfleiſchii, in epiſtola ad Patricium Lubecenſem an. 1686 ſcripta, Epiſtol. Arcan. pag. 455 ſq: *Meae commendationis aliquam fuiſſe rationem gaudeo, & vehementer opto, vt ſuffragia bene cadant, & homo vtilis atque idoneus regendae illi tam illuſtri Scholae imponatur. Faueo autem tanto magis honori veſtratis Scholae, quod ſuperiori tempore quidam civis meus, Henricus Bangertus, in illa cum laude verſatus eſt, cui cum patre meo vſus & neceſſitudo intercesſit. Nihil dixerim de Kirchmanno veſtro, cuius laudibus nec addi aliquid, nec demi poteſt.* Tertium Auctoris der Nachricht von der Stadt Lûbeck c. 6. §. 8. pag. 94: *Das Schul-Weſen ſchlieslich betreffend, ſo ſind auſſer* 12. *Teutſchen Schreib- und Rechen-, wie auch viel mehren Leſ-Schulen in der Stadt Lûbeck noch zwey. Die eine und vornehmſte iſt ein anſehnliches mit* 8 *Praeceptoribus wolbeſtelltes Gymnaſium; die andere iſt die Thum-Schu-*

Sobule, ſo nicht von ſo groſſer importantz. Quartum Michaelis Henckelmanni, in Orat. de Lubeca (3) p. D 4. b: *Felicem, felicem, inquam & beatam Lubecenſium rempub. praedicabo, quae nulli ſumptui parcit, dum modo viros graueis, cordatos atq; erudiendae iuuentuti adpoſitos habere poſſit. Felicem, quae eadem, qua ante hac cura & ſolicitudine viros ſolerteis & induſtrios pueris praeficiendos deligit, vocat, ſuſtentat. Felicem, quae intelligit, quod ſtatim fingenda ſit literis & moribus aetas rudis, priusquam durior facta non admittat fingentis manum. Sed longe feliciorem, quod haec non ſolum intelligit, verum etiam rudem ingenii foetum diutina cura artificioſe expoliendum curat. Neque vero parum hac paterna & tempeſtiua cura iuuentuti commodatum fuiſſe, ipſe euentus comprobauit. Vix ſine inuidia & offenſione dicturus eſſem, quam multi clariſſimi viri, qui immortalem nominis gloriam, maximis in remp. meritis, praeſtantiſſimisque rebus geſtis conſecuti ſunt, ex hac Schola euaſerint! quantus numerus eorum, qui doctrina atque optimarum artium ſtudio pererruditi ex hac Schola prodierint! quot millia hominum, prudentiae, probitatis & pietatis laude ſpectatiſſimorum, ex hac Schola*

(3) Oppido rara haec Oratio hanc habet inſcriptionem: *De Origine, Incendiis, Inſtauratione, variis calamitatibus, incrementis, ſitu, munitionibus, amplitudine, rebus praeclare domi bellique geſtis & laudibus &c. Imperialis, liberae atque inclitae Lubecenſium Reipublicae, inferioris Germaniae coronae & Vandalicarum Vrbium capitis, Oratio, quae Chronici vicem lectori exhibere poteſt. Scripta & publice Roſtochii in Auditorio magno pronunciata.* Roſtoch. 1602. 4.

Digitized by Google

noſtra reſpublic. & aliae acceperint! Quod ſi vero agricola maxima laetitia exultat, quum generoſos foetus ex arbore legit, quam ſuis quondam manibus conſeuerat, ac diu multa cura produxerat; quid, quaeſo, euenire credendum noſtrae reipubl. amplisſimo SENATVI, cum fructus, i.e. induſtriam, eruditionem, amplitudinem, ſapientiam & ſanctitatem videt eorum, quorum ingenia atque mores ſuis ſumtibus feliciter formari curauit. Quintum Conradi ab Höveln in der Stadt Lûbek Herrligkeit. Lûb. 1666. 8. pag. 38: *Die Schule (iz mehr ein Gymnaſium) iſt annoch im guten Stande*; pag. 96: *Nach Annämung der Evangeliſchen Religion iſt die Lübſche groſſe Schule mit herrlichen Leuten allwäge und bis nochher bedienet worden*; pag. 98: *Die Lateiniſche Schule, ſo mehr ein Gymnaſium geſtalt, darin die junge Burſche und liebe Jugend von den anſâhelichen H. Schulhaltern zum herrligſten geläret wird.* Sextum M. Henrici Santmanni in Orat. Panegyric. de Inclutae Vrbis Lubecae Fundatione & Incrementis, an. 1607. 28 Iul. publico in Auditorio Lubecae recitata (4) pag. F 4 ſq: *Quoniam Eccle-*

(4) Medium occupat locum haec Oratio in ipſius *Triga Orationum Panegyricarum, quarum I. διδασκαλικὴ, de Salutifera Saluatoris noſtri IEſu Chriſti Incarnatione, in Acroaterio Philoſophorum maiori ferriis praecidaneis Natiuitatis Chriſti, recitata. II. ἐπιδεικτικὴ, de Fundatione & Incrementis inclutae Lubecae. III. συμβουλευτικὴ, Vtrum eruditio, an vero morum integritas in officiis mandandis potius ſpectanda veniat, pro ſummo in Philoſophia gradu.* Francof. Marchion. 1609. 4. Auctor, cujus Memoria hac occaſione renovanda, quia

Eccleſiae & Scholae merito coniunctae ſunt & eſſe debent, vt venae in corpore humano cum arteriis, quippe ſine quibus nec conſeruatur Eccleſia, nec ſocietas vitae communis conſiſtit, Gymnaſium, patriae ornamentum non poſtremum, argumentum benitatis diuinae ingens, breviter, ſed paupertino ſermone attingere, idque veſtra pace libet. Non agam ergo in praeſenti, quam pia, quam grata res Deo ſit, quam Reip. ſalutare ac vtile, locum quendam publicum conſtituere, perſonasque deligere, a quibus iuuentus rudimenta artium diſcat, linguarum cognitionem hauriat, in vera fide ac pietate informetur, quum his pleni ſint omnes libri, plenae ſapientum voces, plena exemplorum vetuſtas. Probe hoc nouerunt Patres patriae dilecti, quando poſt introductam repurgati Euangelii doctrinam in teſtimonium grati erga Deum animi pro tanto beneficio duo Coenobia exſtruxere, alterum die Burg/ pauperibus vt praeberet hoſpitium, alterum vt eſſet Spiritus Sancti officina informandae iuventutis ergo, eique nomen ex ſuperſtitione Papiſtica CATHARINAE indidere, Philoſophiae patrona falſo quae fuit habita, vnde in Scholae veſtibulo cum rota & gladio depingi ſolet, tanquam iuuentutis informatrix, & ſapientiae inſtillatrix, quam potius a Deo dante omnibus ſimpliciter, nec exprobrante, poſtulandam monet D. Iacobus. Quia vero eiusdem difficultatis eſt, adipiſci, & cum adeptus fueris, conſeruare; ea propter

quia valde gratus fuit Athenaei noſtri diſcipulus, in patria ciuitate Lubecenſi an. 1612. 22 Octobr. electus eſt Eccleſiaſtes Aegidianus, an. autem 1639. 23 Iul. e vita migrauit. Vid. Mellii Gründl. Nach. von Lübeck p. 135.

Digitized by Google

non fundatum modo, sed & praeclare conseruatum patriae. Gymnasium exultim hodie praedicamus, & quandam velut προδήκην diuini fauoris esse agnoscimus, quod Senatum amplissimum, reuerendos Ecclesiarum huius vrbis inspectores, doctissimosque viros nutritios illi & patronos serie perpetua excitauit, qui in hunc vsque diem Gymnasium conseruarint, stipendia Praeceptoribus liberaliter attribuerint, Scholaeque alumnos hospitio liberali exceperint. Gymnasium certe Lubecense celebre & honoratum merito manet, tum quod ex ludo hoc, velut ex equo Troiano, iuuenes in linguis & artibus bene fundati ad Academias, tanquam ad mercatum doctrinarum & scientiarum vberiorem, exierint plurimi:

Templa quibus parent nunc plurima, plurimaque aula
Assurgit, patriique foci sese & sua credunt:

Tum quod adhuc Scholae magistris humaniorum artium & linguarum cognitione praestantissimis, a pietate & grauitate, a labore scholastico omnium difficillimo commendatissimis, praeceptoribus meis obseruantia & gratitudine perpetua mihi colendis, sit ornatum, qui cum iuuentutis ad studia liberalia accessione & fructu Latine, Graece & Hebraice docent, artes methodice ac perspicue tradunt, bonos auctores fideliter resoluunt & explicant, exercitia Orationum & Disputationum proponunt & corrigunt, pietatis & artium rudimenta, ea, qua par est, sedulitate & dexteritate pueris inculcant. Hic mores puerorum, adolescentum & iuuenum informantur, via ad virtutem monstratur, naturale pabulum ingeniis suppeditatur, vt & ea, quibus hominum animus defessus reficitur & conquiescit, demulcens hominum aures & animos

animos, moerorem leniens, iram mitigans, luctusque leuans hic deambulat Melpomene, Musica, inquam, diuina scientia, cuius insitia apud Arcades, teste Polybio, turpissimum quid habebatur. Hic Clio & Calliope inter Poëtarum vmbras & Historicorum odores sese oblectant. Hic Polymnia sedem gaudet habere suam. Haec licet queant sufficere, non possum tamen non elegantia addere verba, quae Herm. Nottelmannus in Programmate an. 1666 scripto, quo Lubecam Caroli IV Imperatoris praesentia fruitam, felicem praedicauit, de iuuentutis in publica litterarum officina educatione & institutione scripsit: *Ad educationem potissimum Lubecensis iuuentutis oculos animumque conuertit excelsus Heros; hoc uno quam maxime delectatus, & sibi totique Imperio publica voce gratulatus, quod tam benignam ingeniorum nutriculam haberet Lubecam suam, quae, Delphis silentibus, sat dignos consiliis rebusque gerundis idoneos viros larga manu suppeditaret. Egregiam sane laudem! quam ab omni aeuo meruit illustris Respublica, post ciuium salutem, (si quid tamen salute ciuium posterius) nulla re magis oblectata, quam recta iuuentutis educatione. Hinc inter prima ciuitatis ornamenta numerat florentissimum Lyceum suum, atque illud esse discupit eruditionis virtutisque pulcherrimum seminarium, in quo optima ingenia bonarum literarum atque artium succo fideliter imbuta in laetam frugem feliciter surgant, & maturitatem, quantam licet, assequantur. Neque enim aliena fuit vnquam a Platonis sententia, quatum demum beatas fore respublicas iudicabat, cum illi, qui clauum tenerent, literis ante disciplinisque operam dedissent; neque ignorat, quam prospere*

prospere cesserit Troianis Palladium seruatum. Itaque summam iuuentutis educandae curam gerens nihil intermittit eorum, quae ad ornandam augendamque rem literariam vllo modo facere videntur. Nam & idoneos iuuentuti magistros (ecquis enim insignes pietate viros, Hermannum Bonnum, Erasmum Sarcerium, Guilielmum Rutenium, Petrum Vincentium, Iobum Magdeburgum, Ottonem Gualtperium, *SS. Theol. Doctorem & Professorio munere in Academia Marpurgensii antea functum,* Iohannem Kirchmannum, *ante in Academia Rostochiensi Professorem,* Seb. Meierum, Henricum Bangertum, *hoc loco facile ignoret?) ab omni aetate praeficere, & iuuentutem ipsam praemiis poenisque, quo gemino fulcro societas omnis sustinetur, in officio continere laborat; praemiis quidem afficiens morigeros & probos, legibus autem poenisque lasciuos & indociles peccatum amore virtutis odisse coërcens. Quid, quod ipse Amplissimus Senatus, ipsum venerabile Ministerium, ipsa nobilissima Doctorum vtriusque ordinis corona, & quicunque praeterea dignitate atque doctrina in hac incluta Rep. florent, non priuatim duntaxat studiosam iuventutem, quisque suam, monent, incitant, hortantur; sed & publice, quoties in arenam illa prodit, illustri praesentia sua Oratorios istos conatus ornant, attentione autem, veluti remis, propellunt, & beneuolentia sua calcar quasi currentibus addunt.* Plura Athenaei nostri elogia hac vice non cumulo.

Adducta

Adducta enim satis superque docent, quod sit dignum, in cuius Historiam diligenter inquiratur.

CAPVT II.

DE ATHENAEI LVBECENSIS INITIIS.

§. I.

PRima Athenaei nostri initia ad ea tempora esse referenda, quibus IOANNES BVGENHAGIVS (1), Lubecensium Apostolus,

(1) De Bugenhagio, eiusque meritis ac scriptis tam multi iam egerunt, vt non opus sit, hic prolixam sistere narrationem. Legantur citati ab excellentiss. Goetzio in Nott. ad Orat. de Io. Bugenhagii Meritis in Ecclesiam & Scholam Lubecensem pag. 6 sqq. celeberr. Fabricio Memor. Hamburgenss. Vol. II. p. 847 sqq. Ibidem pag. 849-856. extat Catalogus scriptorum Bugenhagianorum auctior & iuxta seriem annorum descriptus a Christoph. Frid. Laemmelio Bugenhagii Epistolae Apologeticae ad Christianum III, Daniae Regem, Hamb. 1709. 4. recusae, adiectus. Conferri quoque de Bugenhagio eiusque meritis merentur Herm. Hamelmanni Opp. passim. Vid. Ind. De Bugenhagii effigie, laudes ipsius simul continente, vid. Relatt. Innox. 1718. p. 176. sq. Aliquam etiam rerum Bugenhagianarum notitiam suppeditant Crenius de Singular. Scriptor. p. 60. Io. Fabricius Histor. Bibliothec. Fabrician. P. I. p. 28. sq. 426. 467.

Digitized by Google

ſtolus, Lubecam an. 1630. d. 28 Octobr. ingreſſus, ſacra Lutherana inſtaurauit, adeo verum eſt, vt omnes fere, qui Reformationem Lubecenſem commemorant, Scholae ſimul mentionem iniiciant, & Bugenhagium ob operam, eidem inſtituendae nauatam, collaudent. Vid. Herm. Bonnus in Chron. Lubec. col. 136. Dan. Cramerus in Chron. Eccleſ. Pomeran. maior. L. III. c. 52. p. 146. Iac. a Melle in Gründl. Nachr. von Lûbeck p. 224. Caſp. Henr. Starckius in Vit. Bonni pag. 29. Io. Hilmerus in der von GOtt gewûrdigten Lob-Eck p. 119 ſq. Conf. Adami Vitt. Theol. Germ. p. 315. In primis eum praedicauit Goetzius in Orat. infra cit. p. 19 ſq his verbis: *Cum Scholae pariter noſtrae diligentem haberet curam, perpendite, quaeſo, mecum, num ſaluo pietatis ſenſu merita haec tam illuſtria praetermitti poſſint, nec illaudari. Scholam hanc inſtaurauit Is, non qui rei ſcholaſticae expers erat ac rudis, ſed vir doctiſſimus & incomparabilis, quique ad ſcholam natus erat aptusve, atque infinitas in puluere circumuolutus ſcholaſtico, deuorauerat moleſtias. Scholam aperuit non otioſis monachis, aut ignorantiae fratribus, ſed diſcendi ardore flagrantibus, literarumque cupidis. Fontes ſuscitauit non turbulentos & impuros, ſed liquidos defaecatosque, & aquam ex ipſis fontibus bibendam deguſtandamque eſſe luculentiſſime monſtrauit. Hinc autor fuit Noſtris ac ſuaſor, vt doctores eligerent, non eos, quibus Graece*

467. P. II. p. 232. Io. Erdm. Bieckius de Triplici Interim p. 144 ſq. Io. Hoornbeckius in Miſc. Sacr. L. II. p. 588.

Graece & Hebraice nosse suspectum esset ac ignotum, sed qui literarum notitia essem instructi, aliosque erudire possent, ——— p. 21: O! *aurea nunc saecula, quae tibi, sancte Bugenhagi, post Deum vnice debemus. Sit anima tua ligata in fasciculo viuentium apud Deum tuum, qui animas nostras tam pie, tamque salutariter, pauisti. Ossa tua quiescant molliter, qui ad molle fastigium nos duxisti. Cineres tuos veneramur, donec in fumum vertamur & cinerem. En urnas nostras, pietatis vrgentes officium. Sed seruet nobis Deus Bugenhagii tempora!* Cui autem speciatim anno & mensi Athenaei nostri institutio sit adscribenda, non adeo certum esse videtur. Tres enim scriptorum de rebus Lubecensibus commentatorum diuersas sententias reperio. Prima est eorum, qui ad annum 1530 non Reformationis solum, sed Scholae etiam initia referunt. Hoc faciunt Bonnus l. c. Regkmannus loc. citand. Hövelius l. c. p. 38. Bangertus in Catal. Rector & Collegar. f. c 2. Cramerus l. c. Secunda, quae anni 1531 mensi Ianuario initium Athenaei tribuit, in Godescalci Kerckringii & Godescalci Múlleri Compend. Chron. Lubec. p. 172, nec non Io. Molleri Isagog. ad Hist. Cherson. Cimbr. pag. 489 offenditur. Tertia eundem habet annum 1531, sed Scholae inaugurationem (quam praesentibus ex Magnifico Senatu Dn. ANTONIO a STITEN ac Dn. HENRICO CASTORP, nuper electis Paroeciarum Praefectis, & cunctis Sacerdotibus Euangelicis factam esse, memini olim in Mellii Lubeca Religiosa MS. legisse) Dominicae Laetare (Mit-Fasten) assignat. Vid. laudati Mellii

lii Grûndl. Nachr. von Lûbeck pag. 224. Ex his ſententiam primam vix ac ne vix quidem auſim deſerere propter ſummam Bonni, ſcriptoris συγχρόνου, auctoritatem. Nec obſtat temporis breuitas, ſiquidem per integros duos menſes Bugenhagius aliquod ſaltem tempus, licet res eccleſiaſticae plurimum requirerent, rebus etiam ſcholaſticis potuit impendere; etſi forſan arduum hoc negotium anno demum 1531 ad finem perduxerit. Atque ſic initium ad annum 1530, conſummatio ad annum 1531 pertineret. Cum reliquis ſententiis aegre conciliabuntur relationes de Hermanno Buscoducenſi & Hermanno Bonno iam an. 1530 Rectoribus (2): nec non de Herm. Bonno an. 1531 Superintendente conſtituto (3), *cum*, Bangerto teſte l. c., *annum laudabiliter Rectoratum geſſiſſet.* Sed vnicuique hic ſentiendi libertatem facile concedo.

§. II.

Quae fuerit Athenaei noſtri ſub ipſum initium conditio, ex nullo melius probatur documento, quam ex Ordinatione Eccleſiaſtica Lubecenſi, quae hoc titulo in lucem emiſſa: *Der Keyſerliken Stadt Lübeck Chriſtlike Ordninge, tho denſte dem hilgen Euangelio, Chriſtliker leue, tucht, frede vnde enicheyt, vor de yöget yn eyner guden Scholen tho lerende. Vnde de Kercken denere vnd rechten armen Chriſtlick tho verſorgende. Dorch*

Jo.

(2) Vid. Mellius l. c. Bangertus l. c. Hilmerus l. c. p. 36. Ludouicus in Hiſtor. Gymnaſ. & Scholar. P. V. p. 338.

(3) Starck. l. c. p. 34.

Jo. Bugen. Pom. beſchreuen. 1531. 8. In ea ſumma Scholae publicae neceſsitas atque vtilitas, ſcholarumque clancullariarum iniquitas: locus Scholae, eiusque magiſtris in coenobio Cathariniano aſsignatus: Lectorii, ſiue, vt hodie vocatur, Auditorii, nec non Bibliothecae vſus: quinque Scholae publicae loca, ſ. claſſes & vniuscuiusque lectiones: horarum priuatarum ratio: Muſicae exercitium in Schola: Praeceptorum numerus atque appellatio: Viſitatio Scholae deſcribuntur, de quibus omnibus, vt memoria ſaltem harum rerum, quae dudum in deſuetudinem abierunt, maneat, ipſa Bugenhagii verba potiora excerpam, & hic ſiſtam, quoniam libellus ad rariſsimos hodie pertinet. Sic autem pro iſtius ſaeculi ſimplicitate, lingua ſibi vernacula, praecepit Bugenhagius:

„For de ioget möte wy hebben eine gude „Schole, dar der borger kindere beter ynne ge„leret werden, wen bet to hehr, welck nu, Gade „gedancket, mit Gades hûlpe un gnade wol ſche„hen kan, dat de gelerden ampte geyſtlike vñ „wertlike erholden mögen werden, wen ſulcke „gelerede ioget vpkûmpt, vn to mannen dyet. „Sülcke ampte ſint, Scholen to regerende, vñ „Gades wort to predickende, mit vnderwiſinge „der conſcientien. Item me bedarf to hebbende „Syndicos, Phyſicos, Secretarios. —— Eyn „yewelick vader vñ moder ys ſchûldich ere kin„dere ym huſe to lerende. Ouerſt ſsûlck eyn „Schole denet noch vele mer to der ſake, alſe „am dage ys, ſo ſe anders recht verordent wert,

„vñ dar bauen ane dat, ſo könen de gelerden „ampte tom wertliken regimente, vñ tom worde „Gades, edder thor ſelen ſalicheit, ane ſülcke „ordentlike Scholen nycht erholden werden. „Wy meynen, dat vele leerde lûde vorhanden „ſynd, öuerſt wen wy eynen notlick bedaruen, „ſo ys ydt moye. Darûmme ſchöle wy to diſſer „frucht bruken dat myddel, dat vns Got hefft „vohr geſlagen, dat ys, vorſchaffen, dat vnſe „kynder dörch tüchtmeyſtere vñ leermeiſtere „Gotlick, Chriſtlick vñ kunſtlick werden vnder„richtet, Gade ton eren, vnſen kindern vñ vns „tor ſalicheyt, vnd deſſer guden Stadt tom be„ſten. *f. A. ij.*

„Alle ſünderge Scholen, dar me wol twin„tich yar in löpt, vnde leret nycht vele, ock alle „*Winckel-Scholen* môten affgedahn werden, dath „wy vprychten eyne gude Schole myth geleer„den Scholearbeyderen, Gade tho den ehren, „vnſer yoget vnd deſſer guden Stadt vnd an„dern landen vnde lûden tho nütte vnde fra„men. *f. B ij.*

De Stede der Scholen.

„De wyle eyn Erbar Radt myth den borgern „yn den artikelen vor gudt angeſehn hefft, dat „me legge yn Sünte *Catharinen Clöſter* (4) eyne gude

(4) Cœnobium Catharinianum, in quo Franciſcani olim, ſiue Minoritae habitarunt, an. 1225 eſſe exſtructum, Detmarus in Chron. Lubec. MS. ad h. a. memoriae prodidit. Verba ipſius dedi Selector. Liter. Specim IV. pag. 7. In eo iam ante Reformationem fuiſſe Scholam Pontificiam, ex iis non obſcure colligitur, quae §. 3 huius Capitis afferen-

„gude Schole, ſo ys van nöden, dat me wol tho „ſehe, welck part des Clöſters me nehmen mach „tho der Scholen, to den woningen der Schole „perſonen, vn tho deme hoffrume. Wente „dath gantze Clöſter ys nicht nütte dar tho, vnd „were ſere beſwerlick ſo vnnütlich tho holden„de. Darümme wath bauen ſülck Schölruhm „ym Cloſter ouerich ys, dat mach me verorde„nen to andern gebruke. De Schole yn ſick „moth hebben *vyff vnderſchedene Loca*, dorch dor„ven etlicke nicht wyth van ander ſyn, vnder„ſcheydelick de kyndere to lerende, eynen yewe„liken na ſinem verſtande vn gedyende. *f. B iij.*

„ *Dath Lectorium.*

„Dar ſülueſt moth me ock eyn Lectorium „beholden, darynne *latiniſche lectien vth der billi„gen Scrifft* mögen werden geleſen, dorch den „*Superattendentem* vnde ſinen *Adiutor* (5), vnde

afferentur. Praeclara multa de hoc Coenobio collegit & in Lubeca Religioſa MS. exhibuit Mellius, qui inter antiquitatum Lubecenſium ſcrutatores principatum iure obtinet.

(5) Is hodie dicitur *Senior*, qui, quando Superintendens non adeſt, ipſius vice fungitur. Huc pertinent, quae in Conſtitut. Bugenhag infra f. G ij leguntur: *De Superattendente bauen ſine predikyngen ſchal ym Lectorio beer edder thom ringeſten dre Latiniſche lectien alle weken, ſo he nycht vorhyndert wordt, leſen vohr de gelerden. —— In des Superattendenten gewalt ſchal ydt ſtan, dath he myth der intimatie affſegge, wenn he nicht leſen kan, edder ſüs vth redeliker orſake nicht wyl. Dem Superattendenten wille wy einen Adiutor, dath ys eynen hülper erwelen van den Paſtoribus, dar tho düchtich, de ock alle weken ſchal beer edder thom ringeſten dre*

„wen ſüss de *Rector*, edder *vnder-Rector*, edder *Cantor*, ſsünderge latiniſche lectien wolde willich„lick leſen, edder ock wol tho tyden eyn *Paſtor*, „ſo eyn dartho geſchicket were, vn wolde wil„lichlick wat mehr dohn ouer ſinen vpgelechten „arbeyt, den andern tom beſten. Dar mochte „ock wol leſen ſsünderge willige lectien eyn *ge„leert Pedagogus*, vorgeues edder vorgelt, doch „ſinem vpgelechten arbeyde, vnde den ande„ren lectien vnuerhinderlick.

„Wen *Paſtores* edder andere vnſe *predicanten*, „ſo geleret vnde geſchicket weren, dat ſe wol„den und könden vp etlicke tyde edder Feſte „eyne *latiniſche Oratie* dhon, mith vohrgander In„timatien, dath ſchal ock apenbar ym Lectorio „geſchehn.

„Ock vnſe Studenten, de wy holden ym ſtu„dio, ſchölen, wenn ſe heym kamen, edder tho „hûs geuordert werden, ſick apenbar ym Le„ctorio myth eyner latiniſchen Oratien, yn by„weſende der Paſtoren vn Schole perſonen vn„de gelerden börgeren, vnd anderen bewiſen, „dath wy mögen weten, wat wy vort an ſe ſchö„len wenden, edder wohr tho me ſe möge „brûken.

De Librye.

„Ein Librye moth me dar ock beholden, myt „den böken de dar ſindt, dar me ock hen ſam„mele alle böke gude vnde böſe, vnd dat me ſchick-

dre latiniſche Lectien ym Lectorio vohr de gelerden leſen, dath by vns alſo myth der billigen ſchrifft etlike dagelikes geöuet werden.

„ſchicklick legge, beſsûndergen de guden vnde „nûtten bôke eyn yewelick na ſiner art. Veer „ſlötele ſchôlen dar tho ſyn. Eynen ſchal heb„ben de Superattendente, den anderen ſyn Ad„iutor, den drûdden de Rector, den veerden „de Subrector. De vth ſûlcken bôken ſtuderen „könen vnde wyllen, den ſchal dath vngeweyert „weſen. Wente tho ſûlckem vordele ſchal de „Librye geholden werden. Doch ſchal de Re„ctor vn Subrector, welcke vpſluten, edder van „welcken de ſlötele werden geuordert, dar vp „ſehn, dat ûnder ſûlckem guden ſchyne der „Librye neyn ſchade geſchehe, dat ſe alſo dar „vhor könen antwerden.

„Alle deſſe ſteden, der Scholen, der Scholear„beidern, des Lectorii Theologie vnde Librye „hebben wy ehrlick vthgerichtet yn einem örde „ſsûnte Catharinen Cloſters, alſe me ſehn mach, „Gade to den ehren, vns thom beſten.

„*Ordeninge der vyff ſteden vnde arbeydes yn der Scholen.*

„Vyff diſtincta loca, edder vyff vndergeſche„dene ſteden möten in der Scholen ſyn, dar hen „ynn me myth der tydt vordehlen mach de yun„gen de dar leren dath ſe ſtedes hôher ſtygen, „eyn yewelick na ſinem gedyende, na dem or„dele vn richte des Rectoris, dat alſo alle borger „kindere, eyn yewelick na ſinem verſtande vn „begripelicheyt beſorget werden myth geſchic„keden Schole arbeydern, dat myt ſûlcker

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

„wyſe eyn geſchicket yunge, de eyn gudt Inge-
„nium hefft, yn dren yaren lere, dat wy tho
„voren yn velen iaren nycht leren könden. Doch
„mötenn etlicke Loca nycht ſo wyt van ander
„geſcheyden ſyn, dath me nicht vp etlicke ſtun-
„den twe edder dre Loca myt eyner lection to
„ſamende bryngen konde, na verſtande vnd
„wyllen des Rectoris.

„I. In dem erſten vnde geringeſten Loco, vp
„eyner ſiden ſchölen ſitten de *Fibeliſten*. An der
„andern ſiden de iungen, de den *Donatum* leren
„leſen, vnd den *Catonem* exponeren. Sülken
„kyndern moth me ock des auendes *latyn* geuen,
„etlicken etlicke *vocabula*, etliken etlicke *verſche*
„edder *ſpröke*, darynne gude leren ſindt.

„De ſcholſtunden ſchölen alſo verordenet
„werden, dat de iungen by dage yn de Schole
„gaen, vñ ock by dage to huſs. Darümme van
„Sünte Symon Juden an bet vp Purificationis
„Marie ſchölen ſe erſten yn de Schole gan vmme
„ſeuenen, vnde des auendes na dren tho Chore
„gaen. Querſt wo wol denn de morgentydt
„vnd auentydt verkortet wert, ſo ſchal doch al-
„le Scholordeninge, mith allen lectien vnöue-
„ningen alleyns blyuen, wynter vñ ſamer, wel-
„cke Scholordeninge wy anſtellen ſchyr na an-
„wiſinge Magiſtri *Philippi Melanchthonis*, alſe he
„hefft beſcreuen yn der Viſitatie der Paſtoren
„tho Saſſen.

Sanckſtunde.

„Tho tweluen alle werckeldage ſchal de Can-
„tor allen iungen groten vnd kleynen ſingen le-
ren,

„ren, nicht alleine vth waenheit, ſsünder ock „myt der tidt kûnſtlick nicht alleine den langen „ſanck, ſsúnder ock yn Figuratiuis. Dem ſchô„len de veer pedagogi, de yn den kerken ſingen „möten, vmmeſchicht, na gelegenheit yn der „Scholen helpen. Ock ſchólen eme helpen al„le Scholegeſellen ane den Rectorem, wen he „wor myt ſiner Cantorye wyl eyn feſt maken yn „den kercken, dat alſo de kyndere yn der *Muſica* „lûſtich vnde wol geôuet werden, dar vth ſe „ock wackere vñ geſchyckede kyndere werden, „andere kùnſte tho lerende. Wente de Muſica „is eine Kunſt van den freyen Kùnſten, de me „den kyndern van iôget vp ſyn vnde vaſte wol „leren kan, vnde de me thom beſten ock wol „brûken kan, ſo wol alſe andere Kúnſte. Wenn „ſe ôuerſt alleyne leret werdt, vnd nycht ande„re kunſt dar by, ſo maket ſe lôſsgengere vñ wyl„de lùde. Vnſen kynderen wille wy ſsúlcken „miſsbruck verhindern, vñ laten ſe andere kûn„ſte ock leren, Gade tho den ehren.

„II. Im andern Loco, dar ynne de kyndere „ſitten, de negeſt den eerſten edder ringeſten „ſindt, ſchal mẽ de *Grammatica*, na eynes ye„welicken verſtahnde wol ôuen, vnd ſe holdenn „dar tho, dath ſe yo wol vnde rechte ſcriuen le„ren, dath ſe ſick wol wennen tho der *Ortho„graphia.*

„Den ſsúluigen ſchal me Hora prima expo„neren *fabulas Eſopi*, beth halue wege tho dren. „Dar na eyn weynich ſe alleyne laten ſitten, ve„lichte to drinckende. Vnde balde dar na ſchal

„me en leeren *Pedalogiam* (6) *Moſellani*, beth tho „veren, ane, dat me van Sûnte Simon Juden beth „vp Purificationis ſsúlcke tyde vñ ſtunden na „gelegentheyt verkorten moth, alſe tho voren „geſecht ys. Wen ſe genôch yn der Pedalogia „geöuet ſindt, ſo nehme me myt en vohr vp deſ„ſer auentſtûnde etlicke nùtlicke ſtûcken ex *Col„loquiis Erasmi.* Sûlcke Pedalogia edder Collo„quia kan me wol myth en des anderen dages „vp deſſe auentſtunde repeteren. Wen ſe öuerſt „vthgaen des auendes, tho der Veſper tho ſin„gende, ſo ſchal me en mytgeuen eynen *Sen„tentiam poeticam*, edder eynen andern guden „ſpröke, dar vth ſe vernufftig vñ verſtendich „werden, edder höueſche eruarenheyt leren.

„Des morgens van ſeſſen beth halue wege „achten edder van Simonis & Jude beth vp Pu„rificationis van ſeuenen beth tho achten, ſchô„len deſſe kynder ym andern loco ſûlueſt wed„der exponeren fabulas Eſopi, etlicke nomina „vnd verba dar vth declineren, vnde orſake ge„ven, worûmme ſe ſo declineren.

„Item wen ſe hebben geleret *regulas Conſtructio„num*, ſo ſchal me ock vp deſſe ſtûnde van en „vorderen tho Conſtruerende.

„Dar na late me ſe eyn weynich alleyne ſitten, velich-

(6) Rectius ſcribitur *Paedologia* in Vita Petri Moſellani ap. Melch. Adamum in Vitt. Philoſophor. p. m. 60. Conſtat haec Paedalogia Dialogis, in puerorum vſum conſcriptis. Cum Chriſtoph. Hegendorphini Dialogis edita eſt Tigur. 1540. 8.

„velichte tho etende. Balde darna ſchal eyne „andere lectie werden.

„III. Im drúdden Loco ſchólen ſyn de kynde„re, de to voren ym andern Loco wol geóuet „ſind. Den legge me vohr *Terentium* Hora pri„ma, vnde late en ock dar van buten leren, wen„te ſe, alſe de geóueden, kónen nu wol mehr „verdragen, den de vorigen kyndere, doch „ſchal me ſe nicht beſwaren mehr, wen ſe dra„gen kónen. Ouerſt wen ſe dar ynne wol geó„vet ſind, ſo mach me en ock vohrleggen etlicke „van den ehrlickeſten fabulen *Plauti*. Deſſen „ſchal ock de Rector ſúlueſt eyne nútlicke le„ctie bedencken vp de auentſtúnde.

„Des morgens ſcholen ſe Terentium, edder „Plautum exponeren ſúlueſt, edder wat ſe tho „vohren gehóret hebben, vnde dar vth yo fly„tich bauen alle dinck de *Grammatica*, vnde *dath „latin redent* wol óuen, ock alſo dat de kyndere „nycht alleyne latyn leren reden, ſúnder ock „vernufftlick vn verſtentlyck, welck en ock na„mals denet, wen ſe vor andern lúden dúdeſch „ſchólen reden, vnde wen ſe vp den breff lati„niſch edder dúdeſch ſchólen ſcriuen.

„IV. Im veerden Loco ſchólen ſyn de kynde„re, de ym drúdden wol geóuet ſindt. Den „ſchal me exponeren *Virgilium* Hora prima. „Wenn ſe dar ynne geóuet ſind, ock *Metamor„phoſin Ouidii*. In der auentſtunde *Officia Ciceronis*, „edder *familiares Epiſtolas Ciceronis*.

„Des morgens ſchal me Virgilium repeteren. „Vnd dat yo de *Grammatica* ym Swange bliue, ſo

ſchal

„ſchal me van en ock ſo wol alſe van den andern „vòrderen Conſtructiones vnde Declinationes, „vnde wyſen en de Figuras orationis yn dem „Autore. Wen ſe wol geòuet ſind in der Gram- „matica, ſchal me deſſe yn der ſtunden vor myd- „dage ock holdenn dar tho, dat ſe *Metra* leren „maken.

„V. Im vefften Loco ſchôlen ſyn de iungen, „de yn den vorigen Locis wol geòuet ſind, de „ſchal me ôven to der *Dialectica* vnd *Rhetorica*, „ock en vohrgeuen etlicke *rudimenta Mathema-* „*tum*. Deſſen ſchal me ock leren *rudimenta gre-* „*carum literarum*, ſo me ſe nicht fùrder bryngen „kan. Ock *Hebreiſche böckſtaue* kennen leren.

Sünderge ôueſtunde.

„In der ſtunde edder tydt vor myddage beth „tho negenen, edder van Symonis & Jude beth „vp Purificationis na negenen (wente denn ys „yd noch tidt genoch na negenen tho ſingende) „den ſchal me ouer de gantzê Schole, vor allen „kynderen vnd Schôleren, ane de Fibuliſten, „nycht anders dohn, wen dat me ſe wol vnd ſte- „des ôuet, na ehrer gelegenheit, yn der *Gram-* „*matica*, alſe erſt yn der Etymologia, dar na yn „der Proſodia. Vnd dat me wedder anheue wen „ſùlcks vth is, dat ſe ock de Regulen butene „leren.

„De dar tho dùchtich ſind, ſchôlen alle weke „*Epiſtolen* edder *Carmina* yn bringen, na erem „vorſtandé, vnd ſchôlen yo alle dar to flitich ge- „holden werden, dat ſe *latyn reden*, vñ de pre- „ceptores myt en, ſo vele alſe môgelick ys.

Item

„Item ydt ys ock eyn gude ôuinge, dat me ſe
„*Comedien* ſpelen let, edder etlike nütte *Collo-*
„*quia Erasmi.*

„Wo ôuerſt de Scholeperſonen yn de Loca
„vnde ſtunden vordehlet môgen werden, dat
„ſchal dem ôuerſten Magiſtro beualen ſyn, de
„werdt gelegenheyt wol anſehn.

„ *Middewekens ôuent und fryſt.*

„Des middewekens vp alle benômede ſtun-
„den von middage ſchal geſchehn ein gemeine
„*repetitio* yn allen Locis van eren gehôrden le-
„ctien. Des namiddages ſchôlen de Schôlere
„vorlôff hebben, alſo dat ſe ock nicht daruen
„Veſper ſingen, ſo kônen de Scholegeſellen eyn
„mael rowe hebben wat ſunderges to ſtuderen-
„de, edder to badende. Sûlck ys ock den kyn-
„dern gudt, dat ſe nycht ouerdratich to der le-
„re werden, vñ deſte friſcher des andern dages
„wedder hen an kamen. Doch dat ſülke tydt
„noch mehr nütte ſy, ſchal me den iungen ma-
„terie vp geuen to makende *Epiſtolen* edder *Car-*
„*mina*, vnd de yn der andern weken dar na yn-
„bringende. Ock bauen alle dinck ſe dar tho
„holden, dat ſe yo *latin reden*, vnde ſick nycht
„gewennen tho kôkenlatine, ſo fro alſe môge-
„lik ys.

„ *Sonnauendes lere vnde fryſt.*

„Des Sonnauendes den gantzen dach ouer,
„vp de benômeden Scholeſtunden, beth tho
„der Veſper, ſchal me en flitich leren ver-
„ſtahn den *Catechismum*, dat ys, Chriſtlicke

vnder-

„vnderrichtinge der tyn gebot, des louens, „des Vader vnſes, der Sacramenten. Den vor- „ſtendigen yungen ouerſt wath vth dem *latinſ- „ſchen Nyen Teſtamente*, edder etlicken lichten *Pſal- „men*, edder *Prouerbiis Salomonis*, doch nicht „ſwares na ehrem vorſtande. *Matheum* den „Euangeliſtam grammatice, twe Epiſtolas thom „*Timotheo*, eyne thom *Tito*, de eerſte *Joannis*.

„ *Seuen Scholegeſellen.*

„Darùmme ys ock gedacht vp de Scholegeſel- „len, edder Scholeperſonen, de ſùlcken arbeyt „ſchôlen vthrichten. Vnde wo wol mehr per- „ſonen van nôden weren, alſo dat me wol twe „ſengers yn yewelicker parkercke bedröffte, „doch ys yd vohr gudt angeſehn, men ſeuene „tho hebbende, dath wy ſe deſte beth yn der „Scholen tho arbeyde mògen bringen, vnde „deſte beth vor ehren arbeydt vnde kunſtbru- „kinge beſolden.

„De ſeuen (7) perſonen ſyndt
„De Rector.
„De Subrector.
„De Cantor.
„ Sùnte Iacob.
„De Pedagogus tho Sùnte Peter.
„ Sùnte Egidies.
„ Der Domparre (8).

De

(7) Quo tempore octauus doctor publicus, ſiue Conrector, acceſſerit, non certo quidem conſtat; videtur tamen non multo poſt additus.

(8) Huius vice in Templo Cathedrali hodie fungitur ſuperior Scholae Cathedralis Praeceptor.

Digitized by Google

„De Ouerſte Magiſter edder Rector, wo wol „geleret, moht ſick doch nycht verdreten laten „myt den kyndern ringe dinck tho ôvende, dath „he nycht gedencke, alſe etlicke vnwyslick „dohn, ſine kunſt tho bewyſende, ſsunder ve„le leuer den vngelerden kyndern tho helpen„de. Wente vpt erſte werdt me myth deſſen „vngeleerden kyndern alle Claſſes edder Loca „nycht kònen anrichten, ydt moth òuerſt doch „mit geleerden lùden werden angeuangen, dath „me ynn einen haluen iare ſsùlck eine kòſtlike „frucht der Scholen dath meyſte parth vhor oge„ne ſehe, tho beteringe vnd ehren deſſer guden „Stadt. Na deſſer wyſe mòten ock geſinnet „ſyn, vnd ſick ſchicken tho den iungen de an„deren Scholegeſellen, edder Scholeperſonen, „eyn yewelick na ſinem ſlaghe, dath ſe ſick „nycht myth ſunderger kunſt bewyſen, ſsùn„der arbeydenn flytich, vnd trachten wat den „kynderen nùtte ſy, na dem willen des Re„ctoris.

„ *Dath de Schole beſtendig moge* „ *blyuen.*

„De Superattendente myt den Paſtoren vnde „ver Rades perſonen dar to geſchicket, neuen „den vorweſern der Scholen, vn den tein kerck„vedern, ſchòlen *alle halue yare de Schole viſiteren*, „to beſehnde efft ydt ock ynn allen dingen. na „der ordeninge erſten angeuangen, recht tho „ga. Ock ſchòlen neyne andere Scholen, edder

„ock

„ock *winckel Scholen* geſtadet werden, dar dòrch „der rechten guden Scholen mochte af bròke ed- „der verhinderniſſe ſchehn.

„De Rector kan wol eyn mael yn der weken „eyne latiniſche lectie dohn vor de geleerden „ym lectorio, vth der hilgen ſcrifft, edder ſùs „eyne latiniſche oratie, edder vermaninge. „Dat kan ock wol des geliken don de Subrector. „Doch ſchal me ſùlken ſùndergen arbeyt en „nicht vpleggen, noch dem Rectori, noch dem „Subrectori, ſùnder me late ydt ſtaen tho ehrem „wyllenn, dath nycht de Scholearbeyt vohr de „de kindere beſtellet, dorch ſùnderger arbeydt „verſùmet werde.

Praeter allata docentur in hac Ordinatione plura de Scholarchis (9): de eligendis & vocandis Praeceptoribus: de eorum Salario: de Didactro: de Muſica ac ſacrarum Lectionum ritu a diſcipulis in Templis, diebus tum aliis, tum feſtis praecipue ac dominicis, obſeruando, &c. quae omnia longe aliter hodie ſe habent; imo vero tota haec Conſtitutio Bugenhagiana a Magnifico Senatu an. 1662 eſt reuiſa, ac valde immutata. Vid. Chronic. Lubecenſ. Compend. Kerckringio-Mûllerian. pag. 331.

§. III.

Schola autem haec non poterat ſine ſumtibus inſtrui. Hos iam ante Reformationem Scholae

(9) Hi ſunt hodie ipſi duo Magnifici Conſules primarii.

lae, quae fuit in Coenobio Cathariniano, Pontificiae ſuppeditauit diues illud Sacellum, ab *Henrico Caſtorp*, Conſule, *Ioanne Hertze*, Senatore, nec non *Wolterò Leyde*, *Henrico Greverade*, *Henrico Blome* & *Ioanne Caſtorp*, Ciuibus Lubecenſibus, an. 1462 fundatum (10), quod eſt in Templo Mariano, pone ſummum altare, & illo tempore ob laudes Mariae in eodem ſolemniter decantatas (11) *die Sânger-Capelle* audiit, hodie vero confeſſionibus poenitentium audiendis inſerviens *die Beicht-Capelle* nuncupatur. Nam in Codice MS. membranaceo Confraternitas B. V. Mariae, quae olim celebrata fuit in dicto Sacello, fol. 25. b. legitur: *Anno XXVIII* (1528) *gaff vns tho Marien Capellen Her Hinrick Warmboke* (Senator & Camerarius Lubecenſis, an. 1532 mortuus) *welck ſyn Sone Hinrik vns entrichtet heffe, to Behoeff der Schole thoſunte Katherinen, XX Mark.* Et ad annum 1530: *Anno XXX gaff vnſs Hinrick Bockholt, von wegen der Greveradesken Teſtamente, thor Schole Behoeff thoſunte Katherinen, XX Marck.* Ad ann. quoque XXXVIII. XL. XLIII in eodem Codice pecuniarum Scholae datarum mentio iniicitur, per quam Scholam haud dubie etiam Cathariniana, *κατ' ἐξοχὴν* ſic dicta, eſt intelligenda, licet generalis tantum Scho-

(10) Litteras fundationis Mellius in Lubec. Relig. conſeruauit.

(11) Miſſa in honorem Mariae cantata *unſer leuen Vrouwen Getyde* fuit dicta.

Scholae appellatio occurrat. Huc ſpectant verba, quae ad an. 1530 habet Bonnus in Chron. Lubec. f. Jvj: *In S. Catharinen Kloſter iſt eine gemeine Schule angerichtet, und die Rente, ſo zuvor bey der Senger Capellen war, iſt zu Unterhaltung der Schulgeſellen gelegt.* Conf. Regkmannus in Chron. Lubec. ad eund. an. 1530. pag. 136 ſcribens: *In Sanct Catharinen Cloſter iſt ein gemeine Schule angerichtet, und die Renten, ſo zuvor zu der Sing Capell verordnet geweſen, iſt zu Underhaltung der Schüler gelegt.*

§. IV.

Habemus itaque Scholam inſtitutam & bene inſtructam. Reſtat circa ipſius initia, vt de primo eius moderatore diſpiciamus. Primus autem Athenaei Lubecenſis Rector a Dav. Chytraeo, Mich. Henckelmanno, Seckendorfio (vid. Athen. Lubec. P. I. p. 8. 39. 40), Bangerto, Mollero, Abrah. Sculteto in Annalib. Euangel. Dec. II. p. 320, & aliis, HERMANNVS BVSCODVCENSIS appellatur. Quibus praeſtantisſimis viris aegre quidem contradico, non poſſum tamen non dubia, circa hanc ſententiam mihi nata, proponere. Nolo tenaciter vrgere, incertam eam reddere, quod hic HERMANNVS a nonnullis (12) NICOLAVS vocetur. Reſpicio tantum rationem temporis, quae vix patitur, vt ante Bonnum fuiſſe Lutheranum Rectorem ſtatuamus, niſi forte per aliquot hebdomadas Hermannum Buscoducenſem ante Bonnum Rectoris

(12) Vid. Starckii Vit. Bonni p. 136. Molleri Iſagog. pag. 490. Ludouici Hiſt. Gymn. & Schol. P. I. p. 160. P. V. pag. 307.

Digitized by Google

ctoris munia obiisse, quis velit credere. Bonnus an. 1531 Superintendens constitutus, annuo spatio fuit Rector. Bugenhagius autem anno 1530. fere exeunte demum venit Lubecam. Aut igitur falsa est relatio, Bonnum per anni spatium fuisse Rectorem: aut, si haec vera, ante Bonnum, Rectorem fuisse vix credi potest. Accedit, quod ab Henrico Gerdouio, Lubecensi (13) Bonnus diserte *primus Rector* vocetur. Ipsa Gerdouii verba, Bugenhagii Annotationibus in Epistolas Pauli, ex Bibliotheca Bonni Gerhardo Huberto a Gerdouio donatis, praescripta exhibuit Starckius in Vit. Bonni p. 136. Quis ergo Hermannus Buscoducensis? Forsan superstes in Schola Catharineana Pontificia Rector. Afferam aliam, quae mihi venit in mentem, coniecturam, a qua dissentiendi libertatem vnicuiq; facile relinquo. Scilicet Hermannus Buscoducensis videtur esse *Hermannus Bæschius*, siue *de Busch*, Nobilis Guestphalus, magnus litterarum humaniorum ante Reformationem instaurator, qui cum variis in locis, inuidentibus licet rudibus monachis, & non raro eum expellentibus, humaniora esset professus, accesit etiam Lubecam, vbi, teste Hermanno Hamelmanno in Narrat. de Vita Herm. Buschii, Opp. Genealogico-

(13) Huius docti viri commercium, quod cum Suffrido Petro, ICto & Frisiae Historico celeberrimo, atque aliis eruditae ciuitatis ornamentis, habuit, litterarium cognosci potest ex Epistolis Claror. Viror. a Simone Abbes Gabbema collectis ac editis Harlingae Frisior. 1664. 8. pag. 465-483.

Digitized by Google

Hist. p. 292, *hymnum ex Prudentio explicuit.* Vnde V. C. Reinh. Henr. Rollius in Dissert. sub celeberr. Aepini praesidio habita de Meritis Westphalor. in Acad. Rostoch. p. 41. scribit, *extare merita Buschii in Gymnasia Hammon., Monaster, Osnabrûgense, Bremense, Hamburgense, Lubecense* &c. Conf. Cl. Iac. Burckhardi Commentar. de Vita Buschii, ipsius Vallo Humanitatis Francof. ad Moen. 1719 recuso praemissus, pag. 183. Hoc cum sit factum sub initium saeculi sexti atque decimi (adeoque quo longius a tempore Reformationis Lubecensis remotum, eo facilius errandi occasionem potuerit suppeditare), & eodem tempore, quo res sacrae pariter ac scholasticae apud Lubecenses emendatae, vixerit celebris ludorum litterariorum, Antuerpiensis primum, deinde Wesalienſis moderator, M. NICOLAVS BVSCODVCENSIS (14), non leuis nascitur con-

(14) Quantus fuerit hic Nicolaus Buscoducensis vir, siue litteras spectes, siue religionem, & quantum ideo sit perpessus, variis documentis potest probari. Melchior Adamus in Vitis Medicor., & quidem in Vita Iacobi Bordingi, Med. Prof. Rostochiensis & Hafniens., nec non Archiatri Danici, p. m. 101 haec de eo refert: *Annum agens nonum* (natus autem erat 1511) *in disciplinam traditus est Scholae Antwerpiensis moderatori M. NICOLAO BVSCODVCENSI, hominі non doctrina modo, verum etiam pietate singulari praedito, Nam ob puram religionis doctrinam & confessionem Bruxellae in carcerem non ita multo post coniectus est: e quo tamen, DEI beneficio, liberatus dicitur.* Ipse Bordingus in Vita sua Nicolai

coniectura, ex his duumuiris, *Hermanno Buſchio* nempe, & *Nicolao Buſcoducenſi*, per quan-

C 2 dam

Nicolai Buſcoducenſis, tanquam praeceptoris ſui, me minit, ap. Mellium in Notit. Maior. p. 48. Non minus egregia ſunt, quae de eo ſcripſit Hamelmannus in Opp. p. 1016: *Delegit Senatus* (Weſalienſis) *M. Nicolaum Buscoducenſem, & hominum doctum & multarum linguarum peritum in Superintendenten. --- Fuit omnium primo M. Nicolaus, Rector Scholae. --- Alii inſidebant M. Nicolao honorem.* p. 1717: *Alii boni viri & concionatores turbati* (tempore Interim) *ex urbe* (Weſalienſi) *per diuerſos locos diſperſi ſunt. -- M. Nicolaus Buſchoducenſis Bremae gratiam impetrat apud Comitem Chriſtophorum Oldenburgicum, qui eum permouet ad conditionem in Blanckenborg.* p. 783: *Nec hoc ſubticendum erit de pio & glorioſo Comite Chriſtophoro, quod eiectum tempore Interimiſtico ex urbe Weſalia aluerit liberaliter & ſuae ſemper menſae adiunxerit M. Nicolaum Buſchoducenſem, virum in linguis verſatum & hominem eruditum.* Suo in primis amore & cura dignisſimum eum indicauit Philippus Melanchthon, quod luculenter probant tres ad illum an. 1646 ſcriptae Epiſtolae quae extant apud Gabbemam l. c. pag. 78. 91. 92. Vltimam iuuat ſubiicere.

„ *Viro optimo & eximia eruditione praedito*
„ D. NICOLAO BVSCODVCENSI,
„ *Gubernanti ſtudia litterarum Weſaliae,*
„ *amico ſuo cariſſimo*
„ S. D.

„Saepe hoc belli tempore de te & ego & amici multi in „noſtra Academia locuti ſumus, teque optauimus vel apud nos, vel alibi tranquillam ſedem in hac tua ſenecta „habere. Poſtquam igitur Bonnam veni ad Bucerum, „ac intellexi, deliberationes eſſe de quaerendis Eccle-

ſiarum

dam confusionem, isto tempore in historia litteraria non adeo raram, factum esse *Hermannum* (alias *Nicolaum*) *Buscoducensem*. Hac ratione, coniicio, effictum esse Hermannum Buscoducensem, Rectorem Lubecensem forsan imaginarium. Certiora sunt, quae de Hermanno Bonno commemorabuntur.

CAPVT III.

De *Rectoratu* *M. HERMANNI BONNI.* A. 1530 & 1531.

§. I.

HERMANNVS BONNVS, Quakenburgensis Westphalus, anno 1504 lucem aspexit. *Prodiit*, teste Hamelmanno Opp.

„siarum gubernatoribus, mentionem tui fecimus. Et „adfuerunt alii, qui honorifico testimonio te ornabant. „Iussus sum igitur a D. Bucero ad te scribere, vt vel literis „tuam voluntatem significes, vel ipse huc venias, vt „coram de munere Ecclesiastico mandando tecum agi „possit, & tu hic rerum omnium statum explores. Prin„cipis Colonienſis voluntatem in emendatione Ecclesia„rum piam & firmam esse animaduerto. Venies igitur „Bonnam ad Bucerum, aut certe significabis tuam vo„luntatem. Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu „Christi oro, vt te seruet, & in locum tranquillum tra„ducat. Bene vale. Bonnae d. XVIII Maii.

PHILIPPVS MELANTHON.

Digitized by Google

Opp. Genealogico-Hiſtoric. p. 333, *ex ſchola Timanni ſub Murmelio*, adeoque in Monaſterienſi Schola, cuius Rector erat *Timannus Camenerus*, Conrector autem *Ioannes Murmelius*, fuit inſtitutus. Intrauit deinceps Cenobium Belbuchanum in Pomerania, quod tamen non multo poſt, agnita votorum monaſticorum vanitate, & ſalutaris doctrinae veritate, reliquit. Hanc puriorem doctrinam cum Straleſundenſibus communicare ſtuduit (1), ſicut deinceps Academiae Gryphiswaldenſi eruditione ſua prodeſſe, inq; hac ciuitate ſacra emendare contendit. Sed quum ſucceſſu non adeo magno Euangelii cauſa in Pomerania laboraret, in Daniam ſe contulit, vbi regii adoleſcentis, IOANNIS, Holſatiae Ducis, ſtudia gubernauit, gratum Principis animum expertus. Docet hoc Arnoldus Bonnus in Dedicatione, qua patris *Enarrat ſuccinctas e Paulinis & aliorum Apoſtolor. Epiſtolis* laudato Principi conſecrauit, his verbis: *Auctor Commentationis huius, pater meus, Excelſitatem Tuam primis annis tum optimarum artium, tum religioſae pietatis doctrina imbuit, & extitere viciſſim in ipſum Excelſitatis Tuae gratiſſimi erga praeceptorem animi argumenta, beneficiaque non vulgaria.* E Dania vocatus eſt Lubecam, vt Rectoris munia obiret, quam ſpartam eum non ſine laude (licet aetate non adeo grandis, imo vix viginti & ſex annos natus, eam nactus ſit) ornaſſe, ſubſequens paragra-

(1) Io. Fr. Meyeri Syndolog. Pomeran. in Vit. Io. Knipſtrouii.

phus declarabit. Tandem, raro valde exemplo, ex Rectore Superintendens Lubecensis factus est, in qua dignitate an. 1548. d. 12 Febr. ex militanti ad triumphantem ecclesiam feliciter transiuit, ob insignem operam rei & scholasticæ & ecclesiasticae, tam docendo, quam vtilissimos libros exarando, nauatam, post fata etiam immortalis. Plura de eius vita, eruditione, scriptis ac meritis dabunt Conr. Gesnerus in Biblioth. Vniuers. f. 223. 314. 399. 474. Append. Bibl. Gesn. f. 50. Ios. Simlerus in Biblioth. Gesner. p. 284 sq. Io. Iac. Frisius in Bibl. Gesn. p. 337. G. M. Koenigius in Biblioth. V. & N. p. 123. Christoph. Hendreichius in Pandect. Brandenb. Herm. Hamelmannus l. c. p. 158. 165. 166 333. 573. 590. 783. 791 977. 1134. 1135. 1136. 1137. 1170. 1171. G. H. Goetzius in Orat. de Hymn. & Hymnop. Lubecenss. p. 8 sqq. Io Fabricius in Hist. Biblioth. Fabric. P. II. p. 19. Io. Casp Wetzelius in Hymnopoeograph. P. I. pag. 124 sqq. Io. Anton. Strubbergius in Delineat. Histor. Osnabr. p. 76 (2), &, qui instar omnium esse potest, Casp. Henr. Starckius in Vita Bonni Lubec. 1710. 8. euulgata. Idem eruditissimus vir fusius & certius de Bonno commentabitur in P. I. Lubecae Lutherano-Euangelicae, quo laudatissimo

(2) Tres ibi *Agendorum Ecclesiasticorum Osnabrugensium* citat editiones, quae ob summam raritatem scriptis Bonni ἀνεκδότοις facile potuerunt annumerari (vid. Starck. Vit. Bonn. p. 129), pro quo monito decentes viro doctissimo gratias persoluo, &, vt egregium Historiae Osnabrugensis opus feliciter absoluat, ex animo voueo.

mo & luce dignisſimo opere merita ſua in rem ſacram & litterariam cummaxime amplificabit. Quae Henricus Bangertus in Catal. Rector. de de Bonno collegit, infra occurrent. Add., ſi placet, quae ſcripſi P.I. Athen. Lubec. p. 8 40. 41. Tria quoque Bonni ſcripta adducuntur a Thom. Hydeo in Catal. Biblioth. Bodleian. Oxon. 1674. fol. p. 99. Eius *Propoſitiones de Coena Domini* in Vrbani Regii Opp. Noriberg. 1562. fol. P. III. p. 8 leguntur. Elogiis Bonni, a Starckio p. 94 ſqq copioſe collectis, praeter ea, quae ex Hamelmanni, laudibus eius minime parcentis, Operibus poterunt deſumi, duo adiicio. Lucas Bacmeiſterus in Hiſtor. Eccleſ. & Miniſt. Roſtoch. MS. eum vocat *Theologum doctiſsimum & celeberrimum.* Henricus autem Santmannus in Orat. de Lubecae Fundat. & Increment. p. E. 2 ſcribit: *M. Hermannus Bonnus, cuius de encomio plene dicere amantium nullus poteſt, demere vero ne livor quidem aliquid.*

§. II.

Gratulari igitur Schola ſibi potuit tantum Rectorem, quem & pietas, & eruditio, & candor, & diligentia commendauit. Vtinam ſupereſſet memoria diſcipulorum Bonni, quorum nullum adhuc potui reperire. Innotuerunt mihi tamen ſcripta, in gratiam iuuentutis a Bonno (qui ad Superintendentis dignitatem iam euectus, vtiliſsimos labores Scholaſticos non neglexit, ſed fideliter continuauit) litteris conſignata. Ad *pietatem* tenellis animis inſtillandam ſpectant *Hymni & Sequentiae*, de quibus

bus infra ad an. 1559, quo in vſum iuuentutis ſcholaſticae ex officina Georgii Richolffii prodierunt, fuſius agam. *Studii Grammatici* maxime neceſſarii ergo elaborauit *Elementa & Grammaticam Latinam*, cuius libri licet duae commemorentur editiones, Lubec. 1596 & 1603. 8 (3), hodie tamen ſcriptis fere deperditis accenſetur, quod eo magis mirandum, quo crebrior olim fuit eius vſus, quem doctorum virorum teſtimonia euincunt. Sic Hamelmannus l. c. p. 120: *Poſtea* (poſt Buſchium) *illam Scholam* (Gryphiswaldenſem) *ornauit clariſſimus vir Hermannus Bonnus, Weſtphalus, cuius laus eſt in omnibus adhuc Scholis propter elementarium libellum.* Gesnerus l. c. edit. Friſ. p. 337: *Eiusdem extat Elementale, in vſum puerorum ſcriptum, quod per Saxoniam in omnibus Scholis loco Donati retinetur.* Hendreichius l. c: *Eiusdem extat Elementale, in vſum puerorum ſcriptum, quod per Saxoniam in omnibus Scholis loco Donati ſuperiore ſaeculo vſurpabatur.* Vtiliſſimi quoque *Studii Hiſtorici* rationem habuit, & in gratiam iuuenum *Chronicon Ioannis Carionis* ex Germanica in Latinam linguam transtulit. Legi hic merentur, quae de hoc labore an. 1558 in Epiſtola Dedicatoria (4) ad Sigismundum, Archi-

(3) Vid. Cl. Starckii Vit. Bonni p. 111. His duabus antiquiorem oportet eſſe editionem. Nam edidit etiam *Bonni Elementa* Nicolaus Vorſtius, Conrector. Vid. infra Cap. X. §. 3. Forſan plures ſunt editiones, de quibus ſine αὐτοψίᾳ nil dicere audeo.

(4) Extat in Chron. Carion. edit. Witteb. 1572. fol. In nonnullis editionibus fruſtra eam quaeſiui.

Digitized by Google

Archiepiſcopum Meideburgenſem, diſſeruit Philippus Melanchthon. *Excelluit*, ſic auſpicatur Dedicationem, *ingenio, eruditione, conſilio & virtute Hermannus Bonnus, qui in inclyta vrbe Lubeca & doctrinae ſtudia rexit, & Euangelium docuit. Is ante annos viginti Germanicum libellum, cui titulus eſt Chronicon Carionis, vt adoleſcentia inuitaretur ad hiſtoriarum lectionem, & illo compendio nonnihil adiuuaretur, in quo Monarchiarum ſeriem, & temporum collationem in praecipuis Eccleſiae, veteris Graeciae, & Romae negotiis probauit, Latine interpretatus eſt. Eam interpretationem cum poſtea viderem non ſolum in manibus eſſe adoleſcentum, ſed etiam vagari per exteras nationes, retexendam eſſe iudicaui, non tam vt augerem (etſi enim quaedam addidi, tamen compendii modus ſeruandus eſt) quam vt phraſin Germanicam, quam interpres ſuo quodam conſilio ſtudioſius retinuerat, cum quidem facundus & diſertus eſſet, propter adoleſcentes & exteros mutarem.* In eandem fere ſententiam ſcripſit B. Georgius Haccius in Nov. Praefat. Deliciis Marianis an. 1672 praefixa, qua easdem contra varias obiectiones vindicavit, pag. b: *Daß am 318 Bl. aus des Joh. Carionis Chronico des Francisci und Dominici Heiligkeit anziehe, will einigen darum nicht gefallen, weil dieſer Carion damahl, als er dieſes ſchrieb, Päbſtiſch noch geweſen, und alſo, als ein verdächtiger, in eigener Sache, und von ſeinen Glaubens-Genoſſen, nicht zeugen könne. Aber wie ſtimmet das mit dem überein, was Henricus Pantaleon (in Proſopog. Part. 3. p. 180) und Conrad Geſnerus (in Biblioth. f. 93. 3) von dieſem Hiſtorico un Mathematico ſchreiben: daß er nemlich in ſeiner Ju-*

,gend zu Wittenberg ſtudiret? Phil. Melanchthon habe ihn, in Verfertigung ſeiner Chronick geholffen? Seine Chronick ſey anno 1538, als D. Lutherus noch lebte, zu Wittenberg zum erſten mahl, und zwar deutſch, ausgangen? Hermannus Bonnus, Lutheranus, und Henricus Pantaleon, Caluinianus, und alſo beyde auſſer dem Pabſtthum ſtehende hochgelahrte Männer, haben dieſelbe theils in Latein überſetzet, theils über 20 Jahr vollenführet? Gewißlich, wenn die relation von Francisco und Dominico nicht nach der Wahrheit, ſondern nach denen Päbſtiſchen Liegen von Carione angeführet worden wäre, hätte ſonderlich dem Bonno, weil er ſeine Uberſetzung der Jugend, deren Rector (5) und Lehrer er damahls zu Lübeck war, zum Beſten vorgenommen, gebühret, ſolchen Fehler entweder auszulaſſen, oder zu verbeſſern. Als auch 20 Jahr hernach, an. 1558, Philippus Melanchthon des Bonni verſion in etwas vermehrt heraus zu geben anfieng (welches hernach ſein Schwieger-Sohn, Caſp. Peucerus, zu Ende gebracht) hat er die Urſach deſſen in der Dedication angezeigt, nicht, weil Bonnus ſich irgend worinn verſtoſſen, ſondern nur, damit er einige Germanismos, die derſelbe gleich mit Fleiß behalten, der Jugend und den Ausländern zum Beſten verändert

[illegible]ndem mentio etiam facienda *Lectionum Theologicarum* a Bonno habitarum. Harum ipſe

(5) An. 1538 Bonnus non amplius fuit Rector, ſed Superintendens. Cogitaui aliquando, an forſan poſt abitum Rutenii (qui Magdeburgum abiit, deinceps autem rediit. vid. Cap. IV) Bonnus Rectoris vice functus ſit. Sed cum de rebus in interregno iſto ſcholaſtico geſtis altum ſit ſilentium, aliis aliter cogitandi libertatem facile concedo.

Digitized by Google

ipſe meminit in Scripto ad Senat. Lubecenſem, quod ex Act. Miniſt. Lubec. T. III. f. 171—176 Starckius ad calcem Vitae Bonni p. 137 ſqq edidit. Verba Bonni ita ſe habent: *J. E. W. iſt nicht vnbewuſt, dat ick mi hebbe ouerreden laten, dat ick (wowoll dartho ungeſchicket) mi neuenſt der Latinſchen Lexen in der hilligen Schrifft tho St. Katrinen dartho wolde brucken laten, dat ick de Düdeſchen Sermonen, ſo den Superintendenten tho geordnet, verwaren ſchulde.* Superſunt eiusmodi *Praelectiones in Acta Apoſtolorum*, de quibus in Cap. ſeq. ad an. 1538, quo inſtitutae, plura afferentur.

§. III.

Bonni collega fuit ERASMVS SARCERIVS, Annaemontanus, qui vulgo primus Conrector Lubecenſis appellatur. Sed cum ſub initium Athenaei noſtri non fuerit Conrector, verum Rectorem ſtatim exceperit Subrector (6), haud video, quomodo Bonni tempore Sarcerius dici queat Conrector, quamuis negare nolim, eum, ſecunda vice ſcholaſticum munus Lubecae aggreſſum, Conrectoris munia adeptum eſſe, & octauum Collegam accesſiſſe. Quicquid autem huius rei ſit, hoc eſt certisſimum, quod Sarcerio inter praecipua, quae noſtrum habuit Athenaeum, ornamenta locus haud infimus ſit aſſignandus. Ea enim ſunt illius in optimas quasque litteras merita, vt Muſae in noſtris quoque Athenis eum mori vetent. Naſcebatur an. 1501 in ciuitate Annaemontana, quae pro-

(6) Vid. quae ex Ordinat. Eccleſ. Bugenhag. attuli Cap. II. §. 2.

Digitized by Google

profecto hoc ciue poteſt ſuperbire. Patris nomen ignotum quidem eſt, conſtat tamen, quod rei metallicae operam nauauerit. Humanioribus litteris in Schola primum patria, deinde Freibergenſi fuit ita imbutus, vt deinceps magna cum laude easdem docere potuerit. Philoſophiam ac Theologiam Lipſiae, Wittenbergae & Roſtochii non minori imbibit felicitate, adeo, vt ſummis, qui ſub Reformationis initium fuerunt, viris iure meritoque accenſeatur. Quare ſaluberrimum fuit conſilium, quo Patres Conſcripti Lubecenſes exeunte anno 1530 eum ex Roſtochienſi Academia vocarunt, vt nouae Scholae ſecundo loco praeeſſet (7). Aggrediebatur munus hoc eleganti *Oratione in Laudem Lubecae*, quae ad calcem ipſius Rhetoricae Marpurg. 1537. Francof. 1551 editae reperitur. Vid. Molleri Iſag. p. 442. Add. Bangerti Nott. in Helmoldum p. 138. *Quamuis autem*, ſunt verba Io. Dieterici in lectu digna Diſſertat. de Annaeberga & claris Viris inde oriundis Lipſ. 1702. 4. pag. 23 ſq, *libenter Lubecae diutius manſiſſet, attamen amplius propter religionem tuto ibi viuere non potuit, quoniam Imperator Carolus V Lubecenſes quoque Romanae iterum eccleſiae placita ſequi iuſſerat. Quapropter ſeceſſit Roſtochium, & in ludo litterario iuuentutem erudiuit ac inſtituit. Exinde venit Viennam in Auſtria & Graecium in Styria, vbi res ſuas iterum egregie geſſit, ac non minori, quam antea, ſolitus erat, dexteritate docuit. Dum autem in his quoque regionibus periculum vitae & religionis ab hoſtibus*

(7) Seckendorf. Hiſt. Lutheran. p. 219. ed. in fol.

bus veritatis Euangelicae ipſi imminebat, Lubecenſes in tuto iam degentes e Styria eum reuocarunt, vt ipſorum Scholam nunc regeret, &, qua fieri poterat, cura atque diligentia amoeniores litteras iterum traderet. Nec male profecto hanc ſpartam ornauit, ſiquidem in pellenda barbarie omnem operam adhibuit, & nihil omiſit, quod ad promouendas ſcholarum vtilitates facere poterat. Quae vltima verba videntur indicare, quod Lubecam reuerſo ipſum Rectoris ſit delatum. Sed antiquius & clarius teſtimonium requiro. Fuit adhuc Lubecae an. 1533, quod docet hoc anno euulgatus, atque Hieronymo Northoff & Hermanno Brûnings, Lubecenſibus, inſcriptus *Libellus in vſum puerorum, qui primum exponere diſcunt.* Redditus Lubecenſibus, ad annum vsque 1536 hic videtur permanſiſſe.(8) Ipſe quidem finem ſtationis ſcholaſticae ad annum 1338 retulit, dum Epiſtolam Nuncupatoriam, Scholiis in Marcum Baſil. 1541. 8 editis praemiſſam, Sigenae Tengroram Comitatus Naſſouienſis 26. Aug. 1538 ſcriptum, his inchoauit verbis: *Efficit tandem apud me languor ille, ſeu morbus potius, quo iam diu nunc laboro, quod vel non lubens etiam coactus fim, inſtituendi pueros laborioſam prouinciam peni-*

(8) Aliquod tamen huius anni ſpatium Lubecae exegit. Sic enim ſcribit Hamelmannus l. c. p. 977: *Bugenhagius ordinauit Superintendentem M. Hermannum Bonnum, Quakenburgenſem, amatum Luthero, & publicis encomiis a Philippo celebratum, Theologum abſolutum, qui in tota Biblia ſcripſit iuſta & integra commentaria, ſicut hoc de ipſo teſtatur Eraſmus Sarcerius in editis ſuper Matthaeum Scholiis, qui ibi ſub Bonno anno Domini 1536. Conrectorem Scholae egit.*

Digitized by Google

penitus deſerere, & commodiore adſanitatem conditione quaerere victum. Sed cum, Hamelmanno teſte l. c. p. 333, Dillenbergae Rector primo, deinde Concionator, fuerit, aliquod etiam tempus muneri ſcholaſtico Dillenbergae adminiſtrato eſt tribuendum. Quid? quod Dedicationem *Dialecticae* praemiſſam Sigenae Tengrorum 5 Novembr. 1536 ſcripſit. Vnde luculenter apparet, quod hoc ſaltem anno Lubecam reliquerit. Quam editionem Francof. 1560. 8. euulgatam Lubecenſis videtur antecesſiſſe, ſiquidem, referente B. Fechtio in Appar. ad Epiſtol. Marbach. p. 69, *Lubecae Dialecticam & Rhetoricam edidit.* Hanc vero editionem me nunquam vidiſſe fateor. Quomodo ſit accurate corrigendus typographi in numeris exprimendis admiſſus error, quo apud Bangertum in Catal. Rector. p. C 2 b anno 1528 Sarcerii auſpiciis *Paradigma, in quo Sententia vera de verbis Coenae defenditur, Lubecae in Schola declamatum* dicitur, ἀντόψια docebit. Cum autem Lubecae eſſet Sarcerius, non ſolum optimis artibus iuuenes imbuere laborauit, verum ipſe etiam prudenter vſus eſt occaſione, per Hermannum Bonnum, virum iſta aetate ſummum, proficiendi. *Quando Erasmus Sarcerius*, inquit Hamelmannus l. c. p. 333, *iſtius* (Bonni) *eſſet Conrector Lubecae, dicitur ab eo hauſiſſe & excerpſiſſe, quicquid poſtea per Methodum in re Dialectica & Rhetorica edidit iſte Sarcerius, dum ageret Rectorem primo, deinde Concionatorem Dillenbergae, vel Sigenae in Comitatu Naſſouienſi.* Rationem interpretandi ſacrum codicem ſe a Bonno dediciſſe, ipſe fatetur

fatetur in Epist. Nuncupat. Scholiis in Matthaeum praefixa, p. 5 his verbis: *Habui in hac ratione explicandi praeceptorem longe doctissimum, dominum Hermannum Bonnum, Ecclesiarum Lubecensium Superintendentem, qui quam feliciter versatus sit in hoc campo, monstrabunt aliquando ipsius prodituraе lucubrationes, quas etiam nunc, vt latentes, aliquoties consului.* Huc spectant verba Hamelmanni p. 1135: *Erat Bonnus magnus & solertissimus interpres scripturarum, de quo scribit Erasm. Sarcerius, discipulus Bonni, in Praefat. sui Commentarii in Matthaeum, quod doctissimos istius clarissimi & eruditissimi viri D. Bonni commentarios latentes saepe consuluerit & istis vsus sit ad sua pertexenda.* Hoc decus suum Lubecenses, qui istud sine dubio in magno habuerunt pretio, & aegre dimiserunt, oportuit Nassovicae Scholae primum, deinde Ecclesiae concedere, quam magna cum laude gubernauit vsque ad annum 1548, quo maluit exilii calamitatem perpeti, quam famosum libellum Interimisticum approbare. *Guilielmus, Comes Nassovius, Erasmum Sarcerium idcirco* (propter librum Interim) *discedere patiebatur*, inquit Sleidanus de Stat. Religion. Lib. XX. p. m. 339. Interiecto aliquo tempore, quod in patria ciuitate vtilissime triuit, Lipsienses an. 1549 Pastoris Thomani munia ei detulerunt. Vid. Io. Iac. Vogelii Annal. Lipsiens. p. 187 sq. Errat igitur Iac. Verheidenus, quando in Elogg. Theologg. p. 47 Sarcerium fuisse primum Lipsiae Pastorem, deinde Nassouium Antistitem, arbitratur. Lipsia an. 1552 vna cum Philippo Melanchthone

chthone proficiſci voluit ad Tridentinum Concilium; ſed cum ſaluum, quem vocant, conductum impetrare non potuerint, Norimberga d. 18 Mai. domum, re infecta, ſunt reuerſi. Leg. Vogelius l. c. p. 192. An. 1554 vocatus eſt Islebiam Eccleſiarum Mansfeldicarum Antiſtes. Quae Eccleſiae multa ipſi debent ob cuſtoditam ſinceram doctrinam, ob reprobratum in Synodo Islebienſi an. 1554 habita Maiorismum, ob alia merita, a Mich. Emmerlingio de Stat. Eccleſ. Euang. Mansfeldenſ. Sect. II. §. 16 ſq. Io. Godofr. Nicandro in Eccleſ. Mansfeldic. & aliis iure celebrata. Auxit merita in puriorem religionem rebus in Wormatienſi Colloquio an. 1557 habito peregregie geſtis. Tandem an. 1559 Magdeburgenſes Sarcerium ſuae praefecerunt Eccleſiae, cui haud dubie etiam fuiſſet & praeſidio & ornamento, niſi poſt habitos quatuor tantum ſacros ſermones, acerrimis calculi doloribus correptus animam an. 1559. d. 28 Nov. efflaſſet. Reddiderunt autem ipſum in Lutherana eccleſia eruditio maxima, diligentia indefeſſa, religionis ardor calidiſſimus, prudentia maxima, pietas minime lucata immortalem. Vnde ſummi viri praeconia, quae maiora nonnunquam eſſe haud potuerunt, ei detulere. Largam eorundem copiam ſcriptores infra citandi ſuppeditabunt. Simili ratione ipſius Scripta (quibus totus fere ſacer codex illuſtratur, & multae aliae magni momenti doctrinae, praeſertim ſacrae, expenduntur) a Crenio Exerc. II de Libr. Scriptor. optim. p. 42. Bieckio de Tripl.

Tripl. Interim pag. 174 ſq & aliis ſunt praedicata. Pleraque horum cum ex ἀυτοψία mihi innotuerint, eorum memoriam in his quoque Athenis conſeruare operae duco pretium. Conciliarunt autem Sarcerio famam

Dialectica multis ac variis exemplis illuſtrata, vna cum facillima Syllogismorum expoſitoriorum, enthymematum, exemplorum, inductionum & ſoritum diſpoſitione. Marp. 1537. Francof. 1560. 8. In Dedicatione an. 1536 ſcripta Sarcerius inter alia: Coactus ſum in haec vsque tempora, „idque fortuna ſic currente, publicis ſcholis „praeeſſe, quam prouinciam ſi non cum ma„gno meo fructu, tamen aſſidua ſedulitate „ſemper ſtudui adminiſtrare diligenter. Et „quia D. Philippus, venerandus ipſius vſus, „tam Dialectices, quam Rhetorices, pater, „non vno in loco praeceptores iuuentutis „monet, vt ſuperſtitioſam quandam in trahen„dis liberalioribus illis artibus curam adhi„beant, multisque exemplis reddant eas ſua„viores. Volui itaque tanti hominis admo„nitionibus acquieſcere, & rigida alias Dia„lectices praecepta exemplorum multitudi„ne mitiora efficere. Non quod alii idem „longe doctius ac melius non praeſtiterint, „ſed quia crediderim, hanc artem non poſſe „ſatis illuſtrari exemplis. Et vtinam plures „in inſtituendi officio occupati idem ſtude„rent, quo adoleſcentes obruti exemplis „cogerentur tandem fateri, Dialecticam non „eſſe ita ſpinoſam, ſicut quidam monſtroſe

„de tanta arte imaginantur. Ea igitur exem-
„pla, quae ſubinde inter docendum meis
„pueris proponere ſoleo, in libellum conieci.
„Primum vt iuuentuti inſeruirem, ne exſcri-
„bendo ac diſcendo ſimul nimium grauare-
„tur. Deinde vt me leuarem a dictandi
„onere.

Rhetorica plena exemplis, quae ſuccinctarum Declamationum loco eſſe poſſint. Marpurg. 1537. 8. In Praefatione auctor inter alia: Placuit ad meo-
„rum puerorum preces, iuxta praeſcriptum
„Rhetorices, ſyluam quandam exemplorum
„conſcribere, non aliam ob cauſam, niſi vt
„diſcipulorum adfectibus ſatisfacerem, ſi-
„mulque docerem, id verum eſſe, quod de
„quibusdam artibus dicitur, eas ſcilicet vſu
„& exemplorum demonſtratione potius,
„quam nudis praeceptis addiſci poſſe.

Dictionarium Scholaſticae Doctrinae. Baſil. 1546. 8.

In Matthaeum Euangeliſtam iuſta & docta Scholia, per omnes Rhetoricae artis circumſtantias methodice conſcripta & locupletata. Baſil. 1544. 8.

In Marcum Euangeliſtam iuſta Scholia, iuxta perpetuam Orationis ſeriem & cohaerentiam conſcripta & locupletata. Baſil. 1539. 1541. 8.

Scholia in Lucam. ibid. 1539. 8.

In Ioannem Euangeliſtam iuſta Scholia, ſumma diligentia ad perpetuae textus cohaerentiae filum conſcripta. Baſil. 1541. 8. In Praefatione de Ioanne egregia obſeruantur.

In D. Pauli Epiſtolas ad Corinthios eruditae ac piae Meditationes. Argentorat. 1544. 8.

Dialo-

Dialogus mutuis interrogationibus & reſponſionibus reddens rationem veterum Synodorum, cum generalium, tum prouincialium: item Viſitationum, & nuper habitae Synodi & Viſitationis, pro Paſtoribus Comitatus Naſſouienſis, ſub illuſtri & generoſo Domino Guilielmo Comite: ſimulque explicans eiusdem Synodi & Viſitationis acta, quae lecta & cognita, & aliis regionibus multum vtilitatis afferre poſſunt. 1539. 4. In Io. Fabricii Hiſt. Biblioth. Fabric. P. IV. p. 240 ſq habetur huius libri recenſio, ſequenti iudicio obſignata: *Eſt liber vtilis Superintendentibus, quorum officium eſt Synodos celebrare & viſitationes eccleſiarum obire: imo & ſuo modo Paſtoribus ipſis, vt inde cognoſcant, quo inſtructi debeant eſſe modo, ſi ad examina forte ipſos accedere oporteat.* Contenta libri annotauit Gesnerus in Biblioth. f. 223.

Corpus Iuris Matrimonialis. Vom Vrſprung, Anfang und Herkhomen des heyligen Eheſtandts, was der ſeyo, wie er fürzunemen, anzufahen, und Chriſtlich zu volnfüren, auch von allerley zweifelichen, verhinderlichen und diſputirlichen Fällen, ſo ſich vor und in demſelben auf mancherley Wege zutragen, genannt Eheſachen, ein gründtlicher Bericht auß den Göttlichen, Natürlichen, Keyſerlichen und Päpſtiſchen Rechten, auch etlicher nammhafften gelehrten Theologen Büchern vor viel Jahren zuſammen gezogen durch Erasmum Sarcerium, und jetzt mit mehr Schrifften, ſo newlicher Zeit von dieſem Handel außgangen, erweitert und gemehret, wie ſolches aus nachfolgender Verzeichnuß zu ſehen, und

nemlich: Fürſt Georg von Anhalt, D. Martinus Luther, H. Philippus Melanchthon, D. Joann Pommer, H. Jo. Brentz, D. Georg Maior, H. Martinus Bucer, H. Henrich Bullinger, D. Melchior Kling, M. Ottho Körber, M. Joann Ireneus, M. Antonius Corvinus, etlicher hohen Schulen, ſampt der Zürcher Ehegerichts Ordnung. Alles jetzt aufs newe, ſampt einem fleißigen newen Regiſter, und allerley nutzbarlichen Zuſetzen zugericht, und an Tag gegeben. Franckf. am Mayn. 1569. fol. Prodiit primum hic liber 1552: deinde Isleb. 1556, f., quae editio ſecunda recenſetur a Fabricio l. c. P. II. p. 359. ſq; defenditur autem contra Melchiorem Klingium, ICtum, a Brücknero in Deciſ. Iur. Matrimon. P. II. p. 8. 16. 21.

Liber de Diſciplina Eccleſiaſtica. Isleb. 1556. fol. Recenſetur l. c. P. II. p. 357 ſq & a Fabricio p. 357 hoc ornatur elogio: *Eſt hic liber vnus e bonis, nec adeo notis, quem ideo cum additamentis ſuis recuſum dare volebat I. G. Dorſcheus, prout videre eſt ex eius Praefat. in Admiranda Ieſu Chriſti*)(7. Dorſcheus l. c. *prudentiſſimum*, ait, *inter ceteros ſuperioris ſaeculi Theologum, Erasmum Sarcerium, iuſto commentario expoſuiſſe media, quibus promoueri & conſeruari queat vera religio.* Perplacuiſſe quoque Mauritio Rachelio, Paſtori Lundenſi in Dithmarſia, inſtitutum Sarcerii, docent haec verba: *O diſciplina, diſciplina! wo biſtu jetzund? Der Ehrwürdige H. Er. Sarcerius hätte dich gerne wieder in das Land beruffen, dir Beſtallung und Unterhaltung gemacht, aber ſeiner Feinde waren zu viele, wie auch noch.* Leguntur

tur isthaec in ipsius Schola Arndiana Rostoch. 1627. 8. p. 127.

Noua Methodus in praecipuos Scripturae diuinae Locos, antea ea fide & illo ordine nec edita, nec visa: quare is tandem credat, se integrum habere Methodi Sarcerianae exemplar, qui postremam hanc editionem sibi comparauerit. Basil. 1555. 8. Locos hos iussu Henrici VIII, Angliae Regis, in Anglicam Linguam esse translatos, ipse Sarcerius in Dedicatione Postillae, de qua mox, annotauit. Idem obseruauit Dietericus l. c. p. 27. Consistit autem Methodus Sarceriana in accurata Locorum expositione secundum Dialecticae & Rhetoricae praecepta. Vnde in praemissa Epistola Nuncupatoria vsum Dialecticae ac Rhetoricae in sacris contra contemtores strenue defendit. Aliam Locorum Theologicorum editionem Francof. 1538. 8. breuiter recenset Fabricius l. c. P. IV. p. 85.

In Euangelia Dominicalia, Postilla, qua facili dispositione omnium Euangeliorum textus ad locos communes dispositus est, qui & singuli ad Methodi fere formam explicati sunt, quo textus & facilius seruari possit, & pulchriori ordine explicari. Marpurg. 1541. 8.

Auslegung der Evangelien auff die Feste, durch das gantze Jar. 1552. 8.

Pastorale, oder Hirten-Buch. Isleb. 1562. fol. Est haec secunda editio, a *Guil. Sarcerio*, fil. aucta. Conf. Fabric. l. c. P. II. p. 358 sq.

Mansfeldisches Bekentniß. 1559. Valde laudat hunc librum, & prolixa ex eo excerpta dat Bieckius

l. c. p. 175. ſqq. Mihi in primis placent egregia illa & Theologici candoris plena verba, quibus pag. 292 errorem, quem olim imbiberat: *Bona opera conſeruare & augere fidem*, laudabiliter retractauit. *Daß die guten Wercke*, inquit, *den Glauben erhalten ſolten, der Meynung bin ich, Erasmus Sarcerius, etwa auch geweſen, wie in meinen Büchern zu ſehen; denn mir über alle maſſen dieſes Gleichniß wolgefiel, und meynte, ich hätte die Sache recht köſtlich getroffen, wenn ich ſagte, daß die guten Wercke den Glauben erhalten ſollten, nemlich wie das Feuer in der Aſche erhalten wird, alſo würde auch der Glaube und die Gnade GOttes, ja das ewige Leben in uns durch gute Wercke erhalten. Aber endlich, da ich der Sache fleiſſiger nachdachte, da fand ich, daß ſolche Meynung dem Spruche 1. Pet. 1. zu wider war, daher ich ſie auch künfftig nicht mehr gebrauchen will.* Conf. B. Neumanni Theolog. Aphoriſt. p. 601 ſq. B. Feuſtkingii Palinod. Sacr. pag. 74 ſq, vbi Sarcerii candor merito praedicatur.

Reliqua Sarcerii noſtri, polygraphi, ſcripta, & alia ad eundem ſpectantia cogniturum ablego, praeter ſcriptores iam citatos, ad *Conr. Gesneri* Bibliothec. f. 222 ſq. Append. Bibl. Gesn. f. 32. *Ioſ. Simleri* Epit. Bibl. Gesn. p. 184 ſq. *Henr. Pantaleonis* Proſopogr. P. III. p. 270. *Matth. Dreſſeri* Iſagog. Hiſtor. P. III. pag. 218. *Melch. Adami* Vit. Theol. p. 325 ſq. *Herm. Hamelmanni* Opp paſſim. *Paul. Ieniſii* Hiſt. Annaeberg. f. 71 ſq. *Io. Fechtii* Appar. ad Epiſtol. Marbach. p. 69 ſq., vbi commemo-

Digitized by Google

memorabile est elogium Io. Lauterbachii, dignum, quod hic etiam legatur:

Qui geris a sancto, Sarceri, nomen amore,
Non equidem frustra nomen Erasmus habes.
Religionis honos, artes, vitaeque decorum,
Radices vt agant spe meliore suas,
Das operam sancto mentem perculsus amore,
Dum calamo, viua dum sacra voce colis.
Ingenii calamo quae non monumenta relinquis,
Vt sarta, vt maneat gloria tecta Dei?
Quae non suggesto facundus ab ore Pericles
Quae decet, vt faciat, munia quisque doces?
Religionis honos, artes, vitaeq; decorum,
Vt Christo, fructu diuite, regna parent.

G. H. Goetzii Orat. de Merit. Io. Bugenhagii in Eccles. & Schol. Lubecens. in Nott. *Georg. Serpilii* Vit. Scriptor. Biblicor. P. IV. pag. 339 sqq, vbi honorific entissima elogia, quibus Sarcerius ornatus, sunt collecta. *Relatt Innox.* 1718. p. 769 sq. *B. G. Struuii* Act. Lit. ex Msc. Fasc. IV. p. 61. *Adr. Regenvolscii* Hist. Eccl. Slavon. L. III. p. 351. *Io. Iac. Boissardi* Icon. P. III. n. 16, vbi notatu dignum est elegans hoc Distichon:

Dum sarcis scissas in religione cohortes,
Sarta tibi merito coelica tecta facis.

Io. Fabricii Hist. Bibl. Fabr. P. II. p. 359, vbi in laudem Sarcerii leguntur sequentia: *Vir erat grauis & constans, vitam caste & integre agens, osor luxus, tempestiue de conuiuiis domum rediens, amans simplicitatis, execrator sophistices & laborum tolerantissimus: orator item disertus, copiosus, grauis, & acu-*

leos in animis auditorum relinquens. Conf. quae attuli P. I. Athen. Lub. pag. 15. 84 ſqq. Vtinam tantum virum ſemper potuiſſet retinere alma Lubeca!

CAPVT IV.

De *Rectoratu* *M. GVILIELMI RVTENII.*

A. 1531 —— 1543.

§. I.

POſt Bonnum in ſerie Rectorum M. GVILIELMVM RVTENIVM commemorat Bangertus in Catal. Rect. pag. C 4, annotatque, quod Scholam hanc per aliquot annos moderatus, ad ciuitatem Magdeburgenſem (patriam fortasſis) ſe contulerit, ibidemq; (quo vitae genere, publico, an priuato? neſcio) tempus conſumſerit vsque ad finitam Magdeburgenſem obſidionem. Poſt hanc enim repetiit Lubecam, ibidemque priuatam haud dubie egit vitam, cum an. 1543 Matthiae Braſſano relictum munus Rectoris iam delatum, vsque dum an. 1555. d. 7 Octobr. diem ſuum obiret. Vid. inſcriptio ſepulchralis Athen. P. I. p. 41 exhibita. Pleniorem vitae Rutenii deſcriptionem ob documentorum defectum piis hiſtoriae litterariae deſideriis adſcribere cogor. Pauca iſta, quae de Rutenio memoriae prodidit Bangertus, ſtudio celeberr. Ludouici Hiſt. Schol. P. V. p. 309 ſunt renouata.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Collegam, ni fallor, habuit Rutenius ERASMVM SARCERIVM, Lubecam reuerſum. Reliqui ipſius collegae ignorantur.

§. III.

Quod ſi vero vna cum Rutenio docuit Sarcerius, non eſt dubium, quin omnes artes ingenuae ſint excultae. Rutenius tamen maximam videtur habuiſſe rationem ſtudii Grammatici, quod concludo ex verbis Bangerti, Rutenium *bonum in primis Grammaticum* vocantis.

§. IV.

Neque ſanctiores litterae Rutenii tempore a Praeſule Lubecenſi ſunt neglectae. Anno enim 1538 exegeticas *in Acta Apoſtolorum Praelectiones* (haud dubie in Lectorio, ſiue Auditorio Catharinianо) habuit HERMANNVS BONNVS, Superintendens. Aſſeruantur eae, manu *Hermanni Grevii* ſcriptae, hodieque inter χειμήλια Bibliothecae Catharinianae, in quam ex Iacobaea Bibliotheca, cui dederat *Adrianus Vnfers*, peruenerunt. Sic enim codici praeſcriptum legitur: *Anno Dni* 1592 *Bibliothecae Jacobianae hunc librum, ſcriptum manu Rdi viri D. Hermanni Grevii, Eccleſiae Lubec. olim miniſtri, dedit Adrianus Vnfers* 27 *Novembr.* Titulus eſt: *In Acta Apoſtolorum M. Hermanni Bonni Annotationes, quas Anno* 1538 *die* 9 *Maii dictare incepit.* In fine leguntur ſequentia: *Finiuit ipſo die Iouis poſt ferias Aſſumptionis Mariae, Anno* 1540. Multa autem in hisce Annotationibus, a Cl. Starckio & aliis editione dignis iudi-

catis, reperiuntur minime spernenda, quamvis de hoc commentario pro ratione temporis, quo adornatus est, sit omnino iudicandum. Operae erit pretium, speciminis loco ea afferre, quibus caput primum illustrauit. Sic autem praefatus & commentatus est Bonnus:

Primum omnium obseruandum est, eodem consilio eademque occasione vsum esse Lucam Euangelistam in hoc libro Actorum scribendo, quo vsus est in conscribenda historia Euangelii. Ideoque praefatio illa ad Theophilum scripta, quam praemisit Historiae Euangelii, huc quoque debet referri, vt recte intelligere possis consilium Lucae, cur hunc librum Actorum scribere voluerit. Vidit enim haud dubie, in tanta licentia & varietate scribentium futurum esse olim, vt incerta pro certis non solum de Christo & eius doctrina atque miraculis, sed etiam de Apostolis & Vita Sanctorum conscriberentur in publicam Ecclesiae pernitiem. Hoc enim semper agit Satan, vt vel deprauet verum & Euangelium, vel confictas commendationes sanctorum mundo proponat per prauos doctores, vt neglecto Christo magnitudinem sanctorum admirari & adorare incipiant homines. Proinde voluit Lucas hoc suo scripto consultum Christianis, vt habere possent omnibus temporibus certissimum quoddam argumentum, & iustam quandam formam recte iudicandi de vera Ecclesia & de veris operibus sanctorum. Ideoque diserte vocarunt veteres hanc alteram partem Euangelii Lucae *Praxes* seu *Acta*, & non Vitam Apo-

Apoſtolorum. Significat autem Praxes, ſeu Acta proprie expeditionem non tam priuatorum, quam publicorum negotiorum in magiſtratu, ſeu officio. In priori enim commentario ſuo depinxit Lucas Chriſtum doctorem, & Apoſtolos diſcipulos dependentes ab inſtitutione ſui praeceptoris, Chriſti. In hoc libro Actorum oſtendit ipſam praxin & acta Apoſtolorum. Hoc eſt: Quomodo iam inſtituti a Chriſto & illuminati per Spiritum ſanctum Apoſtoli praedicarint & tractarint hoc verbum, quod didicerant, & de quo iam certi erant per Spiritum ſanctum. Deinde quanto periculo vitae tutati ſint hanc doctrinam Chriſti, incognitam & inauditam antea mundo. Duo itaque potisſimum tractat Lucas in hoc libro. Primum Apoſtolos inſtitutos a Chriſto, & illuminatos per Spiritum ſanctum praedicaſſe Euangelium. Alterum, quod propter hanc ipſam doctrinam Euangelii crucem & perſecutiones paſſi ſunt. Atque haec ſunt acta & vera bona opera, quae de Apoſtolis & ſanctis omnibus praedicari debent, vt cognitionem Chriſti ſincere retineamus, & non admiremur vitam & priuatam ſanctimoniam in aliis operibus ſanctorum. Porro quamquam non deſcribit Lucas, quomodo docuerint, & quid paſſi ſint omnes Apoſtoli, tamen titulus libri eſt non Acta Petri & Pauli &c. ſed *Acta Apoſtolorum*, vt ex his paucis exemplis, Petri, Ioannis, Iacobi, Pauli &c. diſcamus iudicare & intelligere omnium reliquorum Apoſtolorum & ſanctorum acta, vt ſentiamus, eos ſimiliter Chriſtum

ſtum praedicaſſe, & hoc nomine paſſos eſſe, tametſi interim res geſtas illorum nullius hiſtoriae veritate cognitas habere queamus, hoc vno libro Actorum excepto, quem formae & exemplaris vice in vſum Eccleſiae conſcripſit Lucas, vt ad illius praeſcriptum diſcamus reliquos Apoſtolos & ſanctos omnes aeſtimare. Eſt igitur hic liber Actorum conſolatorius omnibus piis, vt ſciant, veram eccleſiam aeſtimandam eſſe non ex ſplendore & authoritate magnorum hominum, ſed ex pura praedicatione Euangelii de Chriſto, quod per illum ſine noſtris operibus iuſtificamur. Deinde vt non offendantur cruce & perſecutionibus & vtilitate verae eccleſiae coram mundo. Teſtantur enim haec exempla Apoſtolorum, credentes reiectamentum eſſe coram mundo, & niti illos nullo humano praeſidio, ſed praeſidio fidei & orationis, & expectatione futurae liberationis per Chriſtum in noviſſimo die, & mirabiliter interim ac praeter omnem ſpem ſeruari a Deo infirmam eccleſiam in hac vita, ne prorſus conculcetur ab impiis & a Satana. Omnino enim ſentiendum eſt ex ipſis primordiis naſcentis eccleſiae, ſimilem & eundem eius ſucceſſum ſemper eſſe & manere vsque in finem mundi. Ideoque ad haec exempla Apoſtolorum ſemper oportet nos praeſentem eccleſiae ſtatum ac faciem accommodare. Referri autem debet totus hic liber, tanquam ad ſuum locum, ad articulos illos fidei noſtrae: Credo in Spiritum Sanctum, ſanctam Eccleſiam catholicam, remiſſionem peccatorum. Deſcribit

scribit enim Lucas ordine, primum missione Spiritus sancti confirmatam esse doctrinam Euangelii in animis Apostolorum. Deinde hanc ipsam doctrinam operante Spiritu sancto feliciter propagatam esse per praedicationem Apostolorum in augmentum ecclesiae. Tertio scopum hunc omnium concionum Apostolicarum esse ostendit, quod per fidem in Christum consequimur salutem & remissionem peccatorum sine nostris meritis.

Superiore quidem volumine.

Exordium narrationis ductum est a rhetorica transitione, qua connectit Lucas hunc librum, Actorum Euangelio suo. Repetit autem breuiter summam Euangelii sui, quod miracula & doctrinam Christi descripsit, ideoque reliquum nunc esse, vt ascensionem Christi & missionem Spiritus sancti, & quid eam sequutum sit, similiter describat. Porro dum haec omnia de Christo tam sedulo inculcat Lucas, significare haud dubie vult, in ecclesia nihil docendum esse, quam de Christo, & omnia ad articulos fidei de Christo referenda esse. Id quod vbique magno studio ostendere conatur, vt vel ex hoc ordine tractandi, quo ipsum vti videmus, iudicare valeamus de omnibus contrariis doctrinis.

tum facere, tum docere

Id est, miracula & doctrinam Christi, non priuatam quandam sanctimoniam Christi, sicut somniauerunt veteres.

ad

Digitized by Google

ad eum vsque diem

Id est, vsque ad ascensionem.

quos elegerat

Inserit hanc clausulam obiter, vt ostendat, Apostolos sine suo merito a Christo electos esse pro sua voluntate. Electio enim est in eligentis beneplacito, & non in merito illius, qui eligitur.

quibus etiam se ipsum exhibuit

Argumenta resurrectionis obiter repetit per amplificationem, vt occasionem & causam simul ostendat missi Spiritus sancti. Duobus autem argumentis confirmat certitudinem resurrectionis Christi, quod palam exhibuit se Christus viuentem Apostolis, & quod illis locutus sit de regno Dei propagando per praedicationem Euangelii in toto orbe.

& congregans illos

Verba Christi de regno Dei spirituali non intelligunt Apostoli, ideo praecipit Christus, vt Hierosolymae maneant, & expectent Spiritum sanctum. Circumstantia loci, Hierosolymis, suam emphasin habet. Nam vt commendaretur doctrina Euangelii, oportuit eam in certo aliquo & solemni loco palam de coelo reuelari, sicut antea lex lata erat in monte Sina. Ideoque ad refellendam veterem legem, necesse erat, nouam doctrinam Euangelii palam in certo loco comprobari. Iuxta illud Esa. 2: De Syon exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.

nc

ne discederent Hiero.

Id est, ne alio in loco, quam Hierosolymae, expectarent confirmationem illius doctrinæ per Spiritum sanctum, & nullo alio in loco. Hic iam iacent omnes aliae doctrinae, quae non sunt confirmatae Hierosolymae per Spiritum S.

audistis ex me

Jam antea cum viuerem, & docerem Euangelium. Inculcat Christus auditum iam antea verbum, vt sciamus, post praedicatum Euangelium aliud verbum non esse expectandum, ne a Christo quidem ipso, tantum abest, ne vel ab Angelis, vel ab alio quouis spiritu. Vocat autem Christus Spiritum sanctum promissum Patris, vt sciamus, donum Dei esse, quod contingit Apostolis & Ecclesiae sine vllis meritis.

Ille igitur vbi conuenissent

Emphasis est in verbo: conueniſſent.

Nihil minus intelligunt Apostoli, quam exspectandum e coelo Spiritum sanctum, sed sentiunt carnaliter, ideo se conuocari in certum locum, vt externo aliquo modo reparatio collapsi regni Israelitici instituatur a Christo. Testatur igitur hoc exemplum insciti am Apostolorum. Atque adeo etiam ostendit ipsam necessitatis causam, propter quam oportuit venire Spiritum sanctum, & illuminare animos Apostolorum. Etenim sine illuminatione Spiritus non potest humanus animus nisi carnaliter de pieta-

te

te & Christi regno sentire, etiamsi interim Christum ipsum multa concionantem audiat.

percontabantur illum

Nam ignorabant, qua de causa nunc tam serio praeciperet Christus, vt simul conuenirent.

non est vestrum nosse

Refellit Christus simpliciter opinionem Apostolorum de certitudine temporis in reparando regno Israelitico. Hoc est, in conuertendis hominibus ad Euangelium. Q. d. Spirituale DEI regnum esse cogitabitis, non externum. Ideoq; opus est, confirmari vos per Spiritum sanctum, vt testes sitis & doctores Euangelii in toto orbe: non vt aliquod externum & mundanum imperium administrent Apostoli, ideoque praeter verbi ministerium nihil vel cogitare, vel praesumere de se praecepit Christus in his, quae ad ipsius regnum pertinent.

Atque haec locutus

Confirmatio a re praesenti, seu praesenti signo. Confirmat Christus praesenti facto accensionis suae, non esse exspectandum Apostolis externum aliquod regnum, sed verbo contentos esse debere, vt illud praedicent & doceant, atque adeo non dubitent, Christum potenter nunc regnare in coelis, quamquam non videatur hoc coram mundo, & hoc ipsum comprobat testimonium Angelorum, qui monent, non esse carnaliter exspectandum Christum e coelis, sed reuersurum esse in nouissimo die.

viden-

Digitized by Google

videntibus iisdem

Vt hoc suum verbum de spirituali regno Dei confirmaret praesenti facto, ascendit Christus palam & in certo loco, scilicet videntibus tantum Apostolis. Reliquis interim hominibus abscondita sunt haec mysteria.

& nubes subduxit

Id est, amplius non videbatur.

Cumque essent defixis

Quod defixis oculis intuentur Apostoli in coelum, argumento est, naturam humanam non esse contentam simplici verbo, sed praeter verbum reuelationes alias & apparitiones Christi e coelo expectare, id quod prohibet hic Angelus, dum obiurgat Apostolos, quod defixos oculos in coelum habent.

Viri Galilaei, quid statis

Id est, frustra aliquid expectatis e coelo. Wat ysset vorslach, dath ghy hyr staen vnnd gapen yn den Hemmel.

Sic veniet, quemadmodum

Ergo cogitate vos, vobis praedicandum interea verbum Euangelii.

Tunc reuersi sunt

Audito verbo Angeli, acquiescunt Apostoli. Non possunt enim carnales animi opiniones & iudicia humanae rationis alio modo de regno Christi vinci & pelli ex animis, quam vt aperto verbo auscultemus, eoque iudicium nostrum corrigi patiamur. Deinde vt exemplo Apostolorum

lorum non simus securi, sed vt in orando vigilemus pro successu Euangelii, & vt eius cognitionem confirmet in animis nostris Spiritus sanctus.

Iter Sabbati

Emphasin habet. Q.D. Wo wol dath ydt sso na by der Stadt, vnnd schyr harde vor deme Dore ys geweſen, so hefft dar doch nemant, noch hoch, edder syth, syck an dyth hoghe dreffliyke Werck gekerth, vnd dar na uth gegaen, ane alleine de cleyne Hupe der Jungeren.

Et cum introissent

Recenset Apostolorum nomina, vt ostendat in personarum descriptione, contemta & humilia esse initia regni Dei propagandi, & abiectissimam faciem sanctae ecclesiae catholicae. Est autem consolatorium hoc exemplum, ne offendamur vilitate credentium, & admiremur splendorem & magnificentiam mundi, sed vt sciamus, eos demum esse veram & sanctam ecclesiam, qui habent verum Euangelium, quamquam coram mundo sint homines viles & contemti.

in deprecatione.

In deprecatione & obsecratione, ait, vt significet Lucas, eos non segniter, sed magno feruore orasse.

Et in diebus his exurgens

Obiter describit Lucas vocationem Matthiae Apostoli ad Apostolatum, vt certum & perpe-

tuum

tuum quoddam exemplum habeat ecclesia vocandi idoneos ministros Euangelii. Primum enim causa per publicam orationem Deo committitur, iuxta illud: Rogate dominum messis, vt extrudat operarios in messem suam. Deinde personae dignae constituuntur, & electio per sortem Deo commendatur, vt nihil hic agant Apostoli priuato quodam humano affectu.

Viri fratres, oportuit

Oratio Petri generis deliberatiui est. Hortatur enim ad electionem Apostoli in locum Judae. Atque hic per occasionem praefatur multis verbis de casu & interitu Iudae proditoris. Primum vt probet ex verbo Dei, electionem necessariam esse. Ideoque citat testimonium Psal. 08: Et episcopatum eius accipiat alter. Deinde vt in Iudae casu perpetuum quoddam timoris exemplum proponat & praedicatoribus & auditoribus Euangelii, vt in hoc negotio & causa quisque timeat sibi, & non quaerat vel gloriam priuatam, vel commoda sua. Testatur enim casus Iudae, illos omnes grauissime puniendos a Deo, etiamsi aliquandiu floreant, & inique facto quaestu fruantur.

Oportet igitur

Exponit Petrus, cuiusmodi oporteat virum eligi in Apostolum, talem scilicet, qui non nuper aut hodie venit ad cognitionem Euangelii, sed qui aliquandiu versatus sit cum Christo, eumque docentem audierit. Hoc est, qui iam antea

probatus sit in doctrina Euangelii. Atque hoc est, quod praecipit Timotheo Paulus, hominem neophitum non esse eligendum in Episcopum, sed qui ad docendum aptus sit.

toto tempore

Non qui nuper primum venerit ad cognitionem Euangelii, vel his diebus tantum nobiscum versatus sit.

qui sit vna nobiscum

Non solum personam describit, sed etiam officium, quo fungi debet, nimirum vt testis resurrectionis Christi sit vna cum aliis Apostolis, hoc est, quod praedicere debeat Christum resuscitatum dominum mortis & autorem vitae, per quem & in quo oportet omnes credentes saluos fieri. Hunc scopum perpetuo vrgere & inculcare debet Apostolus & verus praedicator Euangelii.

& statuerunt duos

Quod ad factum electionis attinet, duo notat Lucas. Primum, quod orant Deum. Alterum, quod sortem dant, vt in hac causa, quae ad Deum pertinet, omnia Deo committant, & nihil ex carnali quodam affectu agant. Porro cum ait, sortem super Matthiam cecidisse, significat Matthiam sine suo merito & expectatione factum Apostolum. Nam iudicio Apostolorum non solum Matthias, sed & Ioseph apostolatu dignus est, & Ioseph forte dignior Matthia reputatur iuxta sententiam Apostolorum. Proinde obseruandum est, falli plerumque iudicia humana

na in eligendis ministris ecclesiae, nisi oremus Deum, vt ille ad ecclesiae suae vtilitatem dignos ministros dispiciat.

Haec ad primum caput commentatus est Bonnus, e quibus apparet, quod auditores eum Acta Apostolorum interpretantem non sine fructu potuerint auscultare. Has vero & alias Bonni Praelectiones Biblicas respiciens Ioannes Busmannus, in rarissimo Carmin. Eleg. de Laud. praestantiss. Ciuit. Lubec. (Hanover 1547.|4), post factam virorum sacri ordinis mentionem, pag. 6 cecinit:

Inter quos Bonnus censebitur ordine primus,
Namque satis durum sustinet officium.
Praedicat haud tantum crucifixi dogmata Christi,
Perficiens munus cum grauitate suum;
Quin etiam reliquis exponit Biblia doctis,
Vt fiant aliquo lucidiora modo.
Obscuris addit lucem, loca tecta reuelat,
Lectorique pio peruia quaeque facit.

CAPVT V.

De *Rectoratu* *MATTHIAE BRASSANI.*

A. 1543—1552.

§. I.

Cum Lubeca abiisset Rutenius, an. 1543 ex ciuitate Sundensi arcessiuit Herm. Bonnus, Antistes, MATTHIAM BRAAS, siue,

siue, vt vulgo vocant, BRASSANVM, qui Rutenio succederet, & Athenaeum moderaretur. Nec dubium est, quin res suas praeclare egerit, quum esset peritus earum artium, quibus iuuentus ad humanitatem solet informari. Elegantissimus enim poëta, Ioannes Bocerus, de eius cognitione Philosophiae ac linguarum, Hebraicae, Graecae, Latinae, cognitione, perhonorifice cecinit. Vid. Bangertus l. c. Si licuisset mihi, vti Bangerto, inspicere Boceri Elegias, plura forsan in laudem Brassani potuissem afferre. Sed frustra easdem tum alibi, tum in ipsa Rostochiensi Academia, vbi poësin docuit Bocerus, quaesiui. Non minus doleo, periisse Epitaphium, cuius itidem Bangertus mentionem iniicit, ipsi an 1552. 16 Kal. Febr. defuncto, a Petro Vincentio, successore, scriptum. Gaudeo tamen, innotuisse mihi, fauore vener. Mellii, Testamentum, quod an. 1547 fecit. In eo semet ipsum vocat *Matthiam Braaß*, *Rectorem der Schole der jungen Jugenth der Keyserlichen Stadt Lübeck*, vxoris quoque *Gertrudis*, & filiae *Elisabethae* meminit. Testamentarios, vt vulgo dicimus, constituit *H Meſter Hermannum Bunnies*, *Superattendenten*, *Meſter Peter Frymersheim*, *Paſtor to ſancte Jacob*, *Meſter Herman Wyperman*, *u. Meſter Peter Papperth.* Hunc Brassanum haud dubie intelligit Ioannes Buſmannus, in Carmin. Elegiac. de Laud. Praestantiss. Ciuitat. Lubecens. (edit. Hanover. 1574.

1574. 4) p. 7 sq canens, & statum, qui illo fuit tempore, scholasticum describens:

Haec vrbs est etiam celebrari laude perenni,
Ad coelum pariter tollere digna caput,
Quod vigili cura, studio, magnaque moneta
Fundauit celebrem constituitque Scholam,
Artes ingenuas in qua moresque pudicos
Ingenti discat commoditate puer,
Quam regit omnigena praepollens arte magister,
Vir pius & prudens, candidus atque bonus,
Qui pueris Latiae tradit primordia linguae,
Vt recte possint verba Latina loqui,
Quae nisi primaevis aliquis bene discat ab annis,
Ad reliquas artes non bene ternit iter:
Et vigili Logices studio fundamina tradit,
Quae fida verum discutit arte latens,
Et tenebras abigit, perplexa sophismata soluit,
Vt verum & falsum cernere quisque queat;
Rhetoricenque docet, dicendi tradit & artem,
In medio regnat quae generosa foro;
Nec non & varia veteres cum fruge Poëtas
Exponit pueris, Historicosque legit.
Vnde Latinarum fluit ingens copia vocum,
Multarum rerum cognitioque venit.

§. II.

Socium laboris scholastici Brasianum nactum esse M. HERMANNVM WIPPERMANNVM, ex ipsius Testamento apparet. Hic vero quanta cum laude per spatium satis longum docuerit in Schola nostra, & Conrectoris munere non solum Brassani, sed & *M. Petri Vincentii*, *Laurentii*

Digitized by Google

Molleri, M. *Iacobi Hesſi*, Rectorum tempore functus ſit, demonſtrat Hamelmannus in Opp. p. 245 his verbis: *Mag. Hermannus Wippermannus, Lemgouienſis, vir doctus, nepos magni illius Tulichii ex ſorore, per multos annos Conrectoratum in Schola inclytae Imperialis vrbis Lubecae adminiſtrauit non ſine laude & gloria.* Obiiſſe illum an. 1570 d. 15 Octobr. ex Epitaphii in templo Cathariniano inſcriptione, quae legi hodie non amplius poteſt, refert Bangertus l.c. pag. D. Vixiſſe quoq; an. 1545 DIETERICVM WATERMANNVM, Cantorem, Mellius in Grûndl. Nachr. von Lübeck p. 228 annotauit. Qui cum Wippermanno in citato Teſtamento coniungitur, M. PETRVS PAPPERTHVS, ad Braſſani etiam Collegas videtur pertinere.

CAPVT VI.

De *Rectoratu.*

M. PETRI VINCENTII.

A. 1552-1557.

§. I.

BRaſſanum excepit M. PETRVS VINCENTIVS, in Epitaphio, quod ornat Bibliothecae Eliſabethanae Vratislauienſis atrium, *trium celebrium Gymnaſiorum, Lubecenſis, Gorlicenſis, & Vratislauienſis Inſtaurator* appellatus. Protulit eum Vratislauienſis ciuitas, cum annus mille-

milleſimus quingenteſimus vigeſimus & primus ageretur. Poſt abſoluta ſtudia Scholaſtica & Academica, Schola Norimbergenſis Laurentiana eum, valde licet iuuenem, an. 1541 moderatorem accepit Biennio interiecto alma Gryphica ipſum nacta eſt publicum Profeſſorem. Gryphiswaldiam an. 1552 permutauit cum Lubeca noſtra, huiusq; ludo litterario d. 4 Nov. ſe praefici paſſus eſt. Muneris initium fecit die eiusdem menſis octauo (1), quo recitauit ſolemni ritu *Elegiam de Origine, Incrementis & Laudibus inclytae Vrbis Lubecae, ad S. P. Q. Lubecenſem*, quae Elegia ita ſe probauit Davidi Chytraeo, viro ſummo, vt eodem anno illam publici iuris faceret, & Academicis praelectionibus illuſtraret. Neque diſplicuit Nicolao Reusnero, in Libro de Vrbib. German. Imperialib. eadem non ſine fructu & laude vſo. Conf. Cl. Molleri Iſagog. pag. 443. Subſtitit Lubecae per quinquennium fere, &, praeter exantlatos labores ſcholaſticos alios, elaborauit *Enchiridion obſeruatae Latinitatis elegantioris in Philippica I Ciceronis*, quod *Hermanno von Dorne*, H. F., ac reliquis diſcipulis dedicauit. Ob res praeclare Lubecae geſtas a Ioanne Bocero nitida elegia eſt praedicatus. Documentum fauoris, quo *Hermannus Falco*, I. V. D. & Conſul Lubecenſis, eum proſecutus eſt, capere licebit ex itinere laudati Conſulis, Reipublicae Lubecenſis Legati, Anglicano, cuius ſocium Vincentium eſſe voluit. Legatur Boceri Elegia

(1) Bangert. Catal. Rect. p. C 4 b.

Digitized by Google

VII, qua memoratum iter egregie descripsit. Collectis in hac peregrinatione multis eruditionis thesauris ditatus, anno 1557 fere medio inter publicos doctores Wittenbergenses fuit receptus, & statim ad dicendi artem eloquentiae studiosis viam monstrauit. Vid. Script. Publ. Wittebergens. T. III. p. 100 sq. Sub initium an. 1558 publicam praelectionem secundi libri Iliados Homeri auspicatus est. Vid. l. c. pag. 149 sqq. Secuta est Rhetoricorum libellorum Philippi Melanchthonis explicatio, quam Calendis Martii his versibus, l. c. p. 153 sq. obuiis, indixit:

Rhetoricen multi scripserunt ante Philippum,
At scripsit nemo simpliciore via,
Illius hoc duplici contenta volumine scripta
Praelegere incipiam cras ego dante Deo,
Audiet haec, aderitque frequens quicunque studebit
Vtiliter studiis consuluisse suis.

Cessarunt autem hoc ipso anno Vincentii praelectiones ob susceptum iter Austriacum, quod in *Significatione Praelectionum publicarum post Austriacam profectionem* l. c. p. 177 sqq ipse descripsit. Vt peritiae poëseos, qua instructus fuit Vincentius, aliquod hic extet documentum, citatam Significationem iuuat repetere:

Lectio tam longo quod tempore nostra quieuit,
Et vox officio non fuit vsa suo,
Fer placide, sacris o pubes dedita Musis,
Et causam longae disce benigna moræ.
Non me Lothophagi, non Solis filia Circe,
Nec Lapithum tellus, Sic animue mare,

Sed

Digitized by Google

Sed patriae pietas, desideriumque meorum
Optato lentum detinuere solo.
Dulces Elysiae campos, patriaeque fluenta,
Et gelidos fontes, aruaque laeta, meae,
Non nisi post quintam vidi triteterida tandem
Hospes, an ista morae non ratio aequa fuit?
Illum Caucasea genitum de rupe fatebor,
Quem patriae leuiter tangit & vrit amor.
Caesaris at porro nuper me fama creati
In fines traxit Austria terra tuos.
Pampineos montes vbi Bacchus vestit, & Istro
Iuncta, stat indomitis, vrbs, metuenda Getis
Pollet ab antiquo quae doctae Palladis armis,
At nunc & saeuo est Marte Vienna potens.
Producta in longos stant propugnatula tractus
Ardua, quae circum cuncta stupore replent
Haec videas, ludumque putes, quae plurima fallax
Graecia munita de Babylone refert.
Inuictam sensit nuper, Solimannus vt vrbem
Vndique Treirio cinxerat hoste minax.
Rebus & infectis atque obsidione relicta,
Turpiter abducto milite terga dedit.
Imperii tantam, laetor, quod vidimus, arcem,
Nec minor vtilitas inde secuta fuit.
Namque hic de studiis & relligione loruti,
Foedera cum doctis fecimus arcta viris.
Quid? quod & alloquio vultuque fauente fruentes,
Contigimus dextram, Maxmiliane, tuam?
Maxmiliane decus patriae indelebile terrae,
In quo spem certam patrius orbis habet,

Veras

Verae asserturum te relligionis honorem,
Ante tuos Turco nempe iacente pedes.
Orbe quod in toto veris Ecclesia votis
Optat, & ad coelum fundit anhela preces,
Pro Patris atque tua longa, fratrumque tuorum,
Totius Austriacae proque salute domus.
Interque innumeras tua Vratislauia gentes
Hanc gemit, hanc optat, pectore, voce, manu.
Pro te vota facit pia sic Respublica, cuius
Me ciuem dixi, Rex generose, tuum,
Cum me responso dixti dignatus amico,
Officium tibi non displicuisse meum.
Caetera praetereo, quae non hoc carmine dici
Attinet, atque suum sunt habitura locum.
Hic igitur fructus, quem lenta profectio laetum
Attulit, est lentae causa probanda moae.
Vnde domum salui tandem, incolumesque reuersi,
Nunc agimus grates, maxime Christe, tibi.
Et cras decliuo cum sol properabit olympo
Quartaque labentem traxerit hora diem,
Dante Deo, ad Musas iussosque redibo labores,
Post ero & totus, docta iuuenta, tuus.

Neque solum hoc anno, sed & sequentibus Academiam Wittenbergensem, (cuius an. 1561 fuit Rector Magnificus) ornauit Homerum, aliaq; praelegendo, nec non edendo Programmata & alia scripta, quae in Scriptis publice propositis a gubernatoribus studiorum in Academia Wittebergensi, a Michaele Maio collectis & editis, numero haud exiguo offenduntur. Anno 1565 venit Gorlicium, vbi Athenaeum publicum instaurauit, & quidem ex mente Philippi Melanchthonis,

Digitized by Google

chthonis, a quo etiam Schola Gorlicensis Vincentii tempore *Gymnasium Philippicum* fuit appellatum. Vtinam vero Vincentius a Crypto-Caluinismo sibi cauisset, neque ex Melanchthone, quo familiariter Wittenbergae vsus erat, labis quid contraxisset, vnde in Gorlicensem pariter ac Vratislauiensem Scholam Crypto-Caluinismum emanasse, his verbis docet celeberr. Loescherus in Ausführl. Histor. Motuum zwischen den Evangelisch-Lutherischen und Reformirten P. II. p. 186: *Der berühmte Schulmann, Petrus Vincentius, so ehemahls zu Wittenberg Melanchthonis collega gewesen, hat dergleichen auch zu Görlitz und Breslau von sich mercken lassen, daher das Görlitzer Gymnasium so er gegründet, lange Zeit angestellt gewesen, wie es denn auch den auch den Nahmen Philippici Gymnasii geführet.* Aliam fouit de Papismo sententiam, quem omnino est detestatus. Docet hoc ipsius *Pro Concilio Tridentino Pueritiae Christianae Precatio*, heroico carmine elaborata, & Script. public. Wittenbergens. T. IV. an. 1561. pag. k. 6 sqq inserta. Tandem eum patria sibi an. 1589 vindicauit, eo consilio, vt Musas Elisabethanas moderaretur. Quo munere ita est defunctus, vt Magistratus patrius, habita meritorum ipsius ratione, eum an. 1678 d. 29 Mai. rude donaret. Placide igitur, quod reliquum fuit vitae, transegit, vsque dum an. 1681. d. 1 Octobr. e coetu viuentium exiret. Legi merentur, quae in Cl. Ludouici Histor. Gymnasior. & Scholar. pasim de nostro sunt annotata. Loca iam citaui Athen. Lub. P. I, p. 42 sq, vbi & ipse nonnulla de Vincentio attuli.

attuli. Conf. p. 9 ſq. Praeter ſcripta, iam adducta, clarum reddiderunt Vincentium

Oratio de Vita reuerendi viri Domini Iohannis Bugenhagii, Pomerani, qui fuit Paſtor Eccleſiae Dei in oppido Saxoniae Witeberga, & Lector in Academia annos ſex & triginta. Witeberg. 1558. 8. Integra haec Oratio, vna cum Dedicatione, recuſa eſt in *Hiſtoria Bugenhagiana, Vitam ſinceri Theologi ac purioris doctrinae aſſertoris, B. D. Iohannis Bugenhagii, Pomerani, eiusque merita in Eccleſiam atque litteras complectente, ad Petri Vincentii Autographon rariſsimum; vna cum Cl. aliquot Autorum Iudicio & Relatione Hiſtorico-Harmonica, ob iucunditatem & vtilitatem luci denuo reddita, ſtudio & opera M. Chriſtophori Frid. Laemmelii.* Hafn. 1706. 4. pag. 1 ſqq. Quae editio ab hac prima, Elegias etiam Latinas Phil. Melanchthonis ac Georg. Cracouii, & Graecam Ioan. Cheſſelii in Bugenhagium complexa, non differt. Laudauit ob hanc Orationem Vincentium ſumme reu. Lintrupius in erudita de Merit. Bugenhag. in Eccleſ. Danic. Epiſtola ap. Laemmel. c. p. 108 ſq his verbis: *Pie litterati orbis deſideria haud parum profecto ſolabitur noua haec Bugenhagii Hiſtoria, ex rariſsimo Petri Vincentii, viri itidem clariſsimi, & Bugenhagii (cuius aliquandiu Collega) ſuis in Academias Gryphiswaldenſem & Wittebergenſem, Scholas vero Noribergenſem Laurentianam, Lubecenſem, Gorlicenſem, & patriam denique Vratislauienſem Eliſabethanam meritis, feliciter aemuli, autographo renouata.* &c. Philippi Melanchthonis hanc dicit

dicit Orationem Hamelmannus Opp. p. 291, *quam recitauit Petrus Vincentinus, Vratislauienſis.* Conf. p. 1419, vbi in eandem ſententiam de Vincentio ſcribit Hamelmannus, ſine dubio ideo, quoniam inter Declamationes Melanchthonis Vincentiana Oratio reperitur T. III. pag. 772 ſqq.

Orationes duae & Epigrammata quaedam de Initiis nouae Scholae Gorlicenſis. 1565. 8.

Diſciplina & Doctrina Gymnaſii Gorlicenſis. 1566. 4. Inſerta eſt Tomo III rariſſimi operis, quod Inſtitutio Literata inſcribitur. Vid. Morhof. Polyh. T. I. L. II. c. 2. §. 26. p. m. 365.

Conſtitutiones Scholaſticae Vratislauienſes. 1570.

§. II.

Ex collegis Vincentii Lubecenſibus mihi tantum innotuerunt M. HERMANNVS WIPPERMANNVS (2) ac IOANNES PRVNEMANNVS, de quo refert Bangertus (3), quod an. 1553 ſit vita defunctus. Prouocat ille ad Epitaphium, quod ad D. Catharinae affixum columnae ipſius tempore ſuperfuit, hodie vero non amplius conſpicitur.

CAPVT

(2) Hamelmann. Opp. p. 978: *Petro Vincentio, Vratislauienſi, erat Prorector M. Hermannus Wippermannus, Lemgouienſis.*

(3) l. c.

Digitized by Google

CAPVT VII.

De *Rectoratu* *LAVRENTII MOLLERI.*

A. 1557 ſqq.

§. I.

Succesſit Vincentio LAVRENTIVS MOLLERVS, qui male vocatur *Henricus*, & cum *Laurentio Mollero*, filio, Conſule Lubecenſi (1), confunditur a Martin. Zeillero in Topograph. Saxon. Inferior. Francof. 1653. f. p. 156 ſcribente: *Das Cloſter zu St. Catharinen iſt zum Conſiſtorio Eccleſiaſtico und Gymnaſio verordnet, deſſen Rectores etwann geweſt ſeyn D. Henricus Mollerus, hernach Bürgermeiſter alhier.* &c. Introductum eum eſſe an. 1557. d. 3. Mai. praeſentibus Magnificis Coſſ. Antonio a Stiten & Ambroſio Meiero, atque a Syndico ſolemni Oratione inauguratum, Bangertus l. c. pag. D. memoriae prodidit. Idem refert, ſed ſine anni mentione, quod Mollerus Rectoris munia ſponte reliquerit, moleſtiarum cum ſcholaſticis muneribus coniunctarum haud dubie pertaeſus. Vtrum Lubecae manſerit, an vero ad alium locum ſe contulerit, a nemine

(1) Vid. ipſius Epitaphium, in templo Mariano conſpicuum, cuius inſcriptionem exhibui Athen. P. I. pag. 122. Fuiſſe autem eum *Laurentii Molleri*, Rectoris Lubecenſis, filium, & temporis ratio docet (natus enim eſt Lubecae 1560) & Io. Kirchmanni teſtimonium confirmat. Vid. Athen. Lub. P. III. p. 419.

Digitized by Google

nemine reperi annotatum. Neque constat, quo anno e vita migrarit. De rei scholasticae, quae isto fuit tempore, statu simili ratione altum est silentium.

§. II.

Latent quoque nomina Collegarum Molleri, si solus HERMANNVS WIPPERMANNVS, (2), plus vice simplici iam laudatus, excipiatur.

§. III.

Hoc Mollero Rectore, forsan etiam editore, an. 1559, in gratiam coetus scholastici, prodierunt *Hymni & Sequentiae*, quibus emendandis HERMANNVS BONNVS vtilissimam operam nauauit. Quoniam libellus hodie pertinet ad rarissimos, & perpaucis visos, accuratius recenseri meretur. Inscriptio eius est: *Hymni & Sequentiae, tam de Tempore, quam de Sanctis, cum suis Melodiis, sicut olim sunt cantata in Ecclesia Dei, & iam passim correcta per sanctae memoriae Reuerendum virum M. Hermannum Bonnum, Superintendentem quondam Ecclesiae Lubecensis, in vsum Christianae iuuentutis scholasticae, fideliter congesta & euulgata.* 1559. 4. pl. 16. In fine legitur: *Edita Lubecae in officina Georgii Richolffi.* Typographus dedicauit *iuuentuti scholasticae* his verbis:

GREGI PVSILLO
SCHOLÆ LVBECENSIS TYPOGRAPHVS
SALVTEM.

(2) Bangert. l. c.

Ne puer in ſacrae ſtares penetralibus aedis
Vaniloquus, linguax, deſidioſus, iners:
Succurri vitiis has excudendo pagellas,
Cantica natiuis ſed perarata notis.
Illa vſurpato diuinos ſemper in vſus,
Diſce & in aetatis noſcere flore Deum.
Noscendus Deus eſt, Deus eſt celebrandus in Hymnis,
Carmine, voce, ſono, relligione, fide.
Haec capias primum, puer, vt munuscula parua,
Vberiora alio tempore prela dabunt.

Hymni & Sequentiae ſunt

1. In Aduentum Domini Hymnus Diui Ambroſii, Carmen Iambicum Archilochicum: *Conditor alme ſyderum.*
2. Alius Hymnus Diui Ambroſii, Iambicum dimetrum: *Veni redemptor gentium.*
3. Sequentia canitur per totum Aduentum: *Mittit ad Virginem.*
4. In Feſto Natiuitatis filii Ieſu Chriſti Seruatoris noſtri, Hymnus Sedulii, Carmen Iambicum Archilochicum: *A ſolis ortus cardine.*
5. Alius Hymnus Prudentii, Trochaicum Alcmanicum & Euripidio alternatim currens: *Corde natus ex parentis.*
6. Sequentia Diui Gregorii: *Grates nunc omnes reddamus.*
7. Alia Sequentia: *Eia recolamus laudibus piis.*
8. Alia, Diui Gregorii: *Natus ante ſecula Dei filius.*

9. Bene-

9. Benedicamus in die Natiuitatis Christi: *Puer natus in Bethlehem.* Legitur etiam in Luc. Losii Psalmod. p. 28.

10. In Festo Epiphaniae Domini Hymnus Sedulii Iambicus Archilochicus: *Hostis Herodes impie.*

11. Sequentia: *Festa Christi, omnis Christianitas celebret.*

12. Sequentia: *Dixit Dominus, ex Basan conuertam.*

13. Sequentia, correcta a M. Hermanno Bonno: *Concentu parili hic te Rex Christe veneratur populus.* Loss. p. 213.

14. Sabbatis diebus in vespertinis precibus Hymnus: *Deus creator omnium.*

15. De opere, vel creatione primae diei, quae nunc est Dominica. Iambicum Dimetrum: *Lucis creator optime.*

16. De opere secundae diei Iambicum Dimetrum: *Immense coeli conditor.*

17. De opere tertiae diei, Iambicum Dimetrum: *Telluris ingens conditor.*

18. De opere quartae diei. Iambicum Dimetrum: *Coeli Deus sanctissime.*

19. De opere quintae diei. Iambicum Dimetrum: *Magnae Deus potentiae.*

20. De opere sextae diei. Iambicum Dimetrum: *Plasmator hominis Deus.*

21. Hymnus, qui canitur post Omnium Sanctorum vsque ad Aduentum, & post Purificationis Mariae festum vsque Inuocauit. Iambicum Dimetrum, *Iesu redemptor seculi.*

Digitized by Google

22. Hymnus, qui canitur in diebus poenitentialibus. Iambicum Dimetrum: *Dicamus omnes.*

23. Responsorium: *Afflicti pro peccatis nostris.*

24. In Festo Baptismatis Christi Introitus Missae Matth. III: *Baptisatus IEsus.*

25, Hymnus, qui canitur per totum Quadragesimale tempus, vsque ad Dominicam Iuda. Iambicum Dimetrum: *Christe, qui lux es & dies.*

26. Tractus, qui loco Sequentiae singulis Dominicis diebus in Quadragesima canitur. Psalm. 102: *Domine non secundum peccata nostra facias nobis.*

27. Sequentia in Festo Annunciationis Mariae: *Grates nunc omnes.*

28. Dominica Iudica, vel in Passione Domini Hymnus, qui canitur vsque ad Pascha. Iambicum Dimetrum: *Rex Christe factor omnium.*

29. In Die Palmarum Hymnus, qui canitur sub sacra Communione. Elegiacum: *Gloria, laus & honor.*

30. Graduale, quod canitur loco Sequentiae in die Coenae Domini & in Vigilia Paschae. Phil. 2: *Christus factus est pro nobis obediens.*

31. Hymnus, qui canitur in die Parasceues, statim post Benedictus Trochaicum, Acatalectico & Catalectico alternatim incedens. Auctor Fortunatus Episcopus: *Crux fidelis.*

32. Canticum, quod intercinitur Hymno: Rex Christe factor omnium, in die Parasceues: *Laus Tibi Christe.*

33. In

Digitized by Google

33. In Festo Paschae, seu Resurrectionis a morte Domini nostri IEsu Christi, victoris peccati, mortis & inferni. Matth. 28. Marc. 16. Luc. 24. Io. 20 Hymnus. Sapphicum: *Vita sanctorum.*

34. Alius Hymnus. Iambicum Ametron: *Ad coenam agni.*

35. Introitus in die Paschae. Luc. 24: *Resurrexit.*

36. Sequentia: *Laudes Saluatori.*

37. Alia Sequentia: *Victimae Paschali.*

38. Simbolum Nicaenum.

39. Aliud, minus summum: *Credo in vnum Deum.*

40. Hymnus sumptus ex Elegiaco Lactantii de Resurrectione Domini, qui canitur sub Communione: *Salue festa dies.*

41. Alius Hymnus sub Communione: *Exultandi & laetandi tempus.*

42. Regina Coeli, correctum per M. Her. Bonnum: *Rex Christe omnes in te laetamur.* Loss. p. 120.

43. Benedicamus de Morte & Resurrectione Christi. M. Herman. Bonnus: *Christus pro nobis passus est.* Loss. p. 121.

44. In Festo Ascensionis Domini Hymnus. Choriambicum: *Festum nunc celebre.*

45. Alius Hymnus. Dimetrum. Species Iambici: *Iesu nostra redemptio.*

46. Sequentia: *Summi triumphum Regis.*

47. In Festo Pentecostes Hymnus. Iambicum Dimetrum: *Veni creator spiritus.*

48. Sequentia de Sancto Spiritu: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia.*
49. Alia Sequentia: *Veni sancte spiritus.*
50. Tertia Sequentia: *Veni sancte spiritus.*
51. Benedicamus. M. Her. Bonnus: *Quando Christus ascenderat* Loss. p. 144.
52. Dominica Trinitatis Hymnus. Iambicum Dimetrum: *O lux beata.*
53. Alius: *Te lucis ante terminum.*
54. Sequentia: *Benedicta semper sancta sit Trinitas.*
55. Sequentia de Sacramento Altaris a M. Herm. Bonno correcta: *Lauda Sion Salvatorem.*
56. Responsorium, quod sub Sacra Communione canitur. Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11: *Discubuit Iesus.*
57. In Festo Visitationis Mariae Hymnus. M. H. B: *O Christe salus unica.*
58. Introitus Luc. 1: *Repleta est Elizabeth.*
59. Sequentia, quam M. Hermannus Bonnus correxit: *Aue praeclarum mundi lumen.* Loss. p. 277.
60. Sequentia: *Coeli enarrant.*
61. Mariae Magdalenae Hymnus: *IEsu Christe author vitae.*
62. Introitus Luc. VII: *Ecce mulier.*
63. Sequentia Luc. 7. Ioh. 11. & 12: *Laus tibi Christe.*
64. Sequentia: *Iocundare plebs fidelis.*
65. Michaelis Archangeli Hymnus, quem correxit M. Hermannus Bonnus: *Christe sanctorum decus Angelorum.* Loss. p. 249.

66. Alius

66. Alius Hymnus de Angelis. M. H. W: *Deum precemur ſupplices.*

67. Sequentia de Angelis correcta a M. Herm. Bonno: *Summe Rex Chriſte.* Loſſ. p. 253.

68. De Apoſtolis Hymnus, a M. Herm. Bonno correctus: *Exultat vera Eccleſia.* Loſſ. p. 270.

69. Sequentia de Apoſtolis correcta a M. Herm. Bonno: *Chriſte ſanctorum Praeceptor Apoſtolorum.* Loſſ. p. 269.

70. De Martyribus Hymnus, correctus a M. Herm. Bonno: *Rex glorioſe martyrum.* Loſſ. p. 272.

71. Sequentia de Martyribus, a M. Herm. Bonno correcta: *O beata beatorum martyrum ſolemnia.*

72. De Confeſſoribus Hymnus a M. Herm. Bonno correctus: *Iſte confeſſor Domini ſacratus.*

73. Sequentia de Confeſſoribus a M. Herm. Bonno correcta: *Ad laudes Saluatoris.*

74. De Virginibus Hymnus, correctus a M. Herm. Bonno: *IEſu corona virginum.*

75. Spiritualis cantilena, canenda & oranda adverſus infeſtiſſimos hoſtes IEſu Chriſti & ſacroſanctae eius Eccleſiae: *Serua Deus verbum tuum.*

Ob egregiam operam hymnis corrigendis nauatam conuitiis quidem Bonnum proſcindere auſus eſt Cornel. Schultingius in Bibliotheca Eccleſiaſtica (ex qua excerpta dedit Starckius in Vit. Bonni pag. 119 ſqq); nos vero non poſſumus non ob laborem adeo pium & vtilem debitis eum laudibus ornare.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

De *Rectoratu* *M. IACOBI HESSI.*

§. I.

INſerendus hic eſt, a Bangerto non memoratus, M. IACOBVS HESSVS, quamuis anni, quibus Rectoris munia obiuit, accurate non poſſint determinari. Videtur tamen illud explere ſpatium, quod inter *Laurentium Mollerum* atque *Hiobum Magdeburgum* intercedit. Coniicio hoc ex verbis, quae in Vita ſua ipſe habet M. Ioachimus Weſtphalus, Superintendens Roſtochienſis. *Diuina*, inquit, *adiutus gratia, ſub M. Iacobo Heſſo, Scholae Lubecenſis, & poſt Lonicero, Scholae Luneburgenſis Rectore, & ſene Luca Loſſio tantum didici, vt anno 1573 cum fruin Academia viuere poſſe, ab illis, quorum ſubiectus eram imperio, iudicarer.* Vid. Goetzii Elog. Germanor. Theologor. pag. 81. Plura de hoc Heſſo, Rectore Lubecenſi, inuenire mihi non licuit.

§. II.

Collegam haud dubie habuit HERMANNVM WIPPERMANNVM, quippe qui anno demum 1570, paulo ante Magdeburgi aduentum, e vita migrauit.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

Ex discipulis Hesi nemo mihi innotuit, praeter citatum M. *Ioachimum Westphalum*, qui de se ipso refert, quod ruri an. 1551 natus, a sutrina ad Scholam perductus, finitis studiis Academicis Rostochii Cantor Ioanneus, ex Cantore Subconrector, ex Subconrectore Diaconus Iacobaeus, ex Diacono Pastor, ex Pastore Superintendens factus sit. Conf. Goetzius l. c. p. 79 sqq, qui p. 84 editam quoque ab ipso *Concionem in Rom. XIV.* 7. 8. 9 commemorat.

CAPVT IX.

De *Rectoratu* *M. HIOBI MAGDEBVRGI.* A. 1570—1574.

§. I.

ORtum HIOBI MAGDEBVRGI, siue, vt nonnunquam ipse etiam expresit, MADEBVRGI, Rectoris Lubecensis bene meriti, sibi vindicat Annaeberga, quae eum anno 1518 vidit prognatum. Gauisus ille est ea felicitate, vt *Ioannem Rivium*, peritissimum formandae iuuentutis artificem, praeceptorem nanciscereturAb hoc ita est institutus, vt ipse non solum, vna cum aliis, humaniores litte-

Digitized by Google

ras in Misnia potuerit instaurare (1), verum etiam in Scholis magno cum fructu humanitatis studia profiteri. Docuit autem Freybergae primum, deinde Misenae, ex cuius Schola Lubecam est vocatus, vt Athenaeo publico principe loco praeficeretur. Quod graue munus an. 1570. d. 23 Octobr. in se suscepit, & per quadriennium fere laudabiliter administrauit, doctissimorum virorum praeconia promeritus. Sic enim *ad D. Hiobum Magdeburgum, Rectorem Scholae Lubecensis, Praeceptorem suum*, scripsit Laurentius Finckelthusius, Syndicus deinceps Lubecensis ex iuris pariter ac elegantiorum litterarum scientia immortale nomen consecutus, & meliore fato dignus, quam duro isto, quo a seruo fuit interfectus:

Vade salutatum mea littera, vade Lobecam
Ad lobi cultos, officiosa, lares.
Quaeris iter? dicam. Madburgi moenia primum,
Moenia virginibus nomen adepta, pete.
Quae post intrabis celebratam mercibus vrbem,
Hama cui clarum nomen habere dedit.
Hinc deflecte vias ad Lunae moenia Burgi,
Elbenaus gelida quae rigat amnis aqua.
Ad dextram locus est, Arctois proximus vndis,
Multa classe simul diuitiisque potens,
Qui tantum reliquas longe supereminet vrbes,
Inclyta Saxonici quas habet ora soli:

Quan-

(1) Laudatus idcirco noster a celeberr I. B. Menckenio in pereleganti Disp. de Graec. & Lat. Lit. in Misnia Instauratorib. §. 31.

Quantum ſtellato cum lumina ſpargit Olympo
Sidereas ſuperat candida Luna faces.
Hunc tu laeta ſubi: nec centum ex aere columnas,
Nec vereare alti limina celſa fori.
Inuenies illic geſtantem ſceptra Lycei,
Conſpicuum titulis & pietate virum.
Sed caue, ne doctos pulſes male ſobria poſtes,
Tempora neve aditus non ſatis apta legas:
Totos namque dies cum det Graiae ille Mineruae,
Moeonii verſans nobile vatis opus,
Ac promat longo vigilata labore ſub auras,
Eruat implicitos ingenioque locos:
Haud tua ſuſcipiet pacato carmina vultu:
Nulla importunis gratia rebus ineſt.
Sed vacuus forſan, donabit verſibus horam,
Nec mora, quid portes, quidue, requiret, agam.
Tu modo ne longis onera ſermonibus aures,
Sed breuis, haec dicta verba ſalute refer:
Culte vir, ille tuus quid agat ſcitaris alumnus?
Aut quo Caſtalidum diluat amne ſitim.
Scilicet hic animum ſolita conformat ab arte,
Quae lucem obſcuris addere rebus, amat.
Et quae Pierios cupienti inuadere colles,
Per dubias praebet fila ſequenda vias.
Nunc & in Eloquii Campos deſcendit amoenos,
Arpini flagrans fluminis ipſe ſiti.
Sidera nunc varios hominum mutantia caſus
Scrutatur, cupidus mente ſubire polum.
Et ſcire, vt rapida inuerſum vertigine coelum
Impellat motu cuncta trahatque ſuo,
Vtque ſimul reliqui variatis curſibus orbes
Quisque ſuum obliquo tramite flectat iter

Vnde

Digitized by Google

Vnde dies nocti succedant, vnde recurrens
Exactis toties mensibus annus eat.
Adde, quod his iungit priscorum dogmata vatum,
Inde petens largas cognitionis opes.
Quod canit Audini, quod Flacci Musa poëtae,
Librorumque tuos, culte Tibulle, sales.
Nunc etiam tenui deducens carmina versu
Imparibus iungit verba ligata modis.
Haec illi, vt constet studiorum meta meorum,
Ea refer nostro nomine dicta memor.
Vtque boni faciat versus vtcunque dolatos,
Scriptaque non puribus auribus apta, roga.
Namque olim Phoebo, Musisque acceptior ipsis,
Rasa magis tenui pumice verba dabo.
Longior attentam ne lasset epistola mentem,
Protinus inde abiens dic mea charta, vale.

Legitur hoc nitidum carmen (quod integrum dare volui, quoniam simul ostendit, quantum humanitatis studiorum cultorem in Finckelthusio acceperit Lubeca) in Poematib. Finckelthus. Rostoch. 1598. 4. editis pag. K 4 sq. Non minus honorificam ad Magdeburgum an. 1571 exaravit epistolam Dauid Chytraeus, M. Lucae Randovii, V.D.M. Rostochiensis, filium, futurum Scholae Lubecensis alumnum, ipsi commendans, quae epistola inter Chytraeanas legitur p. 465 sqq. Inter alia scripsit Chytraeus p. 466: *Tu quidem multos iam annos in oppido Misena, & nunc in corona vrbium Saxonicarum, hortum, seu paradisum coelestem plantas, in quo purissimae & optimae partis generis humani, tenerae videlicet aetatis, surculos Christo inseris, & in coelos ducis: seminaria Ecclesiae Dei*

ac

ac Reipubl. feliciter excolis, terramque fundas, h. e. doctores & gubernatores hominum in terris viuentium paulo post futuros instituis, & ad omnia vitae officia rectius gubernanda praeparas & expolis, ac vere θυσίαν δεκτὴν καὶ ὀσμὴν εὐωδίας Deo offers, qui vicissim omnibus studiis & actionibus tuis benedicit, & iuuentutis Saxonicae a te eruditae studia reget & prouehet, vt late fragrantem tuae pietatis, doctrinae & fidei odorem in Ecclesiis & Rebuspublicis vniuersae Saxoniae paulo post spargant, & Deum in hac vita & omni aeternitate celebrent. Huc pertinent verba Ioannis Caselii (2): *Praeerat ludo litterario Lubecae Iobus Magdeburgus, bonus senex, non minus Graecis, quam Latinis litteris eruditus.* Cum nondum annum Lubecae consumsisset, in gratiam iuuentutis Lubecae discentis vtilissimum libellum euulgavit. Sub initium enim anni 1571 edidit Lubecae in forma octaua *Epitomen Iohannis Rivii Attendorienſis, in Verborum & Rerum copiam. Pro Classe prima Scholae Lubecensis.* Dedicauit libellum discipulis suis, quos sub finem Dedicationis, postridie Calend. Febr. scriptae, his verbis est allocutus: *Hunc libellum, euulgatum iam antea ab auctore ipso, vobis, Adolescentes, Scholae huius discipuli nobis commendatissimi, quum explicare vtile visum esset, nec ad manum essent exemplaria vetera, placuit typographo* (Io. Balhornio), *vt is vestri commodi gratia publicaretur denuo: cum quo ipse quoque affari vos paucis & hortari volui, vt quod propter vos suscipitur,*

(2 Vid. Nov. Lit. Mar. Balth. 1704. p. 13 sq. vbi legitur Caselii Elogium, quo Magdeburgum ornauit.

Digitized by Google

pitur, agnoſcatis, & quod vtilitatem non exiguam ſecum affert, id quam maximo ſtudio amplectamini. Mea quidem apud vos commendatione libellus non eget, quem ſatis commendabit fructus, qui inde ad diligentes omnes vberrimus peruenturus eſt. Quam vero ſit aliis iampridem commendatus, vel hinc notum ſatis eſt, quod tranſcribere multa ex eo in ſua ne doctiſſimi quidem viri dubitauerint. Vos igitur quod veſtri officii eſt facite, vt in diſcendis his praeceptis & hoc ſtudii genere exercendo ſitis ſeduli. Ita enim fiet, vt pietatis, virtutis & ſcientiae, in quae maxime vos nunc incumbere oportet, proferre aliquando in medium fructus, & communicare eos etiam poſſitis cum aliis. &c. Elaborauit etiam & auditoribus ſuis Lubecae dictauit *de Tropis & Schematibus* luculentum commentarium, quem manu Nicolai Ionae, Huſenſis, Magdeburgi diſcipuli, ſcriptum poſſideo, & humanitati doctiſſimi Krafftii debeo. Bangertus (3) laudat etiam *Graecae Linguae Praecepta*, concinno admodum ordine in vſum Scholae digeſta, & iuuentuti cum fructu propoſita. Cum bene de re ſcholaſtica merendi ſtudio crescebant moleſtiae, quae facile efficiebant, vt abitum Magdeburgus meditaretur. Docent hoc querelae, quibus Epiſtolam an. 1573. Kal. Febr. ad Gregorium Bersmannum ſcriptam (4 auſpicatus eſt: *Gaudere te ex animo ſcribis, mi Bersmanne, quod viuam & valeam: equidem valeo & viuo, ſed vitam, vt nunc res ferunt, laborioſam & difficilem.*

(3) Catal. Rect. p. D.

(4) Conſeruauit eam ſumme reu. Goetzius in Meletem. Annaeberg. pag 1045 ſq.

lem. Officii onus graue mihi incumbit. &c. Conf. Cl. Ludouici loc. citand. p. 59. Forſan etiam Magdeburgi abitum maturauit Manichaeismi ſuſpicio, in quam eum hic incidiſſe, ex iis apparebit, quae in Cap. ſeq. ad an. 1576 afferentur. Abiit autem an. 1574 circa diem Ioanni ſacrum Suerinum, vbi Illuſtriſſimae iuuentuti doctrinae ac morum magiſter fuit praepoſitus. *Illuſtriſſimos Principes Megalburgenſes ad pietatem & litteras informauit*, inquit Paulus Ieniſius in Hiſt. Annaeberg. c. 24. p. 73. Laudatur quoque idcirco a Dav. Chytraeo in Epiſtola, ad ipſum ſcripta, & Epiſtolis Chytr. p. 1064 ſq inſerta, cuius hoc eſt initium: *Meminiſti grauiter & vere a Plutarcho dici: Virum bonum, Principis praeceptorem, commune multis hominibus Bonum, ac velut fontem auguſtum & perennem eſſe, ex cuius ſapientia & virtute publica populorum Principi ſubiectorum ſalus emanet. Cum igitur te ἀληθῶς χρηστὸν ἄνδρα Illuſtriſſ. Principi Iohanni magiſtrum & βαληφόρον familiarem adiunctum eſſe.* &c. Conf. Chytraei Orat. in obitum Ioannis, Duc. Mecklenburg., in qua non ſolum refert, quod Magdeburgus fuerit a ſtudiis Ioanni, Duci Mecklenburgico, filio Io. Alberti, Ducis, circa an. 1576 ſqq in Academia Lipſienſi, vna cum Ioachimo a Baſſevitz, morum & aulae magiſtro, verum eundem etiam nominat *politi ingenii & doctrinae virum, & ſingulari morum integritate & grauitate venerandum.* In primis vero ipſius fidem, diligentiam, pietatem in aula oſtenſam praedicat Caſelius l. c. Mortuo autem Principe, in patriam remigrauit. Hinc *Freibergam,*

Digitized by Google

gam, repeto verba celeberrimi Ludouici, viri vt de omni re litteraria. ita in primis de hiſtoria ſcholaſtica optime meriti (quem Deus ſeruet!) Hiſt. Gymnaſ. & Schol. P. I. p. 57, *vocatus Scholam ornauit mirifice, iuuentutemque in vtraque lingua eruditiuit ſtudioſiſſime.* Ibidem an. 1597 repentina morte fuit abreptus, cum ſeptuageſimum ac ſeptimum aetatis annum ageret. Commemorabilis eſt verſus, qui Freibergae in eius Epitaphio legitur:

Mane parum languens, veſpere mortis erat.

Reliquit egregiam famam, quod ſcriptores de eo commentati demonſtrant. Henrico Pantaleone teſte, in Proſopogr. P III. p. 556 *ſcribendo & docendo atque multarum rerum cognitione omnibus bonis gratus extitit.* Iac. Burckhardus in Comment. de Lat. Ling. in German. Fat. P. I. p. 376 eum *virum perdoctum, elegantiſſimis ſcriptis clarum maxime & a pluribus collaudatum* dicit. Legantur, praeter Goetzium Meletem Annaeberg. pag. 1044 ſq, alii ipſius praecones Athen. Lub. P. I. p. 43 ſqq iam adducti. Conf. quae dixi l. c. p. 10 ſq. Addantur omnino Henr. Aug. Schumacherus in Vita Adam. Siberi p. 283 ſq. Io. Dav. Schreberus in Vit. Georg. Fabricii pag. 77 ſqq, quorum ille ob eruditionem, hic in primis ob pietatem Magdeburgum commendat. Scripta Magdeburgi, praeter memorata, ſunt

ΕΝ ΤΟΙΣ ΓΕΝΕΘΛΙΟΙΣ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΥΜΝΟΣ ΓΑΥΚΥΠΙΚΡΟΣ, Lipſ. 1578. 4.

Elegiae

Digitized by Google

Elegiae Graecae Euangelicae Angelorum de Natiuitate Christi.

——— *Mulierum ad Apostolos de eiusdem Resurrectione.*

——— *Angelorum ad Adstantes de Ascensione.*

Oratio Demosthenis de Pace Graece & Latine cum annotationibus, cum praelectione Hiobi Magdeburgi. De Eloquentiae studio Principe digno adiunctae sunt Epistolae duae ad Alexandrum Macedonem, Philippi Regis filium, vna Aristotelis, altera Isocratis, eodem interprete. Witteberg. 1588. 8. Praefationem, Fribergi pridie. Kal. Iunii A. 1588 scriptam, praemisit M. *Abelus Madeburgus*, qui nostrum vocat patruum suum.

Catecheses D. Martini Lutheri, s. Capita Doctrinae sacrae cum breui explicatione, Graece & Latine. Additae sunt Sententiae patrae accommodatae ad Capita Catecheseos. Lipsi. 1580. 8. Prodiit primum hoc titulo: *Sententiae Sacrae & Apostolicae Sanctorum Pauli, Petri, Ioannis &c. Graece & Latine in Locos communes collectae: vna cum Catechesi, D. Martini Lutheri, per Hiobum Madeburgum.* Basil. 1562. 8. Conf. Ludouici l. c. P. I. p. 59 sq. Pantaleon l. c: *Sententias praeclaras ex Nov. Test. collegit, & in vsum studiosorum euulgauit.*

Tabulae in Officia Ciceronis. Basil. 1564. Pantaleon l. c: *Pari diligentia Ciceronis Officia in Tabulas redegit, atque virtutum fontes inspiciendos praebuit.*

Liber de Inuestigatione Thematum ex postremis Nominum Verborumque Syllabis apud Graecos manu tantum exaratus citatur a Ienisio l. c. & aliis.

Digitized by Google

Sacrae Imperiorum Anchorae, ſeu Operis Sacri Politici ex Lutheri ſcriptis mentio iam eſt facta Athen. Lub. P. I. p. 43 ſqq.

§. II.

Ex Collegis, quos Magdeburgus Lubecae habuit, vnus tantum nominatur a Bangerto l. c., ſcilicet NICOLAVS BOLDEWIN; aliquos vero laboris etiam ſocios accepit forſan eorum, qui in Cap. ſeq. recenſebuntur.

§. III.

Ad Collegas Magdeburgi non quidem videtur pertinere, hic tamen non eſt plane omittendus STEPHANVS VENATORIVS, Lubecenſis. Is enim ſcholaſticae iuuentuti Lubecenſi an. 1574. m. Ian. *Orationem Ciceronis Philippicam nonam* praelegit. Docet hoc Programma, Lubecae d. 23 Ian. 1574 exaratum, quod hodieque in Bibliotheca noſtra publica (5) ſupereſt, hanc prae ſe ferens inſcriptionem: *In Praelectionem Philippicae nonae Ciceronis, ad adoleſcentem egregia & praeclara indole praeditum, Antonium Ludinghauſen, viri Conſularis filium.* In hoc Programmate inter alia ſcribit: *Ne vero vlla impedimenta incidant, quae mentem ab inſtituto alienent, his proximis diebus Philippicam nonam Ciceronis, orationem neruoſam, & nonnulla Legum iuriſque capita attingentem, monſtrato ſimul Dialectices & Rhetorices vſu, (ſiquidem Scholaſticae iuuentuti, ad cuius captum docentem ſeſe accommodare decet, gratificari cupio) interpretabor.* ——— *Tibi* Oſten-

(5) Miſcell. Vol. Ee.

autem, mellitissime adolescentule, quicquid laboris, seu operae huius orationis explicationi impendetur, quam in coenobio D. Catharinae post horam 9 proximo die Iouis, Ianuarii 28, ordiar, tibi id omne deseruiet, tuoque nomini & honori consecrabitur.

CAPVT X.

De *Rectoratu* *M. IOACHIMI HANFII.*

A. 1574 —— 1580.

§. I.

POst Hiobum Magdeburgum Rectoris munia delata sunt M. IOACHIMO HANFIO, Francofurtensi Marchico, Rectori antea Stendaliensi, viro & doctrina & ingenuitate conspicuo. In deliciis habebat Rameam Philosophiam, quam primus Athenaeo Lubecensi intulit, & per *Praelectiones in P. Rami Logicam* cum discipulis suis communicauit. Didicit tempore Hanfii Lubecae *Samuel Gerveſius*, Conrector Soltquellensis, & deinde Rector Wismariensis, qui, vna cum commilitionibus suis, easdem calamo excepit (1). Commemorantur etiam (2) ipsius *Obseruationes in Dialecticam Philippi Melanchthonis*, quas itidem discipulis dictauit. Ostendit porro, quam peritus fuerit Philosophiae & omnis humanitatis *Annotationibus in Cicero-*

(1) Refert hoc ex Gerveſii Epistola MS. ad Io. Schraderum Bangertus l. c. p. D.

(2) Bangert, l. c.

Digitized by Google

ronis Tusculanas Quaestiones scriptis. Nobilissimum quoque & vtilissimum disputandi exercitium instaurauit, siquidem, Bangerto teste (3), *interdum Theses disputandas proposuit.* Quamuis itaque & docendo & scribendo & disputando egregie de Lyceo Lubecensi mereri pro virili contenderit, & praestantissimi etiam viri (quos inter est magni nominis Theologus, *Paulus Tarnovius* vid. Athen. Lub. P. II. p. 357) ex eius disciplina prodierint, multa tamen fuerunt impedimento, quo minus in omnibus se cunctis probaverit, & querelis, quibus nullae vulgariores, de defectibus in re scholastica ansam praecluserit. Patebit hoc luculenter ex Visitatione Scholastica, an. 1579 instituta, cuius Acta ad an. 1579 idonea fide exhibebuntur.

§. II.

Tempore Hanfii an. 1575 Superintendens eligebatur M. ANDREAS POVCHENIVS, qui eodem statim anno d. 30 Mai. publicam in Lectorio habuit Orationem, die sequenti *Praelectiones in Augustanam Confessionem* auspicatus. Αυτόγραφον harum Praelectionum, quod Amicus mecum communicauit, inspexi, & mutilatum istud esse, tanto magis dolui, quanto praestantiores sunt hae Praelectiones. Inscriptio est: *Enarratio Augustanae Confessionis, autore M. Andrea Pouchenio, Seniore, qui anno Domini 1575, postridie Trinitatis, siue trigesimo die Maii, postquam Superintendens in Ecclesiam Lubecensem introductus esset, declamauit in publico Lectorio, & altero die*

(3) l. c.

die subsequente 31 *Maii siue prid. Calend. Iunii ipsam praelectionem huius libri feliciter auspicatus est.* Ratio tractandi apparet ex praemissa *Methodo generali praecipua capita breuiter ostendente, ad quae doctrina singulis Locis hisce dogmaticis commode referri potest & debet*, quam methodum, a Pouchenio obseruatam, ob praestantiam hic exhibebo:

„Primum diligenter obseruanda est Gramma„tica enarratio vocabulorum, quibus Ecclesia „in rebus ipsis declarandis vtitur, & simul consi„derentur vocabulorum discrimina, & vnde il„la in Ecclesiam translata sint. Triplex enim „eorum differentia est. Alia sunt Scripturae „propria, quorum vox & significatio ex sola „Scriptura petenda est. Dissimilis enim ea pror„sus est, & abhorret a consuetudine aliarum „linguarum, vt Iustificare, Iustitia, Gratia, „Peccatum, Crux, &c. Alia ex communi lo„quendi consuetudine desumta & in Ecclesiam „translata sunt. Horum proprietas inquirenda „est ex iis linguis, vnde nata sunt, vt Scanda„lum, Euangelium, Λύτρον, Απολύτρωσις, &c. „Alia nec ex phrasi scripturae, nec communi „vsu sermonis nata sunt, sed ad retegendas hae„reticorum fraudes & insidias, & verae sententiae „illustrationem ab orthodoxis Patribus inuen„ta sunt, quae vocantur vocabula noua. Cum „enim haeretici in loquendo imitarentur phra„sin scripturae & orthodoxorum, nihilominus „autem sententiam falsam retinerent, Ecclesia „hisce & peculiaribus suis vocabulis dolos eo„rum nudauit, & veritate illustrata se ab ipsis se-

Digitized by Google

„iunxit. Eiusmodi sunt Essentia, Subsistentia, „Persona, ὁμοούσιος, Peccatum Originis, Pec„catum Veniale, Mortale, Poenitentia, Sacra„mentum, Bona Opera.

„Et huc pertinet commonefactio de discrimi„ne formularum loquendi obseruando, vt pro„pria ab impropriis & minus commodis discer„nantur. Summa totius doctrinae, seu status „in quolibet loco recte & perspicue inquirendus „& constituendus est. Inde & doctrina cuius„que loci extruitur, & ad eius confirmationem „& testimonia accommodantur, sine hac obser„uatione in incertum vagatur tractatio. Con„ducit haec obseruatio ad id quoque, vt perspi„ciatur, quando & quomodo status vel ab ad„uersariis insidiosa transpositione deprauetur, „vel quae diuersis temporibus aliter disputandi „in eodem loco dogmatico causa fuerit, quod „non idem semper omnibus temporibus status „disputationis fuerit. Et simul illud hinc per„spicitur, cur veteres in earundem rerum expli„catione dissimiliter sunt locuti.

„Saepe summa totius alicuius loci vel Defini„tione, vel Diuisione, vel breui Regula, tan„quam theoremate, comprehenditur. Horum „itaque theorematum vera sententia inquirenda „est, & vsus eorum considerandus, & obser„uandum est, quo consilio singulae voces in iis „sint positae, & quid moneant.

„Quia tota doctrina coelestis e Scriptura de„promitur, vtile est, obseruare, in quibus Scri„pturae sententiis seu locis propria cuiusque doctrinae

„doctrinae ſedes ſit, vbi eam Spiritus S. ex pro-
„feſſo tractet & explicet. Haec diligentia ad id
„conducit, vt vera ſententia perſpicue cogno-
„ſcatur & teſtimonia accommodentur non im-
„pertinentia & peregrina, ſed congruentia &
„appoſita & vrgentia, & propria ab impropriis
„& minus congruentibus diſcernantur.

„Quinto vtile eſt & neceſſarium, teſtimonia
„verae ſententiae in vno quolibet loco ex ſcriptis
„patrum & hiſtoria antiquitatis primitiuae Ec-
„cleſiae conſenſum ſubiicere. Hoc prodeſt ad
„vetuſtatem doctrinae confirmandam contra in-
„cuſationem vel ſuſpicionem nouitatis. Eccle-
„ſia Dei omnibus temporibus eandem vocem
„doctrinae amplexa & profeſſa eſt, etſi alias plus,
„alias minus lucis habuerit. Et hinc conſpici
„poteſt, qui fuerint teſtes verae ſententiae, &
„qui commodius, qui vero incommodius locu-
„ti ſint.

„Sexto. Poſt verae ſententiae explicationem
„& confirmationem prodeſt per Antitheſin an-
„notare hiſtoriam certaminum veterum & re-
„centium, cuius exemplum in ſingulis locis
„Confeſſionis huius oſtenditur. Et id com-
„modiſſime ita fieri poteſt, ſi oſtendatur, quo
„loco & tempore, quibus autoribus & qua oc-
„ſione haereſes enatae ſint, quae Scripturae te-
„ſtimonia ad earum confirmationem detorta
„ſint, & per quos & e quibus Scripturae funda-
„mentis veritas e contrario defenſa ſit.

„Poſtremo quia Theologia non conſiſtit in ſo-
„la cognitione & θεωρία, ſed in quotidiano vſu.

„Matth. 7. Luc. 12: ſeruus, qui ſcit voluntatem „Domini. Io. 15: Vos amici mei eſtis, ſi fece„ritis, quaecunque praecipio vobis. Rom. 2: „factores legis iuſtificabuntur. Iac. 1. ad „πρᾶξιν cuiusque loci doctrina transferenda eſt, „in veris exercitiis poenitentiae, fidei & nouae „obedientiae, patientiae, ſpei, conſolationis, „inuocationis &c. Haec commonefactio & ad „inſtitutionem & ad pietatem pariter conducit. „Haec capita in explicatione ſingulorum obſer„vata totam doctrinam illuſtrabunt.

Ex his apparebit, quod labor Pouchenianus Auguſtanae Confeſſioni impenſus non ſolum quantitate molis, ſed etiam virtutis ſeſe commendet. Lucem, ſi quid ego iudico, omnino meretur.

§. III.

Ex Collegis Hanfii nominandus primum eſt M. NICOLAVS VORSTIVS, Conrector, qui, natione Brabantus, ex patria, in qua ſcholaſticum etiam munus adminiſtrauit, expulſus a Lubecenſibus receptus, & publico ludo litterario fuit ſecundo loco praefectus. Quo anno hoc factum, non quidem conſtat: certum tamen eſt, quod iam an. 1575 Conrectoris officio ſit functus. Hoc enim anno d. 20 Maii ad eum dedit David Chytraeus epiſtolam, in cuius inſcriptione *Prorector Scholae Lubecenſis* appellatur. Imo vero iam iſto anno abitum a Lubecenſibus meditatum eum eſſe, ex citata epiſtola, quae integra legi poteſt in Chytr. Epiſt. p. 172 ſq, haud obſcure apparet. Sic enim p. 173 ſcribit Chytraeus

traeus: *Ceterum ad tuam deliberationem quod attinet, omnino tibi ſuaſor ſum, ne ad Batauos tuos in hoc rerum ſtatu redire nimium properes, ſi, quod reliquum eſt vitae, conſumere in ſcholis aperiendis & regendis voles: neque iſthic ſtipendium, quo te & familiam in tanta rerum omnium caritate honeſte alas, conſequi potes, vt plerumque Principes & Respubl. in rebus inutilibus ſumptuoſiſſimi, in fouendis ſtudiis & doctoribus parciſſimi ſunt: mihi curae erit, vt honeſtum locum & te dignum prima occaſione nanciſcaris. Velim autem, te quam primum ad nos expatiari, vt coram colloqui de rebus omnibus aperte poſſimus.* Confirmat iſthaec alia eiusdem Chytraei ad Vorſtium epiſtola, quae extat p. 302 ſq, & inter alia habet ſequentia: *Tua etiam conſilia de migratione Emanuel ad DEI gloriam & tuam ſalutem dirigat. De Guſtrouienſi ſchola cum Superintendente proximis diebus locutus ſum, qui ſuum & Rectoris Omichii animum tibi addictum eſſe oſtendit.* &c. Subſtitit tamen Lubecae ad annum ſaltem 1584, quod docet epiſtola Chytraei hoc anno ad ipſum ſcripta. Vid. Epiſt. Chytr. p. 569. Imo ad an. 1586 quod apparet ex eius Grammatica. Ni fallor, Lubecae etiam mortuus eſt. Coniicio hoc ex verbis Pouchenii mox adducendis. Bene autem de Schola meritus eſt Vorſtius, dum duos libellos ſcholaſticos edidit. Scilicet

1. *Elementa Hermanni Bonni ad maiorem Grammaticam concinnata.*
2. *Grammaticae Latinae Philippi Melanchthonis Compendium, ſed de verbo fere ad verbum ex maiori deſcriptum, ne pro vna Grammatica geminam iu-*

Digitized by Google

ventus ediscere cum temporis & profectus iactura cogatur, iussu & mandato amplissimi Senatus & R. Ministerii Lubecensis a Nicolao Vorstio, Brabanto, in Schola publica Prorectore, concinnatum. 1576.8. Cum priuilegio ad sex Annos. Priuilegium ideo adiicio, quoniam certum praebet argumentum, Vorstium Bonni Elementa edidisse. Ita vero se habet: *Amplissimae Reipub. Lubecensis Senatus auctoritate cautum est, ne quis hoc Compendium ex Grammatica maiore Philippi Melanchthonis descriptum, aut etiam Elementa Bonni ad Maiorem illam Grammaticam concinnata a Nicolao Vorstio, Brabanto, in toto hoc territorio Lubecensi imprimat, aut alibi impressum in eodem diuendat, aut diuendi curet, sine consensu & permissu Assueri Kroeger, ciuis & typographi Lubecensis, intra annos sex, sub poena confiscationis omnium librorum & multa in diplomate expressa. Datum Lubecae Vandalorum mense Maio. 1576.* Dedicauit Vorstius librum Senatui ac Ministerio Lubecensi, &, post nonnulla de Grammatices vtilitate dicta, litteris mandauit sequentia, digna, quae ex libro hodie fere deperdito hic repetantur: *Cum primum flammae ciuilis incendium & vorago Belgicam nostram olim florentissimam calamitose depascens, me, cum coniuge & paruis liberis, scholastica functione & fortunis exutum, ad ignotas sedes quaerendas adegisset, atque labentissima Lubeca veluti patria extorrem in scholam recepisset, puerilibus studiis, nostro quidem iudicio, damnosam praeceptionum Grammaticarum inuenimus diuersitatem, dum aliud atque aliud ex maio-*

ri

Digitized by Google

ri D. Phi. Grammatica descriptum Compendium, seu verius dispendium, p[illegible] classium & profectuum diuersitate proponeretur. Quae res quantum iuuenilia ingenia turbet, profectumque remoretur, dum res eadem aliis atque aliis verbis, ordine haudraro mutato, discendumque quid proponitur, quod postea dediscendum est, lector aequus facile diiudicaverit. Hic omni dubio procul vel stentoria voce impetuosius occinent quam plurimi illud Horatianum: Quicquid praecipias, esto breuis. Illa postrema totius Grammaticae editio, quamuis etiam ex emendatione Micylli, artem auspicantes, vel ipso Philippo teste, quum in locupletandis praeceptis modum adhiberi velit, deterrebit. Precium graue, dum tenuioris fortunae puerorum manibus assiduo corrumpuntur vsu ipsi codices maiores, saepius non sine parentum grauamine numerandum, silentio praeterimus. Esto sane. Compendia rudibus puerorum ingeniis proponenda non negamus, imo hic ipsi proponimus. Sed τὰ αὐτὰ πρὸς τῶν αὐτῶν, hoc est, ita ex maiori deductum Grammatica, vt a calce ad caput cum ea conueniat ac respondeat, adeo vt quidquid in inferioribus classibus memoriae mandauerint, in superioribus minime mutanda, sed ex maiori quaedam ante omissa, sint adiicienda. De hac ipsa praeceptionum diuersitate paulo post aduentus nostri initium cum Reuerendis Dominis Pastoribus eruditissimis, atque etiam cum M. Ioachimo Hanfio, domino nostro Archididascalo, viro doctissimo, quando contulissemus, liquido hoc responsi tulimus: Grammaticae praecepta non eodem tantum ordine, & verbis,

verbis, verum etiam iudem ſyllabis, rudibus puerorum ingeniis inculcand eſſe. Hoc igitur meum Compendium eo, quo prodit, modo concinno, & concinnatum porro trado clariſſimo viro M. Andreae Pochenio, Eccleſiae Lubecenſis ſupremo inſpectori, in re literaria iudicii tam exacti atque dextri, vt optimo iure Ariſtarchi virgulam quis eum appellet. Is quum rationes noſtras audiuiſſet, & iuuenilia ſtudia penitius introſpexiſſet, conſilio cum ampliſſimis dominis Conſulibus & Senatoribus prudentiſſimis, ac R. viris dominis Paſtoribus incorruptiſſimis communicato, nomine ampliſſimi Senatus & R. Miniſterii praecepit, vti quod ſupereſſet, eodem curſu ac tenore abſoluerem: rationem poſt inueniendam, qua prelo ſubiici ac edi poſſet. Quidquid autem huius opellae eſt, veſtrae Celſitudini, ampliſſimi & ornatiſſimi domini Conſules ac Senatores multis de cauſis omni obſeruantia ſemper mihi colendiſſimi, atque Sacroſancto Miniſterio Reuerendiſſimo dedicare conſultum mihi viſum fuit, vt quemadmodum V. ampli. & Reuerentiae mandato deſcriptum eſt, eiusdem auſpiciis inuulgatum maiori cum gratia & auiditate ab ingenua pube, filiolis veſtris, atque totius reipub. pueritia expetatur & ediſcatur. &c. Alia, ni fallor, eſt huius Compendii Vorſtiani editio, diu quidem a Pancratio Crugerio (de quo in Cap. ſq.) impedita, tandem tamen, vt videtur, luci reddita. Haec enim habet Pouchenius, Superintendens, in Scripto ad Commiſſarios d. 2. Aug. 1587. T. II. Act. Min. Lub. f. 550. a: *Ja hat auch mit groſſer*

Digitized by Google

groſſer Ungeſtümigkeit ziemliche lange Zeit verhindert, daß das Epitome Latinae Grammaticae Phil. Melanchthonis, ſo der Conrector (ſeel. Gedächtniß) geſtellet, nicht hat müſſen anderweit in den Druck gegeben werden, keiner andern Urſach halben, denn daß die alte rechtſchaffene praecepta Grammatices aus der Schulen proſcribirt, und ſein unbekanntes und unerweiſetes, unapprobirtes Ding nur darinn herrſchen ſollte.

Singularia nonnulla de Vorſtio in Actis ann. 1579 & 1580 infra occurrent.

§. IV.

An. 1576 Manichaeismi labe Schola legitur purgata in Act. Miniſt. T. III. f. 89, vbi iſthaec extant: *Manichaeismus per Hiobum Rectorem, & eius affinem Adamum* (4) *in Scholam noſtram introductus, per Dnum Superintendentem rurſus exploſus eſt, addito ſeueriſſimo mandato, ne praeceptores Catecheſeos & Confeſſionis formulas antea a Hiobo praeſcriptas in poſterum pueris traderent, ſed tantum Lutheri Catechismum minorem Germanicum & Latinum iuuentuti proponerent.* Haec iisdem verbis ſcripta reperiuntur l. c. Ceterum non memini de Magdeburgi Manichaeismo vnquam aliquid vel legiſſe, vel audiuiſſe.

§. V.

Circa eundem annum commemorabile eſt ſeverae diſciplinae ſcholaſticae exemplum, in cit. Act. f. 90 his verbis deſcriptum: *Scholaſticus Osnabru-*

(4) Quodnam ſit huius ADAMI, Scholae ſine dubio Collegae, cognomen, me ignorare fateor.

Digitized by Google

nabrugenſis cum in Schola impingendo alapam paruo puero labefactaſſet, imo ex ore eieciſſet, dentem, voluit Dn. Rector petulantiae iſtius ſumere ab eo poenas. Hoc cum ille ferre nollet, miſit Rector vocatum publicos miniſtros die Bödell. *Quos cum ſcholaſticus praeſentes animaduerteret, viam vi facit, & effracta feneſtra conſulit ſibi fuga, Ea res delata eſt ad Senatum, cuius mandato poſtea ſcholaſtico interdictum eſt ciuitate. Hic cum intelligeret, ſibi non licere tuto verſari in vrbe, proficiſcitur Roſtochium, inde Hamburgum, tandem in patriam ſuam. Vbi cum impetraſſet litteras, quibus Paſtores & docti viri pro illo intercederent apud dn. Superintendentem & Paſtores, ſiſtit ſe hodie (d. 26 Ian.) in publico conuentu, ſubmiſſe rogans, vt ſibi ignoſcatur, & vt rurſus in Scholam recipiatur. Vbi cum ſinguli ſententiam dixiſſent, concluſum eſt, ipſum rurſus recipiendum in gratiam, ita tamen, vt fiat hoc de voluntate Dnn. Conſulum. Ea impetrata debere ipſum prius Dn. Rectorem, & poſtea ordine reliquos praeceptores omnes accedere, ab illis veniam petere, & cum illis in gratiam redire, tandem in prima claſſe ſubiicere ſe poenae praeſentibus diſcipulis.*

§. VI.

Collegae porro, quos an. 1577 habuiſſe Hanſium, auctor eſt Bangertus (5), ſunt M. IOANNES MEINECKE, Subrector, an. 1578 ob ingrauescentem aetatem ad Cantoris munia obeunda retractus: IACOBVS ab HOEGE, Cantor, propter eandem cauſam ad quartam claſſem transla-

(5) l. c. pag. D 1.

translatus: IOACHIMVS PASCHASIVS, Soltwedelensis, de quo in Cap. sq. plura annotabimus: M. NICOLAVS STINTIVS, ex Schola vocatus an. 1579. d. 9 April. ad Ecclesiam Iacobaeam, in qua Symmystae munus egregie obiit, vsque dum an. 1609. d. 17 Mart. ad Ecclesiam triumphantem transiret (6): NICOLAVS BALHORNIVS atque CASPAR MEINART, de quibus omnibus mox in Act. ann. 1579 & 1580 iudicia occurrent.

§. VII.

An. 1579 d. 23 Mart. habita est *Visitatio Scholae*, in qua quid actum, declarant sequentia, quae leguntur T. III Act. Minist. f. 127: In praesen„tia Visitatorum iussit Dn. Superintendens „Scholae Rectorem M. *Ioachimum Hanfium* ad „conscientiam dicere, quid in suis Collegis de„sideraret. Ille exorsus a summo vsque ad imum „accusauit (excepto Stintio & Caspare) pariter „omnes negligentiae. Praesertim in Dn. Con„rectore requirebat maiorem diligentiam & fi„delitatem, querebatur autem, quod praeter „vnam Prosodiam nihil fideliter traderet, cuius „causam dicebat esse hanc, quod in iuuentute „non ipse recte institutus esset. Vnde rursus: „Quodque parum nouit, nemo docere potest. „Querebatur praeterea de moribus, quod mi„nime tales essent, quales istiusmodi personam „decet.

In

(6) Act. Minist. T. III. f. 136 sq. Mellii Gründl. Nachr. von Lübeck pag. 122.

Digitized by Google

„InSubconrectore querebatur somnolentiam, „& requirebat maiorem alacritatem. Und da „er darüber gestrafft vnd zum Vleiss vermahnet „were, hette er geantwortet: es were die Be„soldung zu klein, wen ihm die verbessert wer„de, wolte er mehr Vleis anwenden, iuxta il„lud: Kupffern Geltt, kupffern Seelmessen. „Ad haec respondebat Apollonius: Stipendium „dari diligentibus, non negligentibus. Debe„re ipsum prius edere specimen suae diligentiae, „ita vt illud in profectu discipulorum deprehen„di possit, tum Senatum compensaturum au„gmento stipendii ipsius diligentiam, alias mi„nus.

„In Cantore laudabat Rector voluntatem & „conatum, sed dicebat, deesse vires & erudi„tionem.

„Ioachimum dicebat anniti pro virili, & se „optima spe teneri, ipsum, quod hactenus „neglectum erat, in postremum recompensa„turum.

„Balhornium esse quidem negligentiorem, „sed hoc illi condonandum propter aduersam va„letudinem.

„Casparum esse diligentem & assiduum.

„Cum ad istum modum Dn. Rector de singu„lis Collegis suum iudicium dixisset, vocati sunt „omnes. Ibi Dn. Superintendens cum prius „quid Dn. Rector in singulis desideraret, breui„ter narrasset, iussit vnumquemque pro se dice„re. Sed tantum abest, vt illi se peccasse fate„rentur, vt etiam aperte dicerent, se longe plus feciſſe

„feciſſe, quam ex pacto deberent. Dn. Superintendens reſpondet: tum demum ſe velle hoc „credere, ſi deprehenſum fuiſſet in examine ante octiduum habito. Sed in ipſo, ſicuti ipſi „fateri cogerentur, deprehenſam fuiſſe & magnam & ſtupendam diſcipulorum inſcitiam, „cuius nullam aliam cauſam ſe putare dicebat, „quam praeceptorum negligentiam. Quare „cum grauiter inuectus in ipſos fuiſſet, minabatur nomine Praefectorum, niſi in poſterum ſe „emendarent, certo futurum, vt vel cum decore ad inferiores claſſes remitterentur, „vel cum iactura rei familiaris dimitterentur. „His verbis dimiſſi, abierunt vnusquisque in „ſuas aedes.

„Darnach hat der Herr Superintendens mit „den Paſtoribus einen Abtrit gethan, und den „Politicis tempus deliberandi gegunnet. Habita deliberatione haben die Politici geandtwortet, daſs ſie gantz trewlich, was Allerſeitz „gehöret, und befunden, an den Erbaren Rhat „bringen wolten, und was den vor Beſcheidt „darauff, ſolt dem Ehrwûrdigen Miniſterio „wiederumb zu gelegener Zeit vermeldet werden.

„Viſitatores Politici fuerunt tres Conſules „Dnn. HENRICVS PLONGES, IOANNES „BROEKS, HERMANNVS a DOREN, & „duo Senatores Dnn HERMANNVS a STITEN & IOANNES LVDINGHVSEN.

Qua ratione haec Viſitatio ſit repetita & abſoluta, his verbis docetur l. c. f. 131 ſqq: Auff heut

„dato den 6 Aprilis kommen wiederumb zu„ſamen der Schulen halben die drey Burgermei„ſter Er HEINRICH PLONGES, Er JOHANN „BROCKSEN und Er HERMANN von „DORN, und zwen Rhatmanns, nemlich Er „CHORT WOLTERSEN, und Er JOHANN „LVDINGHVSEN, neben dem Hn. Superin„tendenten und den Paſtoribus. Und fingk „der Herr Burgermeiſter Er Heinrich Plonges „ahn, daſs Sie, was am jüngſten in dem Exa„mine in der Schule an den Knaben, und in „der Viſitation an den Paedagogis vor Mangel „und Gebrech befunden, trewlich einem Erba„ren Rhade vermeldet hetten. Und were dis „daruff Jhr Bedencken, Andtwordt und ſchlies„liche Wille.

„Erſtlich, das uff Erforderung des erwirdi„gen Miniſterii zu mehrern Anſehen und Nutz „die beide Doctores Syndici bey den Examini„bus ſein ſollten, der eine uff dem Herbſt, als „Doctor CALIXTVS. Der ander, nemlich D. „WARNEBOECK uff dem Faſtelabent.

„Zum andern, das ein Erbar Rhat uff itzund „etliche vom Miniſterio übergebene Articel und „Punct, auch auff die vorige übergebene Sup„plication uffs forderlichſt antworten wolte.

„Zum dritten zeigt der Burgermeiſter durch „den Superintendenten von wegen des Erbarn „Rhats erſtlich dem Rectori inſonderheit, dar„nach den andern Collegis insgemein, und ei„nem ieden inſonderheit an.

„Erſtlich ſagt der Superintendent zu dem Recto-

„Rectori. Jhr wiſſet, Dne Rector, wie euch „anfencklich der Rectoratus und die Inſpection „Scholae bevolen, das Jhr nicht allein vor ewere „Perſon thun ſolt, was ſich gepueret, ſondern „neben den Knaben auch uff ewre Collegas ſe„hen, und helffet verſchaffen, das es allenthal„ben recht zu gehe, die Collegae neben Euch „vleisſig ſein im Leſen, züchtig im Leben und „moribus, und do Jhr Mangel ſpüret, mit Ern„ſte einredet und beſchaffet, das ein Jeder das „ſeine thue. Und do euch über Zuverſicht je„mand nicht gehorchen, oder ſich euch wider„ſetzig machen wolte, und Jhr ihme zu „ſchwach, daſs ihr ſolchs an mich gelangen „lieſſet, ich wolte bey den Scholarchis erlan„gen, das Jhr ſoltet in ewerem Ampte geſchüt„zet, und ewere authoritas erhalten werden. „Wie ſolches zuvorhin Euch übergeben und „befolen, alſo übergeben und befelen wir nun „noch euch ſolchs uffs newe abermals. Und „im falle do hernachmals über jemants Unfleis „oder Unbeſcheidenheit Klage keme, wolten „wir ſolchs nicht mit Jenen, ſondern mit euch „zu thuen haben.

„Nun befindet ſich dennoch über Zuverſicht „viel unrichtiges. Als zum erſten, nachdem „Euch ein Ordo Lectionum, auch die Autho„res, ſo ſollen vorgeleſen werden, praeſcribi„ret iſt, Jhr auch angenommen habet, befindet „ſich, das ihr nicht die praeſcriptos, ſondern „andere Authores, und ſolche, die den Knaben „viel zu hoch ſein, vorleſet, dadurch die tenera

„ingenia, quae a Quintiliano vasis angusti ori-
„ficii conferiret, mehr obruiret, als gebessert
„werden, und euch also nicht ad captum discen-
„tium accommodiret.

„Zum andern, das wol genug, wo nicht
„alzuviel gelesen, aber wenig, oder gar nichts
„gerepetiret werde.

„Zum dritten, das die disciplina viele laxior
„sey, als es sich gepuere.

„Zum vierten, das Jhr poenam pecuniariam
„in prima classe, und insonderheit von den gros-
„sen Gesellen nemet, dadurch manchem zu
„grossem Unrath kunt Ursach geben werden.

„Zum fünfften ist beuolen in singulis Clasi-
„bus Catalogos, da die nomina puerorum, und
„die sero venientes und absentes ingezeichnet
„werden, zu haben. Und über dieselben ein
„generalis Catalogus, do aller Knaben nomina
„inne verzeichnet sein, mit welchem Jhr alle
„Wochen zweymal, als Mittwochens und Samb-
„stages durch alle Classes herdurch gehen sollet,
„und erkundigen, ob die Knaben auch alle ver-
„handen, und so etliche mangeln, oder so sie
„im Studiren, oder Schulgehen unfleisig, strax
„in die Heuser gesendet, und die Eltern oder
„Hern fragen lasset, wo ihr Knaben sein, und
„was Ursach dieselben nickt zur Schulen kom-
„men. Do finden wir aber auch mangel und
„feil.

„Zum sechsten ist zum offtermals angezeigt,
„das von den Knaben uber den vorigen gesetz-
„ten tax nicht mehr als sechs schilling zu Schul-
gelde

„gelde ein viertell Jar soll gefodert werden. „Nun befindet sich aber, dass solchs auch uber„gangen werde.

„Zum siebenden klaget man auch, das die „Paedagogi auff die hohen Fest, als Ostern und „Weinachten, mit sonderm Vleis die Knaben „dahin halten, sie sollen sie mit Fladen und an„dern Geschencken bedencken, daher denn „offt kumpt, das die Kinder von den Eltern „mit Weinen extorquiren, und sagen, sie dorf„fen nicht wiederumb in die Schule kummen, „es sey den, das sie ihren Praeceptoribus ein „Geschencke bringen.

„Zum achten ist auch zuvor verordnet und „gestattet, was man von den Funeribus nemen „soll. Nemlich von den Reichen 12 Sch. von „den mittelmessigen 8 Sch. und von den Armen „6 Sch. Aber hie kumpt grosse Klage, das mans „hie nicht bey bleiben lesset.

„Zum neunden, do man zuvor hat den Kin„dern in funerum deductione das Gelt in der „Kirchen ausgetheilet, nemens itzundt die Pae„dagogi zu ihnen, und geben darnach davon „in der Schule den Knaben so viel, als sie wol„len. Daraus suspicion erwechst, dessen sich „zu entschlahen, lasse man es bey dem alten „Gebrauch pleiben.

„Zum zehenden wen die Knaben in der pro„cess zur Leiche gehen, so singen sie gar unor„dentlich, der eine hoch, der ander niedrig, „der eine langsam, der ander hastigen. Und „die grossen, so hinten an gehen, singen gar

„nichts, ja meinen, es were ihren Ehren zu „nah und eine groſſe Schande, wenn ſie mit „den Kleinen in der proceſs ſingen ſolten.

„Dieſes iſt, Dne Rector, das wir auf diſs „mal mit ewer Perſon wegen ewers und unſers „Amptes aus Befehl eines Erbaren Wolweiſen „Rhats haben reden wollen und ſollen, guter „Zuverſicht, Jhr werdet ſolches im beſten von „uns auffnehmen, allen mûglichen Vleis an„kehren, das die Mângele eingezogen, auffge„hoben, gebeſſert werden, und alles hinfûrter „richtig môge zugehen, und wir von der Bûr„gerſchafft keine Klagen deſſen mehr hôren „dûrffen.

„Der Rector repetiret und antwortet auff al„le dieſe capita. Zu etlichen und den meiſten „theilen ſagt er, das ſie entweder nicht geſche„hen weren, oder er nach fleisſigen erforſchen „doch nicht hette erfahren konnen.

„Etliche, ſagt er, weren dermaſſen geſchaf„fen, vorab die diſciplinam belangen, das ſie „bishero keines weges hetten in eine Ordnung „konnen gebracht werden. Und ob es wol un„mûglich, das alles könne richtig werden, ſo „wollte er doch mit göttlicher Hûlffe, auch mit „zu thuen ſeiner Collegarum, ſich uffs fleisſi„geſt dahin bearbeiten, das alles, was menſch„lich und mûglich were, geſchehen ſolte.

„Den Ordinem Lectionum, ſagt er, wolte „er auch uffgezeichnet dem Superintendenten „zuſtellen, und was ihm praeſcribiret wûrde, „dem wolte er gerne mit allem Vleiſſe nachſe-

tzen.

„tzen, auch an den Repetitionibus, so viel seine „Person belangen thet, nichts erwinden lassen, „in Hoffnung, es wûrden seine Collegae glei„ches falles solchs auch thun, da er denn mit al„lem Vleissen uber sein wolte.

„Nach diesem wurden die andern Paedagogi „semptlichen eingefodert. In ihrer Gegen„wertigkeit repetiret der Superintendens die „meisten punct und stuck, so er zuvor mit dem „Rector geredet hatte, und saget, das die Herrn „Visitatores und vorab ein Erbar Rhat, solches „hinfurter keines weges von ihnen gewertig „sein wolten. Und das sie in dem allen sich „der gepuer verhalten, und ihrem Rectori de„bitam obedientiam & reuerentiam praestirn „sollten. Ihm falle dar uber Zuuersicht von ie„mand anders befunden, mit dem wolt ein „Erb. Rhat dermassen verfahren, das es ihn ge„reuen wurde.

„Darnach wendet sich der Superintendens zu „dem Conrectori, sagende: Dne Conrector, „sintemal man zum offtermal ewren Vnfleis in „praelectionibus gespûret, auch in den moribus „Mangel und Feil, uber das die Knaben ewerer „propter imperitiam linguae Germanicae nicht „gross können gebessert werden, und man teg„lich ewer emendationem nu lange Zeit gehoffet „hat, aber wenig in dem Werck befunden; So „weren die Herrn Visitatores nicht ungeneigt, „dringender nott halben itzunder mit euch auff „andere Wege zu dencken, doch von wegen „ewers Alters, auch etlicher angezeigter Ursa-

„chen in ewer übergebenen Supplication will „man ewrer verſchonen, und noch dis halbe Jar „bis uff ſchirſt künfftige Michaelis uff Beſſerung „hoffen und warten. Befindet die ſich, wol und „gut. Wo anders, wirdt man thun müſſen „nach Gelegenheit der Schule und Notturfft der „Jugent, & magis curandum erit publicum, „quam vnius hominis priuatum commodum.

„In den andern Claſsibus dieweil ſichs befin„det, quod nonnulli non ſint pares oneribus fe„rendis, ſed lectiones & onera ſuperare ipſorum „vires, iſt man entſchloſſen, aus dringender „Nott eine permutation zu machen, und die la„bores zu beuelen denen, die ſie etwas beſſer mit „Nutz der Jugent tragen können. So fragen wir „nun, ob Ihr auch geſinnet, der Permutation „euch zu unterwerffen, im falle do iemants an„ders geſinnet, der ſage es frey heraus, dem„ſelben kan Beſſerung an andern Orten wol zu „gunnen ſtehen.

„Der Subconrector untergab ſich willig deme, „was die Herrn Viſitatores ordnen würden.

„Der Cantor begeret, das er mochte in ſeiner „Station gelaſſen werden. Und do ſolchs nicht „ſein wolte, begeret er, man mochte ihm ſeine „Beſoldung laſſen. Daruff wird geantwortet, das „man in genere von einer permutation geſagt „hette, aber nicht in ſpecie, das es ihn treffen „ſollte. So müſte nun das Senatus Conſultum „für ſich gehen, und müſte der, den die permu„tation treffen würde, beyde mit dem Loco und „Stipendio, welches er in dem Loco proſuo la-

bore

„bore finden würde, zu frieden seyn. Do nun „solchs iemants untreglich, oder sich zu ver„bessern wüste, dem stünde es frey. Der Can„tor schwieg hiezu stille. Die andern sempt„lich unterwerffen sich voluntati Scholarcha„rum.

„Hie ist auch beschlossen, das die vorige Vo„cation an M. *Nicolaum Stintium* geschehen, sol„le ratificiret, und derselbe auff diese Ostern aus „der Schulen nach S. Jacob, an Ern Henrici Men„nen seine stadt, wiederumb vor einen Caplan „verordnet werden.

§. VIII.

Annum 1580 commemorabilem reddit *Subscriptio Formulae Concordiae* etiam a Collegio Scholastico Lubecensi facta. Extant T. I Act. Minist. Lubec. f. 681 sqq *Subscriptiones der bewilligten und approbirten Formulae Concordiae Communis, auf gnedigst Begehr Churf. G. tzw Sachssen, unsers gnedigsten Hern, übergeben von den Theologis auch Praeceptorn in Kirchen und Schulen der dreyen Ansehe Stette, Lübeck, Hamburgk und Lüneburgk.* In his sunt f. 683 b sq

Collegae Scholae Lubecensis

1. M. Ioachimus Hanfius, Scholae Rector.
2. M. Nicolaus Vorstius, Brabantus, Conrector.
3. M. Iohannes Meineke, Subconrector.
4. Iacobus Hoege, Cantor.
5. M. Nicolaus Stintius.
6. Ioachimus Paschasius, Soltquellensis.
7. Nicolaus Balhornius, Lubecensis.
8. Caspar Meinhardt, Pirnensis.

Digitized by Google

Confer edit, Form. Concord. German. Magdeb. 1581. 4, & pro *Sitneius* lege *Stintius*: pro *Pasthasius* l. *Paschasius*. In edit. Pipping. Lipſ. 1703. 4 reperitur *Stnicius*. Cetera nomina recte expreſſa.

§. IX.

Anno eodem 1580 M. Ioanni Meineke, Subrectori, ſuffectus eſt M. ANDREAS POVCHENIVS, M. Andreae Pouchenii, Antiſtitis Lubecenſis, filius, cuius memoria (quae in nullo, quod ſciam, biographo extat) eo ſanctius hic conſeruanda, quo melius res ſuas in Gymnaſio noſtro egit. Inſeram hic eo fine rariſſimum Programma Regimontanum, (quod pro humanitate ſua mecum communicauit ſumme reu. D. Quandtius, Academiae Regiomontanae, imo totius orbis eruditi hodie decus plane ſingulare) nonnulla vel emendaturus, vel adiecturus:

Rector & Senatus Academiae Regiomontanae.

Haud ita pridem respublica noſtra litteraria grandem fecit iacturam, orbata Iureconſulto primi nominis *Levino Buchio*: nunc eodem praemitur fato, recrudescente, qui nondum cicatricem obduxit, dolore, quem concipit ex obitu viri reuerendi, clariſſimi & doctiſſimi Dn. ANDREAE POVCHENII, SS. Theologiae Doctoris, eiusdemque Profeſſoris primarii, Eccleſiae Cathedralis in Cniphovio Paſtoris & in Con-

Digitized by Google

Consistorio Ecclesiastico Adsessoris dignissimi, Collegae & Amici nostri plurimum honorandi. Non dubium, quin ex obitu tantorum virorum certissima captari possint omnia futurae mutationis, quae vt plerumque periculosa est, ita Deus Opt. max. exorandus est, vt paterna sua protectione Academiae nostrae praesto sit, & ab ea, quae nocumento esse possunt, arceat quam longissime, omnia. Quanquam autem mirum non est, si provectioris praesertim aetatis homines morte subducantur, tamen si ad excellentem eruditionem accedit plurimarum rerum experientia, & inde prudentia consiliorumque maturitas, eo inquiori animo obitus eorum ferendus est, quo plus vtilitatis e vita diuturniore respublica sibi pollicitari potuit. Ceterum vt hi aliquando successerunt senioribus, ita iunioribus vicissim cedant, oportet. Quod cum nemini queat esse ignotum, non attinet plus verborum facere: praesertim cum animus nobis sit, in honorem & memoriam pie defuncti Dni Doctoris paucula cum lectoribus communicare, quae curriculum vitae ab ipso actae in se contineant. Ac vt a natiuitate eius faciamus initium, editus est in lucem Dn. D. Pouchenius Brunsuigae anno post natum Christum 1552, mense Iunio (7), patre sibi cognomine *M. Andrea Pouche-*

nio

(7) Rectius: 1553. d. 11 Sept. Sic enim ipse Pater inscripsit Calendario Eberi, quod inter Bibliothecae Goetzianae χειμήλια asseruatur, add. XI Sept: *In lucem mihi editus*

nio, viro reuerendo & eruditionis solidae laude commendatissimo, tum temporis Ecclesiae Brunsvicensis Coadiutore, post Ecclesiae Lubecensis Pastore (8) & Superintendente dignissimo: matre *Iuditha*, matrona lectissima & honestissima, quae ex antiqua & nobili Cragiorum familia originem duxerat. Hi parentes per salutare illud λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαίνωσιν πνεύματος ἁγίου Christo insertum mature studiis consecrarunt, cum haud dubiam ex egregia ingenii idole futurae eruditionis facerent coniecturam. Tantum igitur abfuit, vt spe de filio concepta frustrarentur, vt maiora etiam opinione persentiscerent. Nam vbi in scholis (9), quas triuales, credo a tribus dicendi artibus, vocant, fundamenta pietatis, artium & linguarum fideliter iecisset (10), & deinceps in Academia Rostochiana ingenium studiis Philosophicis graviter excoluisset, annno aetatis vigesimo quinto (11) summos in Philosophia honores ab amplissimo

editus primogenitus meus Andreas, postridieque susceptoribus Gerhardo Paulino & Andrea Schmide baptismate ablutus anno 1553. *Natus hora* 2 *post meridiem. Brunsuigae.*

(8) Errat auctor Programmatis. Superintendentes enim Lubecenses non sunt simul Pastores.

(9) Brunsuicensibus.

(10) Priuatim etiam audiuit M. Pancrat. Crugerium. Vid. cap. XI. §. IV.

(11) Rectius: vigesimo tertio. Nam an. 1576. d. 10 April., Decano M. Io. Possesio, Magister creatus est.

Digitized by Google

simo Senatu Collegii Philosophici in dicta Academia impetrauit. Magisterii titulo insignitus cum Parentum inuisendorum ergo Lubecam (12) rediisset, ab inclyto & prudentissimo Reipublicae illius Senatu ad munus Prorectoris (13) in Gymnasio, interuentu legitimae vocationis inauguratus est. Quo in munere cum per triennium fidem, eruditionem, dexteritatem & assiduitatem mirum in modum probasset, vti testimonium Ministerii Lubecensis luculentissimo est indicio, eoque nomine optimo cuique esset commendatissimus, Senatus Reipubl. Lubecensis amplissimus a pulueribus scholasticis euocatum & honesto stipendio instructum in Academiam Tubingensem celeberrimam eum ablegauit, spe minime dubia fretus, ipsum olim ex vberrimo praestantissimi ingenii sui penu depromturum plurima, quae in rebus maioris momenti Ecclesiae possint esse emolumento. Postquam igitur totum sese studio Theologico addixisset, & tam publicis, quam priuatis disputationibus (14) strenue se exercuisset, vt non modo

(12) Hic an 1579. d. 11 Mai. sub praesidio Parentis in Auditorio Catharinian o *Disputationem de DEO* (pl. 1½. in 8) habuit.

(13) Non Prorector, sed Subrector fuit.

(14) Egregiam promeritus est laudem *Disputatione de Baptismo*, quam an 1584 Tubingae, D. *Theodorico Snepffio* praeside, defendit. Docet hoc Epistola a Snepffio ad Pouchenium scn. an. 1584. Prid. Nonar. April. scripta, quae autographa inserta est Act. Min. Lubec. T. III.

Digitized by Google

modo sanioris doctrinae esset peritissimus, sed etiam iis instructus armis, quibus aduersarios ἐπισομίζειν καὶ τὰς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν posset. Exacto quinquennio supremos in facultate Theologica honores cum singulari eruditionis laude

MI. f. 222. Cum cl. Starckius in Lubeca Lutherano-Euangelica integram eam sit exhibiturus, hic ea tantum dabo, quae ad Pouchenium nostrum & eius Disputationem pertinent. Sic autem scribit Snepffius:

Salutem in Seruatore Domino. Clariss. vir & amice singularis. Cum occasionem ad te scribendi haberem, volui pagellas has de Baptismo his superioribus diebus publice propositas, & respondente filio tuo defensas, mittere. Certe is respondendo egregium specimen dedit, quo sum maiorem in modum recreatus & delectatus. Volui autem hoc ad te perscribere, vt intelligeres, filium egregios progressus facere in Theologia, & inde voluptatem caperes eam, quae parenti optimo & doctiss. & in educatione liberorum diligentissimo debetur.—— Narrauit etiam mihi filius tuus, Dei beneficio Lubecae florere synceriorem Euangelii doctrinam, nec ferri quemquam, qui veneno Cingliano infectus sit: mihi etiam suasit, vt Proceribus vrbis vestrae Disputationem illam dedicarem: existimauit enim, eam rem confirmaturam consensionem illam doctrinae, quae inter nos est. Etsi autem ipse intelligo, hoc munusculum nimis esse leuidense, nec dignum, quod tantis viris inscribatur: tamen quia intelligebam, illos esse egregie doctos, non dubitaui, eos etiam humanissimos fore aestimatores illius munusculi. Rogo autem D. V. maiorem in modum, vt ne grauetur quatuor exemplaria compacta ipsis exhibere, & excusare meam temeritatem, si qua hac in parte esse videbitur. Feci hoc etiam eo consilio. vt illi Consules intelligerent, filium tuum in Theologia ad eximiam laudem elaborasse; quod meum consilium credo te probaturum. &c.

Digitized by Google

laude in Academia paulo ante dicta consecutus est 13 Mart. an. 1586, cum ante biennium, Deo ita disponente, matrimonio sibi iunxisset honestissimam & omni virtutum genere ornatissimam feminam, Mariam, viri consultissimi & doctiss. Dn. Thomae Ketneri, I. V. L. & illustrium Comitum ab Eberstein Consiliarii intimi viduam, Stephani vero Chombergeri, viri strenui & praestantissimi, Praefecti Tubingensis, filiam, nunc iterum viduam. Eodem anno, cum in hac nostra Academia alter e Theologiae Professoribus vita excessisset, Illustr. Princeps ac Dn. Dn. Georgius Fridericus, Marchio Brandenburg. &c. Dux Prussiae &c. Dominus ac Nutricius noster quondam clementissimus, secundariae ipsum professioni praefecit: ad quam obeundam de consilio amicorum postquam cum vxore & familia huc appulisset, triennio post, cum reuerendus & doctissimus vir Dn. M. Iustus Hedio, Pastor Ecclesiae Lebenicensium, fatis concessisset, successor ipsi a summo Magistratu designatus, & ab amplissimo Senatu Reip. Lebenicensis ad sustinendam Pastoris ordinarii prouinciam vocatus est. Huic prouinciae per annos 14 magna cum fidei, pietatis, constantiae & dexteritatis laude praefuit. Quamuis autem a Senatu populoque reipubl. Hildeshemianae ad munus Superintendentis honestis admodum & lautis conditionibus interea temporis vocatus est, certis tamen de causis in Borussia subsistere, quam ingrauescente aetate itineri tam longinquo se committere maluit. Tandem vbi

vir

vir & poeta optimus, M. Sebastianus Artomedes, venenata pestilitatis lue infectus diem obiisset, eius in locum vocatus & Pastor Ecclesiae Cathedralis in Cniphovio constitutus est anno 1603. Sic igitur ad finem vsque vitae, quantum per valetudinem licuit, spartam suam tam in Academia quam in templis docendo disputandoque (15) ornauit. Iam ad mores eius quod attinet, satis superque liquet, ipsum integritati, temperantiae, concordiae, aliisque virtutibus, quas in fideli mysteriorum diuinorum dispensatore requirit Apostolus, 1. Tim. III, summopere studuisse, & vt auditoribus suis bono praeluceret exemplo, vnice operam dedisse. Matrimonium eius & secundum & foecundum fuit quinque liberis, filiis tribus (16), filiabus duabus. Ante biennium cum morbo non lethali quidem, sed diuturno molestoque admodum conflictari coepit, intolerabilibus pene in femore excruciatus doloribus, incassum adhibitis medicamentorum plurimis. Tametsi autem nonnunquam pedem lectulo extulit, integram tamen ab eo tempore valetudinem recuperare non potuit: donec viribus sensim deficientibus, accedenti-

(15) *Disputationes Theologicas* ac *Conciones* eum reliquisse, docet Wittenius Diar. Biogr. T. II. p. 184. Haec vero meum conspectum adhuc non subierunt.

(16) In his celebris praesertim est *Lexius Pouchenius*, D. & Prof. Theol. Regiomontanus, in quem scriptum Programma funebre superest. Extat quoque eius Memoria in Wittenii Memoriis Theologorum, Conf. Lex. Erud. Germ. p. 1761, & qui ibi citantur.

Digitized by Google

dentibusque per interualla paroxysmis vt videbatur) hemiplecticis, animam pie & placide exhalaret 14 die Octobr. (17), inter horam tertiam & quartam pomeridianam, cum vixisset annos 61, & triduo ante ad beatam ex hac vita emigrationem sese praeparasset salutari vsu corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi. Huic viro clarissimo deque Repub. nostra literaria per annos octo & viginti optime merito moestissima vidua hodierno die hora prima iusta funebria faciet: ad quorum solennitatem vt cives Reipublicae nostrae litterariae frequentes conueniant, & pietatem suam erga Praeceptorem demortuum, obsequium vero erga Magistratum legitimum hoc officii genere testatum faciant, etiam atque etiam hortamur P.P. Regiomonti 16 Cal. Novembr. Anno 1613.

§. X.

Merita in Athenaeum nostrum Poucheniana hoc eodem anno per editionem elegantis libelli sunt amplificata. Prodiit enim *Figurata Syntaxis iuxta vetustissimos Grammaticos: succincta breuitate ex Thoma Linacro, vtili consilio ad vsum puerorum secundae classis Scholae Lubecensis excerpta per ANDREAM POVCHENIVM, Seniorem.* 8. Lubec. 1580. m. Iul. pl. 6. Praemisit libello lectu dignissimam Praefationem, qua non solum studii Grammatici vindicat necessitatem & dignitatem, verum docet etiam, quod elegantissimi

(17) Hartknochius in Histor. Eccles. Boruss. p. 538 habet diem 4 Octobr.

Digitized by Google

Linacri de emendata Structura Latini Sermonis libri (18) in noſtro Athenaeo olim ſint vſurpati. Dignam iudicaui hanc Praefationem, quae ſimul eſt Dedicatio, quam ex libello, hodie rariſime obuio, huc transferrem & conſeruarem. Sic autem habet:

„ Praeclarae indolis & bene
„ nato puero
„ IOHANNI APOLONIO,
„ Amplisſimi & prudentisſimi viri
„ D. HENRICI APOLONII
„ Conſulis Lubecenſis
„ filio
„ M. Andreas Pouchenius
„ S. D.

„De artis Grammaticae neceſsitate & vtilitate in „omnibus facultatibus & ſcientiis toties a pluri„mis eruditisſime & prudentisſime diſſertum „eſt, vt nihil attineat prolixe hoc loco de eodem „argumento diſputare. In confeſſo enim eſt „omnibus, ſine eius adminiculo infeliciter ad „aliquam eruditionem exquiſitiorem aſpirari, „nec in vlla arte praeclare absque illa quidquam, „quod laudem vel tant illam mereatur, praeſta„ri poſſe. Clamat adhuc & teſtatur ſuperiorum tem-

(18) Quanto in pretio olim hi libri fuerint, teſtimoniis Philippi Melanchthonis ac Mich. Neandri euici. Vid. mea Cogitata de conſeruando maxime neceſſario Stili Latini puri & emendati Studio pag. 17. Add. Celeb. Burckhardi Medic. Humanit. Studior. Vind. p. 14 ſqq, vbi de his libris eorumque auctore erudite diſſeritur.

„temporum vix dum profligata barbaries, quan-
„tum damnum eius ignorantia, non tantum in
„Ecclesiam Christi, verum etiam in Medicinam,
„Iurisprudentiam, & vniuersam Philosophiam
„secum traxerit. E diuerso vero, res ipsa pa-
„lam, & manifeste comprobauit, quantum
„lucis in Ecclesia doctrinae coelesti diuinitus
„redditum sit, veris praeceptis, & solida Gram-
„matices cognitione ab interitu nonnihil vin-
„dicatis & restitutis. Quantum nebularum in-
„vectum fuit in articulum Iustificationis, dum
„amissa vera Grammatica, ignoratum fuit, quid
„per iustitiam Dei Paulus intelligeret? Non
„enim clam est, quantum caliginis secutum sit,
„quam multos in studio Theologico remorata
„sit sub Papatu ea formula, ob Grammaticae ne-
„glectum ignorata. Quam crebro hallucinan-
„tur nonnulli non obseruata vera Syntaxi in ex-
„plicanda Phrasi; iustificamur fide propter Chri-
„stum. Quia enim ablatiuum (*fide*) nonnun-
„quam interpretantur *propter fidem*, explicatio
, haec incommoda vel meriti vel dignitatis cu-
„iusdam opinionem stabilit, & doctrinam iu-
„stificationis non solum obscurat, verum etiam
, deprauat. Nam Ablatiuus (*fide*) in hac locu-
„tione non significat causam, propter quam iu-
„stitia, seu remissio peccatorum credentibus con-
„tingit: sed tantum instrumentum, seu orga-
„num, quo fit appraehensio seu receptio gratui-
„tae remissionis peccatorum & iusticiae propter
„Christum: Ideoque rectius explicatur sic, *per*
„*fidem* vel *organo fidei*. Et ita propriae & incom-

„modae Phraſes ſeu locutiones commonefactio-
„ne Grammatices diſcerni poſſunt. Auguſti-
„nus adminiculo Grammatices, de rite ordi-
„nandis vocabulis periodorum in Syntaxi gra-
„viter & ſolide eos refutauit, qui praetextu dicti
„Chriſti (Haec eſt vita aeterna, vt cognoſcant
„te ſolum verum Deum, & quem miſiſti JEſum
„Chriſtum) diuinam naturam filio Dei detrahe-
„bant, & verum Deum eſſe negabant. Ita enim
„particulam excluſiuam Ariani conſtruebant,
„vt ſolum Patrem verum Deum eſſe inde extor-
„querent. Verum Auguſtinus monſtrata legi-
„tima, & vera dictionum Syntaxi, & ſerie, di-
„verſum oſtendit, & filii diuinitatem hoc eodem
„dicto aſſeruit. Monſtrauit enim iuxta vniuer-
„ſalem de filio Dei ſcripturae conſenſum, Synta-
„xin huius dicti hanc eſſe, videlicet, vt cogno-
„ſcant te, &, quem miſiſti, JEſum Chriſtum ſo-
„lum verum Deum eſſe. Sic toto coelo erratum
„fuit per Syntaxeos inſcitiam, cum, ad convel-
„lendam politici Magiſtratus dignitatem, di-
„ctum Pſalmi 19: Si mei non fuerunt domina-
„ti, tunc immaculatus ero, &c: vocem *mei* lo-
„co nominatiui caſus ad hunc modum Romani-
„ſtae conſtruxerunt: Si mei, ſcilicet cognati, vel
„liberi non fuerint dominati, hoc eſt facti Re-
„ges, Principes, vel politici Gubernatores, tunc
„ego ero immaculatus &c: Cui quaeſo non vere
„Pontificia, & Cathedra Petri digna Syntaxis
„haec videatur? Quis in illa quidquam deſide-
„ret, cum nata ſit, & exhalauerit ex ſacratiſſimo
„Pontificii pectoris ſcrinio, in quod nulla cadere

poteſt

„poteſt ruditas, omnibus theſauris inexhau-
„ſtae & rariſſimae ſcientiae & eruditionis in illo,
„non ſecus ac in Trophonii ſpecu, latitantibus.
„Vt autem vnius Grammaticae adminiculo plu-
„rima abſtruſiſſima ſacrae ſcripturae myſteria,
„Dei beneficio, hactenus rurſus euoluta & illu-
„ſtrata ſunt; Ita frigeſcente & collabente eius ar-
„tis, principis omnium, ſtudio fieri non poteſt,
„quin horribiles tenebrae in doctrina coeleſti
„rurſus ſequantur, & barbaries, priore longe
„tetrior & peſtilentior, paſſim inualeſcat, niſi
„mature hiſce malis imminentibus vel publica
„autoritate obuiam itum fuerit. Hactenus lite-
„rarum temporibus felicioribus, praeceptorum
„noſtrorum eruditiſſimorum commune & con-
„ſentiens iudicium fuit, adoleſcentes diu in hoc
„ſtudio detinendos eſſe, & diligentiſſime
„aſſuefaciendos, vt exacte regulas Syntaxios
„reddere poſſint, & in promptu habeant exem-
„pla autorum, ſi quid extra Analogiam, ſeu
„rectam rationem Grammatices alicubi di-
„catur. Peſſime vero de diſcentium ſtudiis
„mereri illos praeceptores, qui aut regulas ar-
„tis nullas tradant, aut ſtatim eas abiiciant,
„intereaq; magnificis promiſſis incautae iuuen-
„tuti imponant, fore, vt vſu loquendi nihilo
„minus conſtructiones recte diſcantur. Et
„poenas publice in eos praeceptores ſtatuendos
„eſſe, qui praecepta faſtidiant, & non tam-
„diu in hac arte diſcentes detineant, do-
„nec perfecti Grammatici & abſoluti artifi-
„ces ſermonis euadant. Iam vero, qui

„praeclare de discentium studiis sese mere„ri, prudentissimeque, & agere, & suade„re, & intelligere sibi persuasum habent, o„mnia, quae ad rectam & solidam tradendae „artis Grammatices rationem faciunt, nescio „quo siniſtro suo & praeposterо iudicio ducti, „in contrariam prorsus praeceptorum iudiciis „repugnantem concesserint sententiam, dum „dictitant, operae pretium non esse diutiuscule „Grammatices studio discentes occupari, sufficere desultorium quasi eius gustum, vsu felicius, „quam Regulis ad eius peruenіri posse cogni„tionem. Hinc nonnulli in Grammatica arte „iuuentutis institutionem sic frigide alicubi ca„pessunt, sic socorditer in repetitionibus auto„rum eam exercent, vt ne quidem conentur, vel „valeant, veram vim & sententiam regularum „discentibus ostendere, nedum monstrare, qui„bus legibus Syntaxeos & qua ratione exempla „autorum congruant. Horum operam & labo„rem speret quispiam discentibus profuturam? „imo nonnunquam experientia ipsa comprobat, „multos, qui prodigiosa quadam incomparabi„lis suae eruditionis persuasione falsissima tur„gent & semet ipsos passim admirantur & „oblectant, ne quidem extremis labris Gram„matices vera fundamenta degustasse. Quo„rundam praeterea per temporum suorum iniu„riam, vel praeceptorum in curiam, tam supina „& deploranda est nonnullibi segnities & impe„ritia, vt Grammaticos illustres vel solo nomine „non norint, nedum legerint. Vni enim alicui soli

„ſoli adeo adſtricti videri volunt, vt huic ipſi, „licet parum recte intellecto, toti adhaereſcant, „caeteris omnibus, qui momenta artis plenius „explicarunt, & euoluerunt, vel e ſublimi, ma„gno ſuo cum detrimento, deſpectis vel faſtidi„tis. Cum igitur aduerſus talia mala, & hiſce „de cauſis ad excitandum, adiuuandum & con„ſeruandum huius artis cum primis & vtile & „neceſſarium ſtudium in noſtra Schola, commu„ni conſilio & conatu ferremur, & incitaremur, „praeceptoresque id e re diſcipulorum eſſe non „obſcure intelligerent, ab omnibus iudicatum „eſt, noſtris Tyronibus plurimum conducturum, ſi praeceptorum noſtrorum celeberrimo„rum, & rectisſime de vera inſtituendae pubis „ſcholaſticae ratione iudicantium, conſilium „vtilisſimum ſecuti, curaremus poſt vulgares „Regulas ex D. praeceptoris *Philippi Melanthonis* „vtiliſſ. libello Grammatico, opera Micylli & „Camerarii locupletato, cognitas, adoleſcenti„bus noſtris Linacrum publice proponi, vt, dum „conciſius & breuius praecepta huius artis e D. „Philippi Grammatica cognoſcunt, ſimul ple„nior quaſi exaedificatio doctrinae Syntaxeos „ex eruditisſimis *Thomae Linacri* libris *de emendata* „*Structura* accedat. Semper enim doctisſimi „quique, quos eruditio vera & conſtans com„mendauit, hoc noſtro ſaeculo iudicauerunt & „qui artem Grammaticam recte cognouerunt, „velint, nolint idem pronunciare neceſſe habent, „prae Grammaticis omnibus in Syntaxi Latina „Thomam Linacrum operam vtilisſimam na-

„vaſſe, & vbique exempla prudenter ab autori-
„bus electa recitare, ideoque diligentisſime hor-
„tati ſunt, vt qui ludis literariis praeſunt, ope-
„ram dent, ne hic Linacri liber de conſtructio-
„ne a ſtudioſis ignoretur, ſed familiariter notus
„fiat Quod autem delicati & ſcioli quidam di-
„ctitent, ſibi plus aequo curioſum Linacrum
„in rebus minutis videri, horum iudicia non
„magni facienda eſſe, praeceptores noſtri pro-
„nunciauerunt. Talem enim ſubtilitatem, cu-
„rioſitatem & ſuperſtitioſam diligentiam pru-
„denter & in hoc loco adhibitam in Grammati-
„co requiri, & magnam potius laudem, quam
„vituperationem mereri, quod partim exer-
„ceat, partim acuat etiam adoleſcentum iudicia.
„Nec abs re noſtri praeceptores, & eruditisſimi
„quique ſic iudicauerunt. Res enim ipſa id
„ipſum comprobat, in noſtris etiam diſcipulis,
„qui aliquantulum iam in Linacro cognoſcendo
„proceſſerunt. Vere igitur ridiculi fuerint, iu-
„diciique ſui vanitatem omnibus eruditis exi-
„bilandam propinarint, ſi qui ſine exquiſitiore
„Grammatices cognitione, praeclarum aliquod
„& rarum eruditionis faſtigium ſe attigiſſe va-
„nius quam verius gloriarentur, vt ſic quan-
„tum poſſint, a vera & conſtanti eruditione iu-
„ventutem abſterreant, & ſui tantum ſimiles
„eſſe velint. Vt igitur meo loco diſcentium ſtu-
„dia (quae ab annis plurimis colui ſummopere,
„& meo loco in celeberrima Republica Brunſui-
„genſi annos plusculos non ſine diſcipulorum
„tunc emolumento conſpicuo, & eruditorum
com-

„comprobatione honorificentisſima, qui vel ho-
„die eam ob cauſam locupletisſima mihi fideli-
„tatis teſtimonia vltro perhibent, in primaria
„Schola ad D. Martinum Rectoratum gerens,
„recte formare niſus ſum) in noſtro litterario
„ludo non tantum incitarem, ſed & promoue-
„rem, puerorum amore ad nuces quaſi repueras-
„cendo raptus, paucas has paginas, in quas,
„ſuccincta, & perſpicua breuitate, praecipuas
„de figurata duntaxat Syntaxi Regulas e Thoma
„Linacro ante annos duodeuiginti pro primis
„tyronibus contraxeram, Scholaſticam no-
„ſtram pubem non nihil meo loco demeriturus,
„retexui, & amicis rogantibus typographo ex-
„cudendas dedi. Crediderunt enim, hoc pa-
„cto ex prolixitate libri ſexti Linacri, tali prae-
„bita cortice & filoo quaſi Ariadnaeo, facilius
„primos huius ſtudii tyrones enataturos, &
„euaſuros, maioreque ſtudiorum fructu poſtea
„in Linacri praeceptis percipiendis verſaturos
„eſſe. Et haec cauſa eſt, cur regulas haſce,
„quantum eius fieri potuit, propemodum iis-
„dem, vel admodum affinibus verbis reddide-
„rimus, quibus in publice & paſim noto libel-
„lo Grammatico D. Philippi Melanthonis illae
„traditae ſunt. Ex re enim diſcentium eſt, ope-
„tam dare, vt Linacri etiam praecepta ad D.
„Philippi regulas quam proxime a praeceptori-
„bus effingantur & conformentur, ne varietate
„aut diſcrepantia multiplici, maiore & immo-
„dica pueri turbentur. Non enim noua ſunt,
„quae Linacrus tradit, ſed vſitata Syntaxeos

Digitized by Google

praecepta tractat, nisi quod plenius nonnulla "illustrat, quaedam etiam, in quibus posterio- "res suo quodam ducti iudicio a vetustissimo- "rum & praestatissimorum Grammaticorum "praeceptis non nihil desciuerunt, suae veritati "restituit, & nouitates veteribus ignotas rursus "monstrat & excludit, vt ad veterem eamque "veram Syntaxeos rationem postliminio re- "deant. Nec sic posteriorum labores improbat, "aut sugillat: sed quid inter vetustissimos & "neotericos interfit, oculis subiicit, vt vtraque "ratio in Scholis nota fit, & in veterum lectione "tanto vtilius iuuentus versari possit. Et quae "in his paginis nostris e Linacro traduntur, ma- "ximam partem in Syntaxi D. Philippi sparsim "extant, paucissimis duntaxat exceptis, in qui- "bus quid a Syntaxi vetustissima neoterici discef- "serint, monstratur, vt discentes veteres Gram- "maticos & autores, vt Ciceronem, Quintilia- "num & alios vtiliter legere & intelligere possint. "Quia itaque optimo consilio hoc laboris iuuen- "tutis gratia capessiui, in certissimam spem eri- "gor, hanc meam, licet exiguam opellam, "Scholae nostrae praestitam, bonis & recte iudi- "cantibus fideliterque artem Grammaticam edo- "ctis non displicituram esse. Quin & illud ad- "do, me vltro paratum esse ad harum rerum ra- "tionem cuilibet erudito & cordato, Gramma- "ticamque recte erudito, reddendam, quoties "res ita tulerit. Nec animus mihi est, aliis quo- "que, quae in hoc genere, praeter haec, domi "adhuc asseruo, quondam in hos eosdem vsus, dum

„dum informandae iuuentuti praeeram, a me „elaborata, discipulos nostros defraudare, si haec „recte excipi intellexero. Peto igitur, vt can„dide de hoc vtili labore & conatu adiuuandi „puerilia studia, homines literati iudicent, & „intemperantiae suae moderentur, & memine„rint, nihil ab officio vocationis alienum me fe„cisse. Ante me enim nostra Ecclesia idem „conspexit a clariss. & celeberrimo viro D. *Her„manno Bonno* cum laude factitatum esse. Quid? „quod idem testantur de patribus, orthodoxisq; „Ecclesiae doctoribus vetustissimis monumenta „eorum: sicuti in Augustino, Damasceno & „aliis videre est. Tibi vero, *charissime Johannes*, „hasce nostras lucubratiunculas, ex interuallo „quodam ad Scholae nostrae vtilitatem repeti„tas, inscribere non alias ob causas volui, nisi „quod iam feliciter & multa cum spe profectus „vberioris hanc ipsam partem studii ingressus „es, & ideo tuo exemplo caeteros tuos condisci„pulos excitari posse sperem: tum vt sic erga „Scholastica exercitia artiumque studia, quae „plurimi facio, amorem meum publice tester, „& praeterea luculentum testimonium extet, „quo erga clariss. & praestantiss. virum, paren„tem tuum, qui dignitatem, necessitatem & „vtilitatem horum praeceptorum & artium di„cendi intelligit & eorum exercitiis veris dele„ctatur, sim animo & obseruantia. Macte igi„tur ingenio & praeclara spe puer, quae cum „laude literarum studia recte ingressus es, sic co„lere, vrgere & persequi per Dei gratiam pergi-

to,

„to, vt decus, gloriam & splendorem honestis-
„simae & celeberrimae familiae tuae conserues,
„& ornes, & serio paternarum virtutum aemu-
„latione accensus, in virum genere tuo dignum,
„euadas, honestissimamque nominis & virtu-
„tutum tuarum memoriam post te relinquas.
„Lubecae. Mense Julio. Anno nati IEsu Christi
„Redemptoris 1580.

§. XI.

Mortuus hoc anno 1580, tempore paschatis, est Hanfius, post cuius obitum d. 21. Sept. institutus est Conuentus Ministerii, in quo de rebus scholasticis hic habitus sermo, qui extat Act. „T. III. f. 139: Ad interrogationem Dn. Superin-
„tendentis, quia sexto & septimo diebus Sep-
„tembris Examen scholasticum habitum esset,
„responderunt omnes & singuli quasi vno ore,
„probari sibi Praeceptorum diligentiam, quam
„summa cum laetitia ex discipulorum dextris re-
„sponsionibus facile deprehendere potuissent.
„Et quanquam hoc semestri defuerit nobis Re-
„ctor (mortuus est enim praeclarus vir M. *Ioa-*
„*chimus Hanfius*, Rector nostrae Scholae, circa
„Paschatis festum) tamen Dn. Conrectorem vna
„cum Subconrectore probasse illis suam diligen-
„tiam, ita vt nihil in ipsis desiderari possit. Et
„petebant, vt de Dnn. Scholarcharum, & quo-
„rum interest, iudicio & auctoritate rursus vo-
„cetur vir doctus in Rectorem. Tum breui fu-
„turum, vt auxilio Dei Schola nostra efflorescat.
Secuta statim est die seq. 22. Septembr. Visitatio

Scho-

Scholae quam citata Acta f. 139 ſq ſic deſcri-
„bunt: Praeſentibus quatuor Conſulibus, ali-
„quot Senatoribus, Superintendente & quin-
„que Paſtoribus, interrogauit Dn. Conſul, cum
„proximis diebus habitum ſit Examen, de dili-
„gentia Praeceptorum & diſcipulorum profe-
„ctu. Reſpondet Dn. Superintendens (Andr.
„Pouchenius): Examini interfuimus non tan-
„tum, qui praeſentes ſunt, Paſtores, ſed ſingu-
„li cum ſuis Collegis, & de eo collocuti ſumus
„heſterno die inter nos, & deprehendimus me-
„diocrem & non omnino contemnendam dili-
„gentiam & profectum in vtrisque.

„Et primum qupd ad Coorectorem Vorſtium
"attinet, deprehendimus quidem nunc maiorem
"paulo, quam hactenus, diligentiam in eo, &
"quanquam conatur imitari illum alterum (ſub-
"intellige filium Superintendentis), tamen quia
"in iuuentute non eſt aſſuefactus ad methodicam
"illam artium & praeceptorum tractationem, mi-
"nime nunc praeſtare poteſt, quod debet & vult.
"Saltem Proſodiae praecepta & Carminum ratio-
"nem diligenter tractat. De filio meo meum
"non eſt dicere. Dicat clariſimus D. Doctor Ca-
"lixtus cum Paſtoribus, ſi quid in ipſo deſide-
"rent. Ibi dictum: Tantum abeſſe, vt aliquid
"in eo deſideretur, vt ſummam laudem eius di-
"ligentia mereatur. Reliquos Praeceptores, di-
"xit Dn. Superintendens, facere ſuum officium.
"Saltem hoc deſiderari in Iacobo & Balhornio,
"quod hic nimium praecipitando confundit te-
"neros puerum animos, & magis abſterret, quam
allicit

"allicit ad ſtudia iuuentutem. Ille ſuggerendo "pueris, facit vt ipſis pueris nihil de profectu ſuo "conſtare poſſit.

"Ad hoc reſpondet Dns Conſul: Pergratum "eſt nobis talia de Praeceptoribus audire, prae- "ſertim eorum, quorum diligentia vobis pro- "batur, animi vt ita pergant, incitandi ſunt. "Aliorum naeui quia non vsque adeo magni, "ſunt ferendi, ita tamen, vt emendentur.

"Reuerendi Viri. Conqueſti ſumus antea "ſaepenumero, quod nimis in Schola noſtra "diſciplina eſſet laxa, imo fere nulla, iam con- "trarium deprehendimus, non tamen in omni- "bus, ſed in nonnullis. Adferuntur enim ad "nos a ciuibus fide dignis querelae, quod liberi "ipſorum non paterne, ſed tyrannice prorſus "tractentur, nec virgis caſtigentur, ſed baculis, "fuſtibus, clauibus in faciem & caput verbe- "rentur, ita vt oculi inde laedantur, facies de- "formetur, memoria hebetetur, & pueri di- "cant, ſe quiduis potius acturos, quam eiusmo- "praeceptorum tyrannidem ferre. Et ne pute- "tis, me falſum dicere, ego ipſe, dicebat Con- "ſul, in vno meorum filiorum expertus ſum. "Idem conqueſtus eſt quoque honeſtus ciuis "Henricus ab Sendem. Quare rogamus, vt "modus ſeruetur in diſciplina, & cogitent Prae- "ceptores, ſe diſcipulis loco parentum, non "carnificum conſtitutos eſſe,

"Poſtremo quia hactenus in locum defuncti "Rectoris alium inuenire non potuimus, nec ad- huc

"huc inuenire possumus, vt tamen omnia recte "administrentur, operae pretium putamus, vt "Dn. Conrectori & Subconrectori Scholae inspe- "ctio Rectoris loco commendetur, quibus & "caeteri Praeceptores pareant.

"Haec de consilio & voluntate Scholarcharum "per Superintendentem Praeceptoribus signifi- "cata & imposita sunt oratione non tam prolixa, "quam graui. Quae & susceperunt, & sic di- "missi sunt.

Ex his patebit, quaenam fuerit tempore Hanfii Athenaei conditio. Haec licet non ita fuerit comparata, vt nihil plane in ea sit desideratum, multo tamen peior fuit tempore Crugerii, vti Caput sequens docebit.

§. XII.

Vnicum istud addo, ad laudem Hanfio valens, quod ex Ludouici Histor. Gymnas. & Schol. P.V. p. 320 percepi, scilicet Hanfium in Virgilium pariter ac Homerum esse commentatum, ipsiusque *Praelectiones in Homeri Libros IV priores Iliados, nec non Fabularum aliquot Mythologias* Dantisci 1618. 8. lucem aspexisse. Ad quas in Virgilium & Homerum notas alludens Cunradus Prosopogr. Millen. I. p. 74 canit:

Hanfius Andino lucem addit, lumen Homero.
Victurus doctis longum in vtrumque notis.

CAPVT

CAPVT XI.

De *Rectoratu* *M. PANCRATII CRVGERII.*

A. 1580—1588.

§. I.

SI quis vnquam miſer fuit Scholae noſtrae & turbulentus ſtatus, ſane fuit ſub hoc Rectore. Quamuis enim Crugerio nec ingenium, neque eruditio deeſſet, nouarum tamen rerum ſtudium, & alia, non permiſerunt, vt ipſo Rectore Lyceum potuerit florere. Ego, qui meritis Crugerii, quae variis in locis ſibi acquiſiuit, nihil plane cupio detractum (1), ex fide dignis, quae ſuperſunt, documentis, non poſſum non veritatis ſtudio ea proferre, e quibus Lector queat de Athenaei noſtri conditione, quae fuit tempore Crugerii, iudicare.

§. II.

PANCRATIVS CRVGERIVS noſter, patria Finſtrevaldenſis (2), an. 1546 lucem aſpexit. Vid. Koenigius in Biblioth. V. & N. p. 225. Didicit Halae Saxonum, vbi *Paulum Dolſcium*, magni

(1) Vnde etiam honorificam eius feci mentionem Athen. P. I pag. II.

(2) *Fünſtenwaldenſem* minus recte vocat Wittenius in Diar. Biogr. P. II, ad an. 1614, 23 Octobr.

Digitized by Google

magni nominis Medicum & Poëtam, praeceptorem habuit, id quod Pouchenius in Act. Miniſt. Lubec. P. II. f. 546. b. annotauit. Poeſeos in primis & Graecarum litterarum, vt & Philoſophiae fuit ſtudioſus. Vnde, ad cathedram quaſi ab ineunte aetate graſſatus, variis in Scholis, tam ſuperioribus, quam inferioribus, artes liberales docuit, poëtica lauru inſignitus. *Brunsvigae* Cantoris Martiniani & Ludimoderatoris Aegidiani, *Helmeſtadii* Lat. Ling. ac Poeſeos Profeſſoris (3), *Lubecae* Rectoris, *Francofurti* Profeſſoris (4), *Goldbergae* Rectoris, & iterum *Francofurti* Graecae linguae Profeſſoris munia adminiſtrauit. Digitum ad haec ipſe intendit, in Orat. Inaug. Goldberg. pag. C 4 ſq his verbis vſus: *Poſt deguſtata Academiarum ſtudia ex Hypodidascalo trimeſtri Ludimagiſter* (5) *annuus factus ſum: ex ludimagiſtro rurſus homo ſtudioſus per biennium: ex ſtudioſo Cantor, qui dicitur: ex Cantore iterum Ludimagiſter: ex Ludimagiſtro Academicus Profeſſor: ex Profeſſore celebrioris Scholae* (6) *Rector: inde rurſus Academicus Magiſter euaſi: ex hoc tandem iterum nunc me illuſtris Scholae praeſidem fieri, fuit in fatis.*

K Non-

(3) Hiſtor. Feſti Saecular. Acad. Iul. pag. 259.

(4) Crugerius in Dedicat. Orat. Inaug. Goldbergenſ. ad ERIDERICVM, Ducem Sileſiae Lignicenſem & Brigenſem: *Cum ad gubernationem antiquae & illuſtris Scholae veſtrae Aurimontanae non ſine ſingulari Numinis, & res ipſa loquitur, prouidentia ex Academia Francoforediana euocatus aduenissem.*

(5) Quem ludum intelligat, me ignorare fateor.

(6) Lubecenſem noſtram innuit.

Digitized by Google

Nonnullis in locis ita se gesit, vt laudem reportaret insignem, testibus scriptoribus infra citandis. Qua autem ratione res suas Lubecae egerit, de ea re, ad Athenaei nostri historiam in primis spectante, fusius est agendum.

§. III.

Cum an. 1580 Lubecae de nouo Rectore Scholae praeficiendo cogitaretur, rogatus fuit Pouchenius, Superintendens, a Dn. Conf. Plönnies, vt virum idoneum nominaret. Recusavit primum Antistes, causam praetexens, quod multi consilia, quae rei scholasticae emendandae & amplificandae causa dederit, in partem benigniorem haud sint interpretati; quo responso M. Georgium Barthium, Seniorem, ad iram commouit. Sed Consulis prudentia hos motus mox sedauit, animumque Pouchenii confirmauit, qui, desiderante iterum Consule, commendauit Crugerium, a Chemnitio nuper praedicatum. *Darauff sagt der Superintendens*, ita legitur in Deliberatione de Rectore vocando T. III Act. Min. f. 143, *das ihm newlich von dem Chemnitio von Brunschwig geschrieben were, wie einer zu Helmstat in Schola Iulia*, Pancratius Kroger, *itziger Zeit Professor Poëtices, ein gar gelehrter Mann, qui non posset tantum iuuentuti nostrae cum fructu praeesse, sed qui & ornamento futurus esset toti nostrae vrbi, eius voluntatem esse explorandam.* Ab aliis *Albertus Lonicerus*, Rector Luneburgensis, *Henricus Menius*, Conrector Magdeburgensis, *Gregor. Bersmannus*, Prof. Lipsiensis & plures sunt commendati.

Vid.

Vid. l. c. Crugerii vocationem in primis disſuaſit Senior, exiſtimans, *minime eſſe ex re Scholae, aut iuuentutis, Pancratium pro Rectore vocare —— Ipſum hominem eſſe ad turbas excitandas quaſi natum, & propterea etiam a Brunsuicenſibus dimiſſum —— Illum Helmſtadii ita ſe geſſiſſe, vt malint, ipſum quam celerrime iſthinc diſcedere, quam diutius haerere.* Reliqui partim cum Superintendente, partim cum Seniore conſenſerunt. Patet hoc ex Act. l. c. f. 148 ſq. Res dilata eſt vsque ad d. 22 Dec. quo die de Crugerio vocando fuit denuo deliberatum. *Dn. Superintendens*, ita legitur in Actis T. III. f. 164 ſq, *prolixe commendauit Pancratii induſtriam, indefeſſum in inſtituenda iuuentute ſtudium & laborem. Dixit, ipſum fuiſſe ſibi ad multos annos familiariter notum. Se praebuiſſe ipſi ad integrum annum ſumptum in ſuis aedibus. Ipſum Brunsuigae ex Cantore Martiniano factum Rectorem in Schola Aegidiana, & vocatum illum in Scholam Iuliam diceſſiſſe Brunsuiga honeſtiſſimis teſtimoniis ornatum, nec dubitare ſe, quin recte poſſit praeſici Scholae noſtrae, & quod maximo ornamento futurus noſtrae Reipublicae.* Contradixit Senior, & minus honorificum de Crugerio tulit iudicium. Alii vel mitius iudicarunt, vel rem in medio relinquendam, quod Crugerium non noſſent, vel ſaltem vocandum eſſe Crugerium ea conditione, vt inſtituatur cum eo colloquium, cenſuerunt. *Reſpondent*, ſunt verba ex Actis f. 165, *Dnn. Conſules: Cum res ſit ardua, & non minus neceſſaria, quam periculoſa, ne quid temere feciſſe videremur, quanta potuimus diligentia per litteras in vrbe Brunsuiga & Helmſtadii perquiſiui-*

Digitized by Google

mus de eruditione, diligentia, vita, moribus &c. Pancratii, & comperimus, ipsum esse talem, cui recte & tuto committi & tradi possit iuuentus nostra erudienda. Quare si vobis omnibus ita placuerit, vocabimus ipsum huc ad Colloquium, & tum vbi intellexerimus, Scholae nostrae ipsum non inutilem operam nauaturum, suscipiemus eum ad annum vnum. Placuit omnibus hominem vocari. Arcesitus igitur est Lubecam, & an. 1581 d. 11 Ian. cum Andr. Pouchenio, Superintendente, de rebus ad religionem, rem scholasticam &c; die autem subsequenti cum Senatu de Salario &c. est collocutus. Vtrumque Colloquium, vna cum transactione d. 14 Ian. facta, ex Actis. Minist. Lubec. T. III. f. 166 sqq legi hic meretur, & bona quidem fide descriptum:

Nachdem M. Pancratius Crûger vorigem Ab-
„scheidt nach von Helmstedt gefodert, ist er den
„9. Jan alhie glücklich angekommen, und hat
„der Hr. Superintendens in Gegenwart der Pa-
„storum auff Beger des Erbarn Rhats den 11 Ja-
„nuar. zu St. Cathrinen Unterredung mit ihm ge-
„pflogen, wie folget.

„*Colloquium cum Pancratio Krôger.*

Colloquii initium fecit Dn. Superintendens
„in hunc modum. Etsi, vir ornatissime, Dn. M.
„Pancrati, minime dubitamus, te eandem no-
„biscum doctrinam Christianam amplecti & fo-
„vere, eo quod enutritus es & semper hactenus
„vixisti in iis locis & Ecclesiis, vbi vera doctrina
„sonat & docetur, tamen quia ab initio repur-
„gatae doctrinae consuetudo fuit non minus

pia

„pia & laudata, quam vtilis & neceſſaria, vt ne„mo in Eccleſiae miniſtrum ſuſciperetur, quin „ei norma doctrinae in noſtris Eccleſiis vſitata „& in certo aliquo libro deſcripta legenda propo„neretur, quam ſi amplecteretur, manus ſuae „ſubſcriptione approbaret & teſtificaretur. Et „licet hoc ita obſeruatum eſt tantum in Eccleſiae „miniſtris, tamen quia Scholae ſunt ſeminaria Ec„cleſiae, ex quibus nulli docti, pii, ſinceri & fide„les miniſtri & doctores prodire poſſunt, niſi ſint „prius in eis pie educati & recte inſtituti. Cum „autem ea res ad praeceptores potisſimum per„tineat, omnibus modis danda eſt opera, vt ſin„ceri & pii praeceptores ſcholis praeficiantur. „Hinc factum eſt, vt apud nos vna cum Eccleſiae „miniſtris etiam ludimoderatores normae do„ctrinae ſubſcribere cogantur.

„1. Cumque Formula Concordiae ſit corpus „doctrinae noſtrarum Eccleſiarum, cui non tan„tum nos, ſed etiam Eccleſia Brunſuicenſis, vbi „tu hactenus vixiſti, ſubſcripſit, ſperamus, te „eandem, vt antea dixi, nobiscum doctrinam „amplecti, illudque manus tuae ſubſcriptione „haud grauate atteſtaturum.

„2. Prudentisſimus Senatus de conſilio Dnn. „Paſtorum ante aliquot annos praeſcripſit cer„tum ordinem lectionum & librorum in ſingu„lis clasſibus praelegendorum, qui tibi ſuo quo„que tempore exhibebitur. Iſtum ordinem Se„natus adhuc hodie obſeruari vult. In primis „vero neceſſarium eſt, diligenter tractari artes „Logicas, tam in Graeca, quam Latina lingua,

„& ſemper praeceptis debent addi probati au-
„thores, qui ita proponendi ſunt, vt primo loco
„authoris mens, voluntas & intentio breuiter
„ſignificetur; nec iuuentus prolixis dictatis, vt
„ſaepe fieri ſolet, onerãda & ſtudia eorum re-
„morãda ſunt. Monſtrandus eſt etiam dili-
„genter vſus & imitatio. In tradendis vero ar-
„tibus eſſe & manere debet Syſtema, quod Dn.
„praeceptor Philippus perſpicue in ſuis libris
„propoſuit. Cum vero iam multi non tantum
„apud Gallos & Italos, ſed etiam Germanos ſint,
„qui libros, eosque valde eruditos ediderunt,
„non ſecundum methodum a Dn. praeceptore
„Philippo, ſed a Petro Ramo praeſcriptam, &
„praecepta Rami iam pasſim per Germaniam
„non ſine applauſu publice praelegantur, per-
„miſſum eſt, vt inter praelegendum non tantum
„vocabula artium & ſynonyma a Ramo, ſed &
„ab aliis Dialecticis vſurpata, pueris per collatio-
„nem oſtendantur. E. gr. Initio capitis de Pro-
„poſitionibus dicendum per collationem: Quod
„auctor noſter vocat propoſitionem, hoc vocat
„Rudolphus Agricola enuntiatum. Ramus ſic.
„Sturmius ſic &c. Illudque ob hanc cauſam.
„Quoniam ſaepenumero fit, vt adoleſcentes ex
„Scholis Ramicis huc veniant, aut ex Schola no-
„ſtra illuc proficiſcantur, vt ex illa collatione in-
„telligant, ipſos auctores licet in vocabulis va-
„rient, tamen rebus ipſis inter ſe conuenire, vt
„hoc pacto magis alliciantur, quam abſterrean-
„tur. Interim tamen Σύστημα Philippicum ma-
„nere debet. Etſi autem ordo ille lectionum &

metho-

„methodus Philippica in Schola noſtra a Pru-
„dentiſsimo Senatu & venerandis Paſtoribus
„praeſcripta, omnino manere debet, tamen ſi
„Dn. Rector intellexerit, ex re diſcentium eſſe,
„vt aliquid amplius tradatur, quo profectus &
„ſtudia iuuentutis promoueri poſſint, poterit &
„illud facere, ita tamen, vt illud prius Dnn. In-
„ſpectoribus & Paſtoribus ſignificetur. Nam
„nihil omnino Rectorem in tali caſu per ſe &
„proprio motu, reliquis, quorum intereſt, non
„conſultis, agere, volumus.

„3. Habendae quoque erunt certis tempori-
„bus publicae Diſputationes & Declamationes,
„vt inde iuuentus, videns & intelligens artium &
„praeceptorum vſum, magis ad ſtudia incitetur.

„4. Quod ad Diſciplinam (quae non minus eſt
„neceſſaria, quam ipſa eruditio & litterarum
„ſcientia, iuxta illud: Qui proficit in artibus &
„deficit in moribus, plus defeciſſe, quam profe-
„ciſſe creditur) attinet, ea cura, Dn. Rector, vo-
„bis incumbet, vt pueri cum in Schola, tum in
„plateis, choro & templis ſint modeſti. Matu-
„re in ſcholam veniant, in ſchola ſint diligentes,
„inde dimiſſi in plateis non discurrant; ſed cito
„domum repetant.

„Det quoque Dn. Rector operam, vt inter
„Collegas foueatur & conſeruetur mutuus amor
„& fraterna dilectio, & quilibet, quod ſui mune-
„ris eſt, diligenter faciat. Si quid commiſſum,
„aut in officio praetermiſſum fuerit a Collegis,
„werden die Inſpectores nicht Sie, ſondern den
„Rectorem darumb zu Rede ſetzen. Dem Re-

„ctori ist das Regiment bevolen. Er soll zuse-
„hen, dass es unter den Schulgesellen so wol,
„als unter den Schülern recht zu gehe. Et si quis
„ex scholasticis, aut Collegis quoque (quod non
„speramus) Dn. Rectoris auctoritatem & iussa
„contemserit, aut superbe illi se opposuerit, nos
„operam dabimus, vt ille in ordinem redigatur,
„& ille contumaciae suae poenas dignas luat.

„5. Si Dn. Rectori placuerit intrare & videre
„aedes sibi deputatas, introducetur per M. An-
„dream, meum filium.

„*Responsio M. Pancratii Krögeri.*

„Reuerendissimi atque ornatissimi viri. Quae
„Reuerentia vestra nomine Inclyti Senatus cum
„de statu Scholae vestrae, tum de ordine Lectio-
„num, postremo de Rectoris officio proposuit,
„audiui & intellexi. Et breuissime quoad eius
„fieri potest, respondebo.

„1. Primo quod Confessionem fidei meae atti-
„net, ingenue fateor & corde firmiter credo, eam
„doctrinam, quae in Formula Concordiae de-
„scripta extat, esse consensum Propheticum &
„Apostolicum, & per omnia conuenire tribus
„Symbolis ab Ecclesia receptis & approbatis.
„Quare eam toto corde amplector, & probo,
„idque libenter, pro more Ecclesiae vestrae, ma-
„nus meae subscriptione testificabor.

„2. Ordinem Lectionum & Authorum, iu-
„ventuti in Schola publice praelegendorum, a
„prudentissimo Senatu & reuerendo Ministerio
„praescriptum esse intelligo. Et cum ab ipso ne
„latum quidem vnguem declinari velint, non
dubito

„dubito, quin ipsi pro sua summa sapientia, fin-
„gulari eruditione & exquisito iudicio istum or-
„dinem ita instituerint, easque lectiones & au-
„thores praelegendos delegerint, qui & iuuen-
„tuti sit profuturus, & quem omnes docti faci-
„le sint probaturi. Quare & ego operam dabo,
„ne quid in ea parte etiam sint in me desideraturi.
„Et si quid insuper huic ordini pro captu atque
„iuuentutis prouectu addendum fuerit, dabo
„operam, vt id Dnn. Inspectoribus mature signi-
„ficetur. Mentem & intentionem authoris,
„quem quis enarrandum suscepit, breuiter &
„summatim, sine prolixis dictatis, proponen-
„dam & probo & hactenus ita feci. Et nisi mo-
„lestum fuerit Dnn. Pastoribus audire, breuiter
„significabo, quem ordinem in docendo obser-
„vare soleam. Dnn. Pastores diligenter atten-
„dant & dextre iudicent, & si intellexerint,
„hac methodo iuuenum studia promoueri
„posse, id mihi significent. Sin meliorem
„viam & modum monstrauerint, sequar &
„ipsam, quoad fieri poterit. Primum autho-
„rem, quem enarrandum suscipio, μεθόδῳ ἀνα-
„λυτικῇ resoluo in suas partes. Illas partes rur-
„sus resoluo, & ita diuidendo atque resoluendo
„in immensum variarum rerum campum de-
„scendo, ita vt perscrutando ne minimas qui-
„dem particulas obseruatu dignas praeteriisse
„videar. Deinde μεθόδῳ συνθετικῇ ex minutis-
„simis istis partibus rursus integrum corpus con-
„ficio, & quemadmodum priore methodo Re-
„solutionem, ita hac Compositionem rursus

„ostendo, & ita quidem, vt non tantum τὸ ὅτι, „sed & διὰ τί ὅτι, hoc est, quare ita fieri necesse sit, „& simul transfero haec praecepta cum Dialecti„ces, tum Rhetorices ad vsum, & deduco iu„ventutem ad primos praeceptorum fontes. „Haec duo semper obseruo in aliorum scriptis. „Duo subsequentia commonstro obseruanda es„se in nostris scriptis. Primo, monstro, quo„modo iuuentus aliquid ad istum modum, quo „probatos authores aliquid composuisse didice„runt, fingere & imitari debeat & possit, & il„lud non tantum in verbis selectis & phrasibus „elegantioribus & vsitatis, sed etiam in argu„mentorum inuentione, figuris, schematibus „&c. Et hoc dicitur exercitium scholasticum & „puerile. Secundo, quando iuuentus ita se „exercendo aliquos progressus in studiis fecit, „paulatim illos adsuefacio ad compositionem „alicuius operis, idque eo ordine, modo, for„ma, arte, methodo, quibus in authoribus „monstratum est. Habenda est autem in hac imi„tatione ratio aetatis, captus, & virium inge„niorum puerorum, vt primum exerceantur in „prosa, deinde in ligata oratione, tertio „in declamationibus, disputationibus, quarto „vt non semper vtantur ab aliis inuentis, sed & „ipsi inueniant & scribant aliquid, quod ab aliis „& cum voluptate legi, & quod ad aliquem in „vita humana finem vtilem transferri possit. In „tradendis artibus Logicis & enarrandis Autho„ribus Systema Philippicum retinere & illud „imitari, semper mihi studio fuit. Per collationem

„tionem quoque Rami & aliorum Dialectico-
„rum vocabula allegare & methodum monstrare
„non infrugiferum studiosis fuerit. Nemo ve-
„ro, credo, mihi negare poterit, Dn. Philippum,
„praeceptorem nostrum, in tradendis praecep-
„tis Dialecticis, & praesertim in secundo libro,
„succinctiorem esse, quam par erat. Quamobrem
„quaedam capita istis inserenda omnes docti fa-
„cile vident. In nonnullis etiam locis prolixio-
„rem esse, quam necessitas postulabat, & in
„duo, imo tria saepe capita distinxisse, quae vno
„comprehendi poterant.

„3. Disputationes instituere & Declamationes
„habere quia operosum est, & multum requirit
„temporis, peto mihi veniam dari, si multitu-
„dine laborum impeditus rarius illas habeam.
„Dabitur tamen opera, vt singulis annis ter,
„quaterue fiant. Disputationes praeterea intel-
„ligo non de facultatibus Theologicis, Iuridicis
„&c. sed de nostris artibus, quas quotidie in Scho-
„lis tractamus.

4. Quod ad disciplinam attinet, est quidem
„hoc meae voluntatis, verum vtrum mearum
„virium sit, plurimum dubito. Istam curam
„non minus meis Collegis, quam mihi impo-
„nendam arbitror, vt ita coniunctis viribus, pa-
„ri voto, aequali labore effrenem iuuentutem in
„officio & obedientia retineamus.

„Quod ad Collegas, quorum ego caput esse
„debeo, attinet, dico: si ipsi me suum Recto-
„rem agnouerint, geram me non vt Dominum,
„sed vt fratrem erga ipsos, & nemo tam humi-
lem

„lem & demissum se geret, quin me multo se hu-
„miliorem & officiosiorem sit habiturus. Sed
„hic intermittere non possum, quin referam,
„quod mihi a Lubecensibus, qui modo Helm-
„stadii in Schola Iulia literis operam dant, signi-
„ficatum est, esse nimirum inter Collegas non-
„nullos, qui prioris Rectoris authoritatem su-
„perbe contempserint, iussa ipsius detrectarint,
„& pro lubitu suo fecerint omnia. Et in eo sem-
„per inuenisse suos patronos & defensores, hunc
„Senatorem, illum Consulem, alium nonnullos
„ex primariis ciuibus. Quod si mihi eadem
„quoque fortuna experienda cum ipsis esset, &
„id quidem non mea culpa, sed ipsorum malitia,
„ingenue dico, me multo libentius isthic man-
„surum, quam incertam istam aleam hic exper-
„turum. Sed bonos, spero, vltro quod sui est
„muneris facturos. Si quibus vero libuerit esse
„contumacibus, spero Dominos meos inuen-
„turos huic malo remedium.

..5. Postremo quod ad habitationem attinet,
„etsi libenter illam videre vellem, tamen propter
„viduam adhuc in ea habitantem non faciam, ne
„videlicet vulnus ex morte mariti inflictum re-
„fricare, & hoc pacto dolorem renouare velle
„videar. Spero eam ita instructam esse, vt
„possim commode cum familia mea eam inhabi-
„tare. Ante omnia vno hypocausto mihi opus
„est, vbi priuata mea studia tractare possim.
„Alterum occupabunt discipuli mei, quos me-
„cum adducturus & hic suscepturus sum. Ter-
„tium inhabitabunt vxor, liberi & reliqui mei
dome-

„domestici. Rogo autem reverendissimos „Dnn. Pastores, vt hanc in se curam recipiant, „& curent, vt cum familiam meam huc traduxe„ro, omnia sarta tecta inueniam. Hic finis ora„tionis & colloquii nostri fuit.

D. 12 Ianuar. in Cancellaria.

„Altero die, qui fuit 12 Ianuarii, praesentibus „tribus Consulibus & aliquot Senatoribus, item „& Dnis Pastoribus, interrogauit Dns Consul „Hermannus Dornius, vtrum Dni Pastores col„locuti fuissent cum M. Pancratio, in quam for„mam, & quid ipse respondisset? Ibi Dns Su„perintendens prolixe respondet 1. Et Collo„quium esse habitum. 2. Quae praecipua Col„loquii fuissent capita. 3. Et quid ipse ad sin„gula respondisset. Consules pro isto labore & „diligentia Pastoribus agunt gratias, & aiunt, se „velle illum ad annum vnum suscipere. Pasto„ribus discedentibus vocatus est Pancratius, & li„cet multis inter ipsum & Dnos Consules prolixe „actum sit, tamen re infecta discessum est. Cau„sa est, quod Pancratius 300 marcis Lubecensi„bus in annuum stipendium, quantum anteces„sori ipsius numeratum fuerat, non vellet esse „contentus, sed 100 adhuc addi postularet.

„Ad 14 Ianuar. transegerunt Dni Consules „cum M. Pancratio, & polliciti sunt Dni Consu„les: Si Deo ita placuerit, Pancratium hic mo„ri, quod velint viduae ipsius, quoad perman„serit in viduitate, tradere liberam habitationem „& rerum omnium immunitatem: alere praeter„ea filium vnum ad studia. Et quia M. Pancra-

tius

„tius nondum erat liber a suo Principe Iulio, pro„misit, se omnem moturum lapidem, vt quam „primum liber dimittatur, & ad futurum Pascha „huc veniat. Sin minus hoc impetrare possit, „tum ad Ioannis festum certissime venturum. „Discesit hinc d. 15 Ianuar.

§. IV.

Rediit Crugerius, atque munia Rectoris in se suscepit. Hic vero sperabat vnusquisque fere florem Athenaei maximum, adeo vt omnia emendarentur, quae in re scholastica forsan poterant desiderari. Sed non multo post spes haec admodum fallax deprehendebatur (7). Crugerius enim, quamuis priuatim plus vice simplici esset admonitus, pro arbitrio suo multa agebat, quae non omnibus placebant. Vnde pro sacra concione (licet pro eadem a Pouchenio, Superintendente, munus Rectoris auspicatus, ad inuidiam fere fuisset praedicatus) reprehendebatur, imo iudicabatur dignus, qui a sacra synaxi ob implacabilitatem, rixandi & conuitiandi studium, aliaque proaeretica, vt dicebant, peccata arceretur (8). Quo factum, vt non solum tempore Crugerii variae sint habitae Visitationes, & Commissiones, vt vocant, sed etiam res haec processus iuridici instar, iudicibus Commissariis a Magnifico Senatu electis, sit tandem acta. Supersunt scripta eristica, tam Crugerii, quam Pouche-

(7) A Pouchenio idcirco dicitur: *über alle Vermutunge übel gerathener Rector.* Vid. T. II. Act. Min. f. 562. b.

(8) Act Minist. T. II. f. 564. b. sq. f. 603. a.

Pouchenii, in Act. Minist. T. II. f. 504-618, adeo prolixa, vt si integra ederentur, peculiarem librum possent constituere. Nos potiora momenta inde suppeditabimus. Primum scriptum Crugerii, an. 1587. d. 30. Mai. ad Commissarios directum, est libellus accusatorius, in quo accusat M. *Andream Pouchenium*, Superintendentem, & M. *Michaelem Rhau*, Pastorem Marianum, illum ob elenchum pro coetu sacro adhibitum: hunc ob repudiatam ipsius poenitentis confessionem, quae duo facta iniurias sibi illatas interpretatur, simulque aduersariorum obiectiones & grauamina studet diluere. Idem facere laborat in scripto, quod extat f. 569—577, & hanc habet inscriptionem: *Des Hrn. Rectoris M. Pancr. Crugerii Replica, mündtlich proponirt den 7 Septemb. An.* 87. Sed grauiter respondit Pouchenius, summus antea Crugerii patronus, adeo vt ei magnam fortunae suae partem debeat. Reuocat hoc ei ad memoriam Pouchenius, & simul de ingrato Crugerii animo conqueritur, T. II Act. f. 545. a. b. his verbis: *Auch ist ihm Zweifels ohne unvergessen, wie ich ihn, von der Zeit unser ersten Kundtschafft an immerzu gefordert, und ihn getreulich mir angelegen und befohlen seyn lassen, und alles Gute zu beweisen nie aufgehöret. Sintemahl wie er zu Braunschweig Cantor zu S. Martin war, und es ihm am Tische mangelte, ich ihm meine Kinder (dazu ich mit wenigern Unkosten sonst wol hätte kommen können) befohlen, und mit Essen, Drincken, Betten und anders den gantzen Sommer ehrlich und wol versorget — — — Und wieder nach seiner Hochzeit schwerlich*

lich und kümmerlich von des Cantoris Dienſte ſich erhalten konnte, getreulich ihn bey den Hrn. Superintendenten und der Herrſchafft befodert, daß er zum Schulmeiſter in S. Aegidien Scholen für viel andere beſtellet worden. Und ſollte mein ſeel. Hr. Gevatter und vertrauter Bruder D. Martinus Chemnitius im Leben ſeyn, würde M. Pancratius von demſelben wol berichtet werden, wie empfich ich alle wege dieſes Menſchen Heil, Ehre und Wolfahrt auch darinn geſucht, daß er in die Julius Schole gen Helmſtett promoviret und vociret wurde. Und wie ich vor etlichen Jahren gen Helmſtatt mich begeben, weiß er wol, mit was Freundſchafft ich mich gegen ihn erzeigt, und auf ſein gar ſehnliches ſchweres Klagen wegen vielfältiger und groſſer Beſchwer, auch kümmerlichen Unterhalt, und des Orts Ungelegenheit mich ferner gar gutwillig von ihm erbitten laſſen, und verſprochen, ihn ferner meines beſten äuſſerſten Vermögens zu befordern, und zu beſſer Gelegenheit zu verhelffen, wie ich dann ſolches mit der That entlichen, wiewol es viel Mühe, Unluſt und Beſchwerunge gekoſtet, mit ſeiner Vocation anhero praeſtiret. Sage er dann, oder beſinne es nur, ob er nechſt GOtt nicht mir fürnehmlich zuzurechnen habe alles, was er täglich iſſet, drincket, um und an trägt. Aber Henckers Lohn gibt er mir dafür. Conf. f. 579. a. 592. a. Imo vero Pouchenius ſe ideo bene afflictum Superintendentem (*wolgeplagten Superintendenten*) in ſubſcriptione Litterarum ad Commiſſarios d. 2 Aug. 1587 appellauit. Vid. Act. Miniſt. l c. f. 567. b. Multa autem in Crugerio reprehenſione digna ſunt iudicata, quae ex Actis recenſebimus ita, vt vtramque partem audiamus, Lectori iudicium, ex

Cru-

Crugerii pariter ac Pouchenii verbis faciendum, relinquentes.

§. V.

Primum momentum *Lectionem Theologicam recusatam*, & M. *Georgio Henningio*, Subrectori, obtrusam, cum ea Rectoris semper fuerit (9); *studium Theologicum ac sacrum ordinem parui aestimatum*, nec non *sacra publica neglecta* concernit. Crugerius in libello accusatorio f. 513 a. b: *Hat viel und offtmahls mit grosser Hefftigkeit und Sturm vor der Christlichen Gemein geklaget und geeiffert, man finde auch unter denen, die die Jugend lehren sollten, so ruhlose und aller Furcht Gottes vergessene und übergebene Menschen, daß sich ein Schulmeister des Catechismi schâme, denselben seinen discipulen vorzulesen, befehle solches seinem Unter-Collegae, der môgte es verrichten, wâre seiner Kunst und Hoheit viel zu geringe &c. Wahr ists, daß ich dem Subconrectori, da er neu angekommen, die Lectionem Catecheseos, auf sein Bitt, als ex professo einem Studioso Theologiae überlassen, und dafür lângere emendationem scriptorum an seiner Stat auf mich genommen. Ist aber das mit Vorwissen und gutem Bedencken der Hochweisen Hrn. Vorsteher der Schulen geschehen, von welchen ich auch zu zweyen mahlen unterschiedlich auff mein Ansuchen gewehret worden, solchs wieder abzuschaffen, bis auff die künff-*

(9) *Die Lectio Catechismi, sampt andern Exercitiis Theologicis, ist undenckliche Jahre her des Rectoris in Classe prima gewesen.* Act. Min. f. 546. a.

tige Visitation, wie ich solches in vorschiener Visitation nach der Länge erzehlet, auch darüber lebendigs und herrlichs Zeugnüß erlanget des Hochw. Hrn. Bürgerm. Hrn. H. v. D, darauff ich mich nochmahls referire. Daß ich aber solchs aus gottlosem Hertzen und Verachtung des H. Catechismi, und Scham die Kinder Lehre zu treiben sollte gethan haben, sage ich frey heraus, es sey eine ------- Unwahrheit, die nimmermehr wieder mich bewiesen und dargethan sol oder kan werden. Et in Replica f. 570. b: Daß er den Catechismum den Subconrectorem, der ihn drum gebeten, hätte lesen lassen, darinn hätte er bedacht der Jugend bestes. Derselbe weiln er ein Theologus ex professo, hätte mit mehrern Nutzen; dann er, so kein Theologus ex professo (aber doch ein Christ) thun können. Contra haec Pouchenius f. 530. b sq: Weil er ausgibt, es habe der Subconrector, als ex professo Theologus, ihn um die Catechismus-Lection zu überlassen gebehten, und derhalben dieselbige von ihm erlangt, redet er wieder sein Gewissen. Denn M. Crüger, wie er zu Helmstedt vernommen, daß der Catechismus eine Lection des Rectoris dieses Orts wäre, hat er alda bereits dieselbige dem Subconrectori, weil er vernommen, daß auch derselbe würde anhero erfordert werden, angemahnet, und nachdem der Subconrector anhero vociret, mit weiteren Nöhtigungen dahin, wieder seinen Willen, gedrungen. Ibid: Ein solcher Mann macht für seine Persohn mehr eine Philosophicam Ethnicam, und also Lucianicam, als eine Christianam Scholam. f. 531. b: Er hat sich verlauten lassen, daß bis daher alle Theologi noch nicht das genus generalissimum totius Theologiae recht getroffen, oder gelernet, und wenn man iuxta seriem

Decalog

Decalogi die Sünde zeigt, wie hat er das nicht verächtlich genennet peccatorum enumerationem iuxta praedicamenta. So müssen diesem unzeitigen Menschen praecepta Decalogi diuina des Aristotelis praedicamenta heissen. Und dazu auch augegossen, es wâre alhie der Catechismus iuxta methodum Rami noch niemahls geprediget worden. f. 533. a: *Daß er die Doctores Ecclesiae verächtlichen Theologistas nennet, zeiget seinen sonderbahren Gifft gegen das H. Predig-Ampt, und die H. Theologiam, und rühmet sich doch, wie er dasselbige hoch halte und ehre, scilicet.* f. 547. a sq: *Daß er solches* (lectionem Theologicam a se deuolutam intelligit) *bey einem eintzelen Politico Scholarcha gesucht, hat derselbe in letzter Visitation bekannt, daß er solches S. Erb. W. mit vielen unzeitigen Uberlauff abgelanget, und zugleich bey sich erwogen, wie M. Pancratius nur ein Philosophus, und kein Theologus wäre.* f. 546. b. sq: *Er hat dagegen, gibt er für, die emendationem scriptorum, oder exercitiorum scholasticorum auf sich genommen, welches ihn noch mehr schuldig macht, daß er entweder den Catechismum und lectionem Psalterii Buchanani ihm zu lesen zu unwerth geachtet, oder aber aus Verdruß solche Arbeit geflohen, und dagegen leichtere Dinge zur Hand genommen — — — Vielleicht hat ihn auch hiezu bewogen, daß er sich nicht dürffte mit den Postillen, und Theologischen Pfaffen Latein, wie er die phrases loquendi S. Scripturae vergessentlich und unchristlich, in neulichster Visitation, getaufft, und für den anwesenden Visitatorn augeruffen, verunreinige und gemein mache, damit er unverholen bezeuget,*

daß ihme oratio & phraſes Spiritus ſancti nicht ſo anmuhtig ſeyn, als vocabula & loquendi ratio Ciceronis und anderer Heyden, die doch hiemit nicht verworffen werden. f. 547. a ſq: Die ſacrae lectiones, deren er ſich entmüſſet, ſeyn ihm wiederum publica auctoritate & mandato Viſitatorum getreulich und fleiſſig zu treiben auferleget worden, und iſt alſo der begangene error hinwiederum corrigiret. f. 547. b: Wie mit groſſer Chriſtl. Andacht und Liebe er den Catechismum treibe, iſt klar: denn er in ſieben viertheil Jahrs und darüber nicht den allererſten Locum de Deo abſoluiret. Iſt auch ein ziemlicher Eifer und Liebe gegen die Chriſtl. Lehre, und eines fürtrefflichen Gottsfürchtigen Chriſtlichen Gemüths Anzeige, daß er über 6 Jahr niemahls unſere Theologicam Lectionem und Auditorium beſucht, ja ausdrückiich ſich hören laſſen, er wolle und begehre zu ſolchen praelectionibus nicht zu erſcheinen, deſſen doch ſich nicht ſchämen, welche aus andern Kirchen und Schulen offt ihrer Geſchäffte halber hieher kommen. Aber Poſtillen- und Theologiſch Pfaffen-Latein lautet dieſem M. Crugero in ſeinen Ohren nicht. Ad quae Crugerius in Replica f. 571 ſq: Ob er ſich wol puritatis Latinae linguae befleißige, und ex Cicerone rede, ſo wäre ſolches wieder die Theologiam nicht, und könnte dadurch nicht inquiniret werden, ſintemahl auch doctiores Theologi pure zu reden ſelbſt nunmehr zum höchſten ſich befleisſigten. So hätten auch die Theologiſtae terminos & verba in populari Latina & Graeca lingua, die er auch approbirte, als das vocabulum ὁμοούσιος. Und dieweil er GOtt lob! den Unterſcheid wol wüſte zu machen, als geſchehe ihme in deme auch Unrecht. Daß er aber von Poſtillen Latein geſagt habe, dadurch verla-

verlache oder ſpotte er ſanctae linguae, oder der Bibel nicht. Er hab das Wort wol von dem ScR. gebraucht, daß er nichts mehr kônne als Poſtillen Latein, daraus denn keine Verachtung der Bibel, oder derſelben phraſium erzwungen werden könnte. Dann die Rede habe mit der Theologia nichts zu thun. So ſtehe auch die interpretatio ſeiner Wort bey ihm ſelbſt. Vtrum haec pertineant ad mendacia contra conſcientiam ſui & aliorum commiſſa, quorum ſaepe Crugerium conuincere ſtudet Pouchenius, non auſim definire. Neglectorum a Crugerio ſacrorum publicorum mentionem facit Pouchenius ſequentibus verbis f. 557. b: *Er hat ſelten ſelber die Kirche und Predigten beſuchet.* f. 580. b: *Er hat faſt länger denn ein gantz Jahr, ſeine Stete bey den Knaben in dem Chor nicht bekleidet, und eben ſeine domeſticos und eigenen Sohn desgleichen thun laſſen.* Haec de ſacris, quorum Cauſa Crügerii tempore *Dauidis Chytraei Catecheſis* publice fuit praelecta (10). Plura huc ſpectantia in citat. Act. f. 534. b. 535. b. 546 ſqq. 564. b. 582. b. 583. b. 584. b. 600. b. 602. a. 603. a. b. reperiuntur.

§. VI.

Secundum litis argumentum fuit *ſtudiorum reformatio* a Crugerio tentata (11).

(10) Bangerti Catal. Rector. p. D 2.

(11) Quod iam Helmſtadii ſingulare quid in tradendis disciplinis affectarit, docetur a Pouchenio f. 586. a his verbis: *Ihm iſt nicht unbewuſt, daß ihm ein Fürſtl. Braun-*

Crugerius enim, vti singularis erat ingenii, ita etiam a consueta adhuc docendi & instituendi ratione recedere religioni sibi haud ducebat. Tractabantur hic publice artes ope libellorum *Philippi Melanchthonis*, qui, in primis *Dialectica*, Crugerio adeo displicebant, vt quauis occasione eos emendaret & reprehenderet. Hinc Pouchenius f. 531. a: *Daß er H. Philippum Melanchthonem mit seinen artibus dicendi unzehligen vielen mahlen für den Knaben in Praelectionibus alle Wochen, und offt in allen Examinibus Scholae, grob genug ausgemacht und verachtet, verleugnet er wieder sein Gewissen. —— Noch neulich den 27. Nov. hat er des Hn. Philippi, und aller bewehrten Dialecticorum, praecepta de Hypotheticis Syllogismis für den Knaben in der Schulen mit wenigen Ehren erwehnet —— Bekennet selbst, wie er von Systemate Philippi abgewichen.* f. 548. b: *Philippus sey in tenebris versiret. Er aber sey sonderlich von GOtt dazu beruffen, durch den H. Geist gelehret, die artes &*

Braunschw. Raht in der Lüneburger Herberge unter Augen gesagt, daß der Hertzog zu Braunschweig eben deshalben in die Julius Schule zu Helmstädt ihn nicht wiederum wolte kommen lassen, daß er in artibus & disciplinis nur alles verkehret, nichts recht könnte bleiben lassen, sondern gar eine neue erfundene docendi rationem gebraucht. &c. Conf f. 606. a. vbi non solum commemorata leguntur, verum etiam sequentia: *Es ist ihm unverborgen, wie er daselbst auch propter methodum suam docendi nouam & inauditam, offt von dem gantzen Senatu Acad. Iuliae hart soll gestrafft, und ihm davon schlechter Ding abzustehen auferleget seyn worden.*

Digitized by Google

& disciplinas liberales zu illustriren, und richtig zu machen. Stehe auch D. Philippo und allen andern hoch auf ihren Schultern, sehe derhalben weiter und ferner aus, denn diese andern alle — — Wie man in letztern Examine dasselbige auch hat mit grosser Unlust hören müssen, da er auch die vetustissimam & verissimam diuisionem Dialectices in inuentricem & iudicatricem, und was lib. 4. Dialect. von Hn. Philippo de triplici Syllogismo, Demonstratiuo, Dialectico & Sophistico: auch von den dreyen unterschiedenen generibus Propositionum. de Diuisione & Vsu Locorum Dialecticorum recht und nützlich geschrieben worden, redlich zerzauset, auch fürgegeben, daß die Loci Dialectici nicht allein dienen ad inuentionem argumenti, verum etiam ad inuentionem praedicati: und dass es unrecht sey, wenn man spricht, argumentum sey terminus medius, sondern solle heisse documentum, und documentum sey argumentum & praedicatum: D. Philippus hätte billig Locos Dialecticos theilen sollen nicht in Locos Personarum & Rerum, sondern in primarios & secundarios. Und seyn auch die Loci Dialectici nicht recht, sondern unrecht von D. Philippo erzehlet worden. Ad haec Crugerius in Replica f. 571: *Daß er den H. Philippum sollte verachtet und verkleinert haben, das würde ihm kein Mensch überzeugen, sondern er habe ihn seinen discipulis commendiret neben dem* Ramo, *ziehe auch den Philippum dem Ramo zuvor: denn ob wol Ramus einen bessern methodum denn Philippus habe, so habe doch Philippus eine besondere und eigene Art, welche nicht zu verachten. Aber der H. Sup. nehme seinen Beweiß daher, daß er, der Rector, solle*

ſolle geſagt haben, weil er ſo lange mit dieſen Studiis umgangen, als ſollte man desfalls ihm auch etwas ſeyn laſſen, und er ſtünde dem Philippo auf der Schuldern. Dieſe Worte wären ihm in forma & ſenſu verkehrt. Denn da er die Worte gebraucht haben mögte: man laſſe den auch etwas ſeyn, welcher dem andern auf der Schuldern ſtehet, ſo wäre das ſeine Meinung geweſen: dieweilen er das meiſte von dem Hn. Philippo gelernet, als hätte er ſolches ihm zu Ehren geſagt, daß er der Mann ſey, welcher ihn auf den Schuldern trage, nicht aber, daß er ihn mit Füſſen treten wolle. Weniger ſey er der Wort geſtändig, und habe es nicht geredt, daß Philippus in tenebris ambulire und verſire, ſondern es werde ihm fälſchlich angedichtet. Denn er ſelbſt ſey interpres ſuorum verborum. Geſtehe nicht, daß er das Syſtema Philippi ſolte aus der Schulen gebracht haben. Dann es bezeuge die That, und wolle er darthun, daß er den Philippum alſo geleſen zu Helmſtät, habe ihn dividirt in Libros, Capita & Membra, und nichts ausgeſchloſſen, habe auch in ordine nichts verändert, auſſerhalb einen Ort de Modo & Figura. Er habe aber ſolches für ſich nicht erfunden, dann es vor ihm Iodocus Willichius *gehabt. Und wenn ſolches geſchehe, ſo folge darumb nicht, daß er ein Unchriſt ſey, und deswegen verläſtert, und von dem Sacrament abgewieſen werden ſolle. Er bekenne zwar, daß er obſeruationes habe in gewiſſen capitibus, ſeyn aber dem Syſtemati Philippi nicht zuwieder, als exemplum in* Sorite, *da er ſaget, ſie müſſe quatuor propoſitiones haben, ſo doch die*

andern

andern ſagen, ſie müſſe nur allein 3 haben —— Er ſey auf Befehl der Hrn. Viſitatorum bey dem Syſtemate Philippi geblieben, und habe ſeine obſeruationes nach jüngſter Viſitation eingeſtellet, beruffe ſich deſſen auf ſeine Annotata (12). *Und was für Unheil und Verſäumniß der Jugend könnte entſtehen, daß er ſeine obſeruationes hätte unterlaſſen, würde ſich finden, und wollte deswegen entſchuldiget ſeyn. Weiln er nun alſo bey dem Syſtemate Philippi geblieben, ſeyn 30 Knaben aus der Schulen weggezogen, welche allein mit 5 erſetzt.* Reſpondit Pouchenius in Duplica f. 583: *Er verleugnet wieder ſein Gewiſſen, daß er nie habe in Examinibus publicis & praelectionibus Hn. Phil. Melanchthonem verachtet, noch inſcitiae beſchuldiget, und ſein auf den Schultern des Philippi ſtehen alſo verdrehen will, als hab er nur aus den Schrifften des Hn. Philippi Anleitung bekommen zu ſeinen Grillen. Denn wie ſchicket ſich das mit dieſen ſo offt wieder Hn. Philippum ausgegoſſenem verächtlichen Worten: Hic non conſtat ſibi Philippus: In his eſt ſibi contrarius: Sic dicit in lib. 4 Dialectices, quod cum his non conſen-*

(12) Haec ſunt ſine dubio *Cogitata Logica*, quorum meminit Bangertus in Catal. Rector. p. D 2. *Obſeruationum* in Melanchthonem, & vetuſtiores artium ac ſcientiarum magiſtros, magnam Crugerium habuiſſe copiam, adeo vt aliquot corbes iis potuerit replere, teſtatur Pouchenius in Act. Min. T. II. f. 556. a: *deren er* (Crugerius) *etliche Körbe voll in jüngſter Viſitation für die Herrn Viſitatorn ins Gemach trug.*

Digitized by Google

tit: Philippus verſatus eſt in tenebris. Hie ruffe ich alle, ſo bey den Examinibus Scholae geweſen, auf ihr Gewiſſen zu Zeugen, und kan ihm nicht unverborgen ſeyn, wie er noch am 27 Novembr. den Hrn. Philippum zerzauſet hat, daß er die doctrinam de Syllogismis Hypotheticis nicht, wie ſichs gebühret, recht tradiret habe —— Was ſeel. Hr. Jodocus Willichius in Dialecticis und andern artibus tradiret hat, wird nicht verachtet. Wolte GOtt dieſer Crüger könnte nur ſolchen vortreflichen Leuten das ihre ungetadelt laſſen vor den Knaben —— Mit den Praeceptis D. Philippi iſt er ſo wol in Dialecticis als Rhetoricis alſo, in Examinibus Scholae publicis, umbgangen, daß er dieſelbige nude und bloß, mit ihren exempeln, hat die Knaben, pſittaci more ohn allen Verſtand recitiren laſſen, und darnach das allergeringſte nicht weiter davon von den Knaben erfodert, ſondern flugs auf ſein Thun gefallen, mit groſſen ſesquipedalibus verbis: Haec mea ſunt: Haec ego primus inveni, und damit die meiſte Zeit zugebracht. Aber damit alle wege ſo kläglichen beſtanden, daß unter 10 oder mehren Knaben nicht einer gefunden worden, der appoſite hat reſpondiren können, vielweniger memoriter antworten, ſondern er hats ihnen auch offt aus den Büchern zu leſen befohlen; ja offt viele Knaben ungefragt vorbey gehen müſſen, und gleichwol kaum einen treffen können, der etwas antworten könnte. Und um dieſes ſeines neuen unbeſtändigen Fündlein, und des gemeinen rechtſchaffenen docendi methodi Verdammung willen, welches ſeine tägliche Kunſt iſt, ſeyn

ihm

ihm ſeine Diſcipuln weggezogen, und die Schule gefallen; mit nichten derhalben, daß die bey dem Methodo praeceptorum Philippi in dicendi artibus nicht hätten bleiben wollen, und daß er mit unſäglicher plus quam Orbiliana tyrannide die Knaben verſchüchtert, und in tradendo ſo varius iſt, daß man nicht wiſſen kan, was ihm endlich recht ſey, denn ihm niemand eben iſt. Imo vero vt ad conuictionem vsque oſtenderet Pouchenius, quod contra conſcientiam negarit Crugerius correctionem & reprehenſionem Philippi, ex eius *Dictatis* excerpſit Demonſtrationem, quam ex Act. Miniſt. T. II. f. 593 ſq hic ſiſtam:

„*Erweiſung, daß M. Crûger mit Unwahrheit*
„*fürgibt, daß er den Methodum & ſeriem*
„*praeceptorum, Dialectices Philippi, alle we-*
„*ge gehalten, und auch in rebus ipſis*
„*an Philippo nichts getadelt*
habe.

„Libr. I Dialectices.

„*De Definitione Dialectices.* Crugerius ait,

„I. Si quis attendere ac ſpectare velit, vt Phi-
„lippum ſpecialem Dialecticam ſibi propo-
„ſuiſſe recte dicet: ita eundem contra, quam
„initio propoſuit, vniuerſam dianoeam ex-
„plicaſſe, non falſo aſſeuerabit.

„Pag. Dialect. Phil. 3.

„II. Accedit Dialectica & diſtinctis rebus) Cru-
„gerius ait: Stoicum hoc eſt. Id Philippo
„omittendum eſt, ſi ſibi vult conſtare.

In

„*In Praedicamento Substantiae.*

„Phil. pag. 31.

„Coelum est substantia finita) Crugerus: Non „opus fuisset addi *finita*. Quidquid enim corpo„reum est, finitum est.

„Phil. pag. 44.

„Ibi reprehendit Crugerus definitionem Vir„tutis. *secundum rectam rationem*, sagt er, sol heis„sen *secundum prudentiam*, & addit: So hat ers „zuvor genennet. Et hoc falso dicit Crugerus.

„Phil. pag. 55.

„Regula in doctrina relatiuorum, Omne re„latiuum versatur) Crugerus: so soll man sagen: „Omne relatiuum versatur inter tria, Materiam, „Formale & Terminum. Et: limitis materiale „est lapis, sed fundamentum collocatio, quae est „quasi pasio in lapide.

„Phil. pag. 56.

„Seruitus in agro fundamentum habet) Cru„gerus: Dass sol heissen Materiale. Fundamen„tum est institutum voluntatis & ordinatio ho„minum, pactio inter aliquos ad rem certam. „Noster autem author confundit materiale cum „fundamento.

„Ibidem Phil. M.

„Peccati fundamentum est) Crugerus: Das „sol auch heissen: Materiale.

VI Regula.

„Phil. fol. 60.

„Fundamentum vocatur materiale) Cruge-

rus:

Digitized by Google

„rus: Schreibet da oben in ſecunda Regula vor „daſs Materiale, Subiectum, ſo haben wir keine „contention. In his exemplis materiale voca„tur ſubiectum. Subiectum limitis eſt lapis.

„Baptismi materiale eſt homo (ſo muſs es ſine „dubio ſeyn) qui baptizatur.

„Phil. M. fol. 56.

„Seruitus in agro fundamentum habet) Cru„gerus: Daſs ſol heiſſen, Materiale. Noſter „autor confundit Materiale cum Fundamento. „In relatiuis quatuor ſunt conſideranda. 1. Sub„iectum, ſiue materiale, ſiue fundamentum. 2. „Formale, vel cauſa relationis. 3. Terminus. „4. Relatio. In definitione Philippaea funda„menti pro *fundamentum* ponatur *formale*, alias „Philippus ſibi ipſi eſt contrarius. Philippus „de his non ita ſtudioſe cogitauit, facile alias er„rorem deprehendiſſet. Sed hac ratione res „conciliari poteſt.

„Phil. M. fol. 66.

„Relatiuorum alia oriuntur ex actionibus) „Crugerus: Praemittatur haec diuiſio: Relati„va aliunde orta, ſunt topica, aut aliarum re„rum. Topica ſunt Relatiua, quorum funda„menta indiſtincte ſunt res omnes, ſiue ſub„ſtantia, ſiue quantitas, ſiue qualitas, ſiue re„lationes, cum ad aliud explicandum cogitan„do aut dicendo referuntur. Hoc genus expli„catur in Topicis. Relatiua aliarum rerum iam „oriuntur aut ex ſubſtantia, aut quantitate aut „qualitate. Relatiua caeterarum rerum habent „ſimilitudinem topicam.

Voca-

Digitized by Google

„Vocabulum Dei non tantum ponitur in „praedicamento ſubſtantiae, ſed etiam rela„tionis. Vt: non habebis Deos alienos. Ibi „ipſe Deus concedit, eſſe plures Deos.

„Et fol. 67.

„Cauſa & effectus) Crugerus: Cauſa & effe„ctus huc non pertinent.

„Phil. fol. 68.

„Sub diſcriminibus rerum) Crugerus: Hic „Philippus diſcedit a veris fundamentis. Es „ſol heiſſen: de appellationibus corporum rela„tiuis. Wenn man einen ſolchen Nomenclato„rem machte, das wâre ſchöne.

„Phil. M. fol. 69.

„Ex qualitatibus. Cauſa & effectus) Cruge„rus: Das müſt ihr wiederum austhun, denn „das gehöret ad Topica Relatiua.

„Ibid

„Perfectum) Crugerus: Das iſt nicht ex quan„titatibus. Ich weiſs nicht, wie es dazu ſolt ge„braucht werden.

„Ibid.

„Ex notitiis. Doctor. Diſcipulus) Crugerius: „Haec pertinent ad appellationem perſonarum. „Multa inueniuntur, quae a Philippo non ac„curate ſunt excogitata.

„Phil. M. fol. 70.

Praemium) Crugerius: Praemium gehöret „nicht ad qualitatem. Poena proficiscatur ex „actionibus. Iam confundit noſter autor funda„mentum & cauſas relationum, das ſolte gleich

nicht

„nicht ſeyn, pax, bellum, priuatio, habitus, „das kômmt aus den actionibus.

„Phil. fol. 71.

„Vſitate in Scholis nominarunt) Crugerus: „*Vnus* eſt in praedicamento quantitatis, und iſt „kein tranſcendens.

Phil. fol. 73.

„Item nomina ſignificantia menſuras) Cru„gerus: Mihi videntur eſſe quantitates, & huc „non pertinent.

„*De Actione & Paſſione.*

„Crugerus: Haec praedicamenta, vt ſupra „diximus, praecedere debebant magnam par„tem praedicamenti relationis, aut certe totum. „Pertinent enim ad Relationes primi generis, ex „quibus multa relatiua ſecundi generis oriuntur.

„Ibidem.

„Poſtquam ſubſtantia eſt veſtita) Crugerus: „Nihil refert, & quidem hortationes nihil effi„ciunt, nihil proſunt. Definitiones actionis & „paſſionis de Phyſica actione & paſſione dicun„tur. At in populari ratione loquendi actio di„citur, etiamſi nulla mutatio fit in obiecto, vt „cum dicis *amare Deum.* Hic verbum dicitur „actiuum, etiamſi nulla mutatio Deo affertur. „Sed multa verba ſunt, quae non ſunt referen„da ad praedicamentum actionis, ſed ad quali„tatis praedicamentum, vt *amare, odiſſe, triſtem „eſſe, dolere, calere, frigere, nigrum eſſe, album „eſſe. Ignis calet*, eſt qualitas. *Ignis calefacit* eſt „actio. *Ignis vrit* eſt actio.

De

„*De Habitu.*

„Phil. fol. 82.

„Crugerus: Hoc caput Topicum eſt, non „praedicamentale. Haec in Topicis rectius ex„plicantur.

„Hinc patet, daſs M. Crugerus mit Unwar„heit fürgibt, daſs er an Philippi Dialectica nichts „reformire, auch nicht verachte, ſondern hoch „halte.

„M. Cruger redet wieder ſein Gewiſſen, daſs „er den Methodum praeceptorum Philippi un„verändert in tradendo behalten habe. Denn „er fengt die praecepta und doctrinam dialecti„ces in libro Philippi Dialecticae an von den „Praedicamentis, wie biſsher geſehen, und „darnach expliciret er erſten doctrinam Prae„dicabilium, welchen ordinem Philippus „nicht gehalten, ſondern M. Cruger ertreumet „hat.

„*De Praedicabilibus.*

„Crugerus: Hactenus fuit doctrina Logica. „Nunc ſtatuemus doctrinam Topicam. Ramus „appellat argumenta. Hic non proponitur do„ctrina praedicabilium, ſed tantum pauca quae„dam.

„Phil. M. fol. 10.

„Cur praedicabilia etiam vniuerſalia nomi„nantur?) Crugerus: Interdum non eſt idem, „eſſe vniuerſale, & praedicabile, vt: Chriſtus „reſuſcitauit Lazarum ex mortuis. Hic, Laza„rus praedicatur de Chriſto tanquam accidens.

Acci-

„*Accidens.*

„Phil. M. fol. 16 & 17.

„Aqua calefieri poteſt & rurſus frigefieri) Cru-
„gerus: Aqua eſt frigida. Hic accidens per ſe
„praedicatur de aqua. Ideo proprium eiusdem.
„Aqua eſt calida, hic accidens calor, praedi-
„catur non per ſe, ideo dicitur per accidens prae-
„dicari.

„Quotuplex eſt accidens) Crugerus: Haec
„diuiſio pertinet ad accidens praedicamenta-
„tarium, non ad praedicabile. Calor non eſt
„accidens praedicabile, ſed proprium.

„Phil. M. fol, 17.

„Accidens eſt, quod adeſt) Haec eſt vera de-
„ſcriptio accidentis praedicabilis, non praedi-
„camentarii. Peccatum eſt per ſe accidens,
„ſed non praedicatur de homine per accidens,
„quia non eſt in alio mutabiliter, ſed per pro-
„prium,

„*De Praedicatione.*

„Crugerus: Singulis vocibus accidit praedi-
„catio, id eſt, relatio Topica, qua vnum de al-
„tero dicitur. Aber es wirt alhie nicht volkom-
„lich expliciret. Fundamentum praedicatio-
„nis eſt terminus, vel vox quaeuis.

Phil. M. fol. 20.

„Quomodo diuiditur vera praedicatio?) Cru-
„gerus: Setzet das darzu. Propoſitio ratione
„elocutionis eſt propria aut figurata, id eſt, ef-
„fertur proprie aut figurate. Das wâre noch deut-
„licher.

Digitized by Google

„Ibidem.

„Tertius modus est inusitatus.) Crugerus: „Ante creatum mundum haec propositio, vel „praedicatio: Mundus factus est ex nihilo, fuit „inusitata. Iam vero cum id factum sit, inusitata „non est. Ita etiam haec: Deus est homo, Ver„bum caro factum est.

„Solcher gestalt geht Crugerus durch die gan„tze Dialecticam herdurch, und wil doch gleich„wol nicht gestendig seyn, dass er solle weder „in ordine rerum & praeceptionum Dialecticae, „weder in rebus ipsis etwas in Philippo repre„hendiret und getadelt haben, und erbiete mich „solcher gestalt, aus seinen *Dictatis* jeder„menniglichen durch die gantze Dialecticam zu „erweisen, und alle, so nur die prima initia Dia„lecticae verae gelernet haben, kônnen hievon „richten, zu geschweigen deren, welche etwas „weiter hievon gelernet haben. Und dann mir, „als einem Superintendenten, Ampts halben „gebûhret und obligt, darauff zu sehen, dass „so wol in der Schulen die Warheit der studiren„den Jugend in artibus fürgetragen, und mit „erdichteten falschen Newerungen nicht verlei„tet werde, als dass in doctrina Christiana in der „Kirchen nicht falsche opiniones einreissen, so „habe ich Ampts halber, und nicht Personen „weis, solchs etliche Jahr her improbiret, und „der Obrigkeit vormeldet, ungeachtet ich in „meiner guten Gottgefälligen Sache wenig bin „gehôret worden, sondern von diesem Meister

Klûg-

„Klûgling, ſampt ſeinen Adhaerenten und „Rûckhaltern, habe viel Schimpffs erdulden „müſſen, deſſen GOtt zu ſeiner Zeit Richter „ſeyn wird, für dem ich entſchuldigt bin. Plura ad Philippum a Crugerio correctum & contemtum ſpectantia in citatis Actis paſſim leguntur. Reiecto itaque Melanchthoniano Syſtemate, cuncta fere Crugerius immutare conabatur. *Quatuor Orationis Partes* tantum eſſe affirmabat, contra Grammaticorum fere omnium conſenſum. Aliam quoque *Declinationum* (e quibus *Ablatiuum*, ad Varronis auctoritatem prouocans, plane eiiciebat. vid. Act. Min. f. 534. a. 605. a.) & *Coniugationum* formam volebat introductam. Hinc Pouchenius f. 533. b: *Wer kan verſtehen, wie es zugehe, oder es billigen, daß nur vier Partes Orationis, ſeiner Sage nach, ſeyn ſollen, als* Nomen, Verbum, Momentum *und* Coniunctio, *und nicht achte, wie alle Grammatici von Anfang biß hieher recht und wolgelehret haben, und dennoch ſo viele Subdiuiſionen dazu macht, daß daraus in der Zahl über* 60 Partes Orationis *werden. Und daß nicht allein* 5, *ſondern* 46 Declinationes, *weiß nicht, wie viel Coniugationes Verborum, ſeyn ſollen*, f. 549. b ſq: *Er hat bald im erſten Viertheil Jahrs nach ſeinem Antritt ſich an die Paradigmata Declinandi & Coniugandi des Donati, und alſo aller Grammaticorum, ohn Unterſcheid gemacht, und die gântzlich abgeſchafft, und ſeine unerhörte Art in die Stelle geſetzt, als daß man nicht mehr*

ſolle ſprechen: *Nominatiuo hic Magiſter. Genitiuo huius Magiſtri &c.* ordentlichen, nach der Rige der 6 *Caſuum in vtroque numero*, ſondern nur alſo: *Magiſter. Magiſtri. Magiſtro. Magiſtrum.* Und in Plurali: *Magiſtrorum. Magiſtris. Magiſtros*, und alſo in denen andern *Declinationum ſpeciebus* auch. Mit den *Coniugationibus* hat es müſſen nicht bleiben bey der immer üblichen Form, ſondern die *Gerundia* und dergleichen gântzlich weg ſeyn. f. 579. b: Er iſt ſelbſt geſtândig, er habe vſitatam *Declinandi & Coniugandi rationem* in dieſer Schulen abgethan, und ein anders eingeführet, da er auch ſeriem *Coniugationum* geândert hat, und *ex quarta tertiam, ex tertia vero quartam* gemacht, darumb daß *ſeries Coniugationum* ſolle *ordine Vocalium* folgen, *a, e, i, o*, aber doch wiederumb eingeſtellet. Aber über vier, oder mehr Jahr hat er damit die arme Jugend redlichen in diſcendo verhindert. Conf. f. 585. a, vbi eadem fere leguntur, additurque ex mente Crugerii: daß alle *Pronomina* nur ſchlechter Dings *Nomina* ſeyn ſollen. Ipſe Crugerius f. 572. b: Es werffe ihm der *Sup.* auch für, als verândere er den *modum docendi* in der Schule, welches er ſich nicht wüſte zu erinnern. Es wâre dann in *forma Coniugationum*, davon hâtte er der Jugend zum beſten, und es deſto leichter zu faſſen, 4 *Modos Verborum* in *O*, und dann auch 4 *Modos Verborum* in *OR* gefaſſet. Hi modi ſunt conſeruati in Act. Min. f. 576. b. & ita habent:

Verbi

Verbi in O in temporibus infectis Coniugatio Quadruplex.

	Modi Indicatiui.		*Modi Coniunctiui.*		*Imperat.*	*Infinit.*
Praesens	o	as	em	es	*	are
	eo	es	eam	eas		ere
	io	is	iam	ias		ire
	o	is	am	as		ere
Imperf.	abam	abas	arem	ares		are
	ebam	ebas				ere
	iebam	iebas				ire
	ebam	ebas				ere
Futur.	abo	abis	em	es		urum
I.	ebo	ebis	eam	eas		urus esse
	iam	ies	iam	ias		
	am	es	am	as		

* *Modi Imperatiui.*

Praesens	— a	vel ato	ato:	— ato	vel	atote	anto
&	— e	vel eto	eto:	— eto	vel	etote	ento
Futurum	— i	vel ito	ito:	— ito	vel	itote	iunto
primum	— e	vel eto	eto:	— ite	vel	itote	unto.

Personae reliquae praeter primam.

as	at	amus	atis	ant
es	et	emus	etis	ent
is	it	imus	itis	iunt
is	it	imus	itis	unt

Ich, du, er, wir, ihr, sie

Verbi in OR in temporibus infectis Coniugatio Quadruplex.

	Modi Indicat.		*Coniunctiui.*		*Imperat.*	*Infinit.*
Praesens	or	aris	er	eris	*	ari
	eor	eris	ear	earis		eri
	ior	iris	iar	iaris		iri
	or	eris	ar	aris		i.

Digitized by Google

Imperf.	abar	abaris	arer	areris	ari
	ebar	ebaris	erer	ereris	eri
	iebar	iebaris	irer	ireris	iri
	ebar	ebaris	erer	ereris	i.
Futur.	abor	aberis	er	eris	urus eſſe
I.	ebor	eberis	ear	earis	um iri
	iar	ieris	iar	iaris	
	ar	eris	ar	aris	

* *Modi Imperatini.*

Praeſens	are	vel ator	ator	amini	vel	aminor	antor
&	ere	vel etor	etor	emini	vel	eminor	entor
Futurum	ire	vel itor	itor	imini	vel	iminor	untor
primum	ere	vel itor	itor	imini	vel	iminor	untor

Perſonae reliquae praeter primam

aris	atur	amur	amini	antur
eris	etur	emur	emini	entur
iris	itur	imur	imini	iuntur
eris	itur	imur	imini	untur.

Ich, du, er, wir, ihr, ſie.

Vtrum nouis ſuis Declinationum & Coniugationum formis multis viris rerum ſcholaſticarum peritis ſe probauerit Crugerius, dubito. Ille tamen non dubitauit, in publicam lucem eas emittere. Teſtatur hoc Pouchenius l. c. f. 585. b: *Er hat eine nouam Declinandi & Coniugandi rationem auch öffentlich drucken laſſen.* Vtinam eam inſpicere licuiſſet! In *Graeca* quoque *Lingua* aliquid immutare auſus eſt, dum *Nomina & Verba Contracta* ex eadem eliminare contendit. Vid. Act. Min. f. 534. b. 606. b. Conf. f. 574. a, vbi ipſe Crugerius *in Graeca lingua*, inquit, *habe er de Coniugatione geſchrieben, daß ihm niemand könne tadeln.*

deln. Contracta Verba habe er nicht, habe die Autores Graecos geleſen, fünde kein Exempel. Habe ex Graeco Teſtamento alle Contractiones ausgezogen, bis auf zwey Wort, befünde aber die Exemplaria nicht gleich getruckt. In *Ebraea* vero *Lingua* ſtatuendas eſſe *Declinationes*, euincere laborauit. *In Hebraea lingua*, ſcribit l. c., *haber auch geleſen. Man ſagt, es ſeyn in der Sprache keine Declinationes, ſage da wieder öffentlich das contrarium.* Offendit quoque multos reiectione vocum vt, re, mi, fa, ſol, la, quibus iſto tempore *Muſici* vtebantur. *Endlich*, ita legitur l. c. f. 556. b, *muß die Muſica auch herhalten, und nur eine Phantaſeye ſeyn, daß man ſinget nach den vocibus muſicalibus, vt, re, mi, fa, ſol, la, ſondern muß heiſſen, a, b, c, d, e, f &c. wie zu Halberſtadt in Gegenwart vieler gelahrter Leute, auf einer Hochzeit, und auch zu Roſtock, er für gegeben, aber wenig Ruhm und Beyfall darinn bey denen bekommen* (13).

(13) Si noſtra vixiſſet aetate Crugerius, hac quidem in re excellentiſsimorum Muſicorum aſſenſum facile eſſet conſecutus. Inſtar omnium prouoco ad incomparabilis Muſici, Ioannis Mattheſonii, elegantiſsimum librum, qui inſcribitur: *Das beſchützte Orcheſtre, oder deſſelben zweyte Eröffnung, worinn nicht nur einem würcklichen galant-homme, der ebenkein Profeſſions-Verwandter, ſondern auch manchem Muſico ſelbſt die aller-*

Conf. f. 580. b. Praeter iſthaec omnia odioſum reddidit Crugerium *priuata inſtitutio*, fere prodigioſa, cuius ope quatuor annorum ſpatio, per ſingulare aliquod artificium, pueros ſeptem, aut octo annos natos, praeter alia, Latinam Linguam perfecte voluit docere. Rem his enarrat verbis Pouchenius f. 550 b ſq: *Er hat priuatim & publice, anderswo und auch alhie, lecherlichen fürgegeben, junge Knaben ohn alle Praecepta Grammatices in vier Jahren zu lehren congrue und wol gut Latein zu reden, und ſolches bey ſeinem Sohne, ehe denn er 7 oder 8 Jahr alt würde, zu praeſtiren, dafür er 200 thlr. zu Lohne gefordert. Und dann ſolchs ſein Fürbringen in Viſitatione Scholae für lecherlich und nichtig geachtet, und ihm nicht vergünſtigen wollen, dieſe hohe Meiſter-Kunſt in der Schulen zu pflegen, iſt er damit anheim und alda zu treiben, wo jemand ſolchs wollte mit ſeinen Kindern vorhen-*

aller aufrichtigſte und deutlichſte Vorſtellung muſicaliſcher Wiſſenſchafften, wie ſich dieſelbe vom Schulſtaub tüchtig geſäubert, eigentlich und warhafftig verhalten, ertheilet; aller wiedrigen Auslegung und gedungenen Aufbürdung aber billiger und truckener Beſcheid gegeben; ſo dann endlich des lange verbannet geweſenen Ut Re Mi Fa Sol La Todte (nicht tota) Muſica, unter anſehnlicher Begleitung der zwölff Griechiſchen Modorum, als ehrbarer Verwändten und Trauer-Leute zu Grabe gebracht, und mit einem Monument, zum ewigen Andencken, beehret wird. Hamb. 1717.

hengen, gewiesen worden. Diese seine heimliche Kunst hat er in conuiuiis und allen Orten hoch ausgeruffen. Es solle aber in dieser heimlichen Kunst alles durch Hülffe der Vocal-Buchstaben fortgehen, als a, e, i, o, u. Und ist zum Behelff von ihm gebraucht, daß man verschickte junge Knaben, Frantzösische, Spanische und andere Sprachen zu lernen, darum es auch ihme allhie nicht entstehen könnte. Und haben sich gute Leute, auch von fürnehmen Adel, aus väterlicher Liebe zu ihrer Kinder Wolfahrt, hierzu von ihm bewegen lassen. Aber wie scheußlich er alhie die Leute aufgesetzt, bezeugt das Werck an ihm selbst, und klagt hierüber nicht allein der Hr. Syndicus D. Cal. Schein, sondern auch der fürnehme Holstein. Fürstl. Raht, Hr. Casper Hojer, sampt vielen andern, daß er sie mit seinen grossen Verheischungen übel dabey gebracht, und wenig, daß er so hoch sich versprochen, praestiret habe. Und sein eigen Sohn ist in dieser sonderbahren Institution nicht hoch gestiegen. Die 4 Jahr seyn bey den Knaben verspildet, und was sie von der Grammatica vorhin gelernet, alles vergessen. Sintemahl sie ein Theils gar nicht, oder selten in die Schulen kommen, auch nur die Interpretationem vocabulorum anhören, aber in der Grammatica von keinem

nem Collega haben müſſen examiniret, ſondern damit verſchonet bleiben. Haec Pouchenius. Sed audiendus etiam eſt Crugerius. Is vero f. 572. b: *In priuata inſtitutione habe er wol ſonderliche terminos, und brauche ſich derſelben ——— Brauche doch ein Schiffer* (14) *ſeine terminos proprios, wann er von Touwen redet, und theilt dieſelbe nominatim in varias ſpecies —— Und ſo dann ein Schiffer ſeine Touwe auff dem Schiffe mit alſo vielerhandt Nahmen nennen und unterſcheiden mögte, warum es denn ihm nicht frey ſtehen ſollte, in der Grammatica ſeine verba artis zugebrauchen. Alſo hab er in der Syntaxi auch gethan.* f. 573. b: *Weilen ſeine priuata inſtitutio noch zur*

(14) Nauticam, vt ita loquar, Crugerii methodum valde exſibilat Pouchenius Act. f. 533. b: *Wie kömmt zu den artibus dicendi und ſeinen Grillen der Schipper mit ſeinem Bojer, Takel und Touwen? Reime dich Buntſchuch. Laſs mir das gewiſſe und ſtarcke fundamenta ſeyn, zu beweiſen ſeine Obſeruationes inutiles in Grammaticis, Dialecticis & Rhetoricis praeceptis. Was haben die artes dicendi mit dem Schiffe und Bojer gemein? Eſt argumentum a naui ad philoſophiam, und wäre alſo auch nautica ars mater artium dicendi. Et ſic malitioſe confunduntur, quae per ſe & naturam ſunt longe diſtinctiſſima. Aber die genera vocabulorum Latinae & Graecae Grammaticae ſeyn iuxta diſcrimina partium orationis praedicabilium & praedicamentorum wol ſo viel unterſchieden, daſs man dieſer ſeiner Bojerten, Tackelereyen und Touwereien dazu gar nicht bedarff.*

Digitized by Google

zur Zeit bey keinem Knaben 4. Jahr lang continuiret, ſo kônte auch der effectus nicht recht diiudiciret, viel weniger improbiret, noch auch daher mit Fug fürgegeben werden, als ſolte er mehr, denn er praeſtiren kônnte, verſprochen haben. Sey aber gleichwol an denen Knaben, welche er in priuata inſtitutione gehabt, die angewandte Zeit nicht ſogar unverlohren und umſonſt geweſen, ſondern hätten dennoch pro facultate ingeniorum & aetatis ſo viel gelernet, daß dieſelbige inſtitutio an ihnen nicht vergebens ſey. Ibidem praetexit, paedagogos etiam requiri, qui omnia ſemper cum inſtituendis repetant. Hi cum propter exiguum puerorum numerum haberi non poſſint, ideo etiam excuſat defectum fructus inſtitutionis priuatae. In primis vero vrget, quod a nemine adhuc quadriennium ſit impletum. Pergit f. 574. a: *Er trage keinen Scheu, ſeiner priuat inſtitution halben rationem zu geben. Habe erſtlich die Knaben die Vocabula lehren laſſen, ſie darnach zum exponiren gewehnet aliquot Dialogorum, Officiorum Ciceronis, haben den Pſalterium vertiren, declinirenundconiugiren müſſen. Und weil die Knaben die praecepta nicht ſo bloß faſſen noch begreiffen kônnen, ſo habe er ex probatis authoribus exempla colligirt, daß die Knaben dieſelben exponiren, und darauß den uſum faſ-*

ſen

ſen und lernen können. Habe alle Verba Imperſonalia zuſammen geleſen, einen Tractatum angefangen auf alle Particulas, dieſelbigen wiederum dividirt; die Nomina Mixta hab er auch zuſammen getragen und dividirt, daß ſey ein ſchwer Ding, und hab es vor ihm noch niemand gethan, noch ſich deſſen unterſtanden: damit werde der Schulen treflichen gedienet. In Syntaxi habe er 64 Appellationes auf alle Reguln und Exempla geſchrieben, voll 3 Bogen. Wann nun die Knaben ſolches exponiren, nicht könne es feylen, es werde etwas von ihnen eingenommen. Nun mögte er gerne wiſſen, weil er all ſolche Arbeit und Fleiß dabey thäte, ob er deswegen in den Bann zu thun, daß auch Linacer gethan hat vor ihn. In Dialecticis habe er auch etwas ſonderliches gethan, welches er nicht wolle verachten laſſen, ſonderlich das Buch de Propoſitionibus Compoſitis. Plura ad hoc momentum ſpectantia, tam a Pouchenio quam Crugerio prolata, leguntur in cit. Act. f. 531. a. ſq. 534. a. 537. a. 548 ſqq. 571. a. 585 ſq. Defendere nouam ſuam docendi rationem voluit Crugerius I *auctoritate Thomae Linacri*, cuius Liber de emendata Structura Latini Sermonis iſto tempore in prima Athenaei noſtri claſſe publice fuit praelectus (15), a cuius methodo ſe non abiiſſe affirmat. Sed Pouchenius l. c. f. 534. b. 586. a. iſtud negat. II *conſenſu Martini Chemnitii*, cui olim Brunſuici in Schola Aegidiana eodem modo docenti non diſplicuerit. Verum & hunc Pouchenius, tanquam teſtis αὐτόπτης, f. 533. a. 584 b ſq vocat in dubium. III. *Teſtimonio Helmeſtadienſi*,

(15) Act. Miniſt. T. II. f. 573. a.

ſtadienſi, quod l. c. f. 576. b ſq legitur, & his honorificis verbis abſoluitur: *Seneca lib. 6. Epiſtolarum ſuarum, quas Poëta & Philoſophus ad amicos ſcripſit, dicit, Philoſophiam tribus rebus animum noſtrum excolere atque exornare, vel tria nobis afferre: ſenſum communem, humanitatem & congregationem. Hasce virtutes omnes in ornatiſſimo & doctiſſimo viro, Collega nuper noſtro clariſſimo, Domino Magiſtro Pancratio Crugerio, Finſteruualdenſi, ſitas eſſe intelleximus, qui dum nobiscum viueret, (vixit autem in ſextum vsque annum) ob eas in primis carus fuit omnibus, maxime vero propter ingenii acumen, quod in ipſo elucebat, & docendi dexteritatem ac facilitatem, quam ſummo ſtudio omnibus probabat, quaque ſtudioſam iuuentutem cum fide & diligentia maxima, publice quidem prioribus annis in Grammatica & Poëtica, poſterioribus vero in Poëtica & Dialectica, priuatim autem in variis artium diſciplinis informabat, vt opera ipſius & nunc temporis Academia noſtra aegre careat. Nec defuit profeſſioni & muneri ſuo in celebrandis Illuſtriſſimi Principis ac Domini Iulii, Brunsuicenſis Ducis & Luneburgenſis, Academiae Iuliae fundatoris & parentis, Domini noſtri clementiſſimi, laudibus. —— Quare de honeſtiſſimo ipſi loco & conditione dignisſima gratulamur, & felicia fauſtaque omnia ex animo precamur, faxit Deus opt. max., vt in docenda & erudienda iuuentute eam Scholae praeſtet operam, qua in Eccleſiam Chriſti & Rempublicam plurimum boni & doctrinae ſalutaris redundauerit. Ad haec omnes bonos enixe rogamus, vt praedictum virum, M. Pancratium, cum propter eximiam ipſius & multiplicem in variis diſciplinis eruditionem, tum & ob humanitatem ſingularem, cum*

grauí-

grauitate ſumma iunctam, ſuo fauore & animi benevolentia complectantur, commodis ipſius ſeruiant, & ſtudia iuuent. In primis vero inclytae vrbis Lubecenſis Senatui amplisſimo ac vniuerſae Reipublicae vnice ipſum commendamus, de quo hoc ſibi perſuadebunt, nullius Rectoris (quae ipſius in docendo eſt prudentia, dexteritas & felicitas) opera, maiori ſuorum cum fructu & vtilitate vti ſe poſſe, quam huius viri. Vt taceamus ipſius in docendo laborum aſſiduitatem & tolerantiam, quae vel maxima in laboribus Scholaſticis virtus eſt, qua ille plures antecellit. At enim vero & hanc laudem Crugerium excuſare non poſſe, demonſtrare conatur Pouchenius, dum diſtinguit loca & tempus, refertque, quod in Crugerium ob methodum docendi nouam & inuſitatam ipſe Academiae Iuliae Senatus iam animaduerterit, quodue Illuſtriſsimus Princeps ei idcirco omni ad Scholam Iuliam reditu interdixerit. Vid. Act. Min. l. c. f. 534. a. 541. a. 586. a. 590. b. 616. a ſq. vbi diſertis verbis ſcribit Pouchenius: *Aliud eſſe, habere praeſtantium virorum teſtimonia magnifica, & itidem aliud: Talibus teſtimoniis per omnia reſpondere & ſatisfacere.* IV *conſenſu Dauidis Chytraei*, quem dubium facit Pouchenius l. c. f. 585 a, eo quod Chytraeus in egregiis ſcriptis ſuis non noua Crugeriana, ſed recepta dudum methodo vtatur. Ipſe vix mihi perſuadeo, Chytraeum omnes Crugeri conatus approbaſſe, iſtud tamen certum, quod aliquos non improbauerit, ipſi Crugerio inter amicos ſuos locum conceſſerit, eiusque ſalutis fuerit ſtudioſus. Docent hoc Chytraei epiſtolae ad Crugerium ſcriptae. Prima in

Epiſt.

Digitized by Google

Epist. Chytr. p. 602 sq occurrens, inter alia haec habet: *Dialecticae illae meditationes, quarum me participem aliquando sermone tuo fecisti, literis consignatae, aeternam tibi laudem & decus parerent, cum praesens certamen euentum, Cynico Germanorum proverbio notatum, tandem habiturum sit. Hoc scio pro certo, vinco vel vincor, semper ego maculor. Quid de Grammatico opere significes, non satis assequor. Existimarem, multo rectius & praeclarius te in Dialecticas illas lucubrationes oleum & operam collocare.* Secunda epistola p. 678 sq obuia, ex qua apparet, Crugerium Chytraeo consilium de loco mutando aperuisse, haec etiam verba continet: *Mea fides & diligentia, si viuam, tibi non defutura est, verum occasiones ac euentus, scis, non in nostra, sed Dei manu esse.* Tertiam ex pag. 685 integram, quia brevis est, volumen autem Epistolarum Chytraei rarius, describam: *S. D. Clarissime vir, amice colende.* Οἱ ἀγαθοὶ κἂν ἀντὶ μικρῶν ὅιδασι χάριν. *Quod igitur exigua haec & multo voluntate mea minora tenuitatis meae officia hospitalia non ingrata fuisse ostendis, magnam tibi me gratiam debere fateor. Nathanem Stetini fuisse, vere ad te delatum est, sed hinc non discedet. Et Stetinensis Gymnasii Rector iam constitutus esse dicitur. Velle me tua causa honesta omnia, non dubites, nec beneuolentia, fides & diligentia tibi mea defutura est, sed occasiones & euentus, scis non in nostra, verum Dei solius esse potestate. De Dialecticis meditationibus tuis, cum literaria Republica communicandis, quaeso, vt cogites & constituas. Bene & feliciter vale. Idibus Iulii.* Ex quarta denique, quae extat pag. 821 sq, haec excerpo: *Dolorem mihi nuncius*

nuncius de praesenti conditionis tuae statu attulit —— —— *Scripseram de te, antequam ista mihi acciderunt, ad Nicod. Frischlinum, qui ab Hildesiensi Senatu quaeri Rectorem pietate, doctrina & autoritate praestantem indicarat, vt ex adiuncto exemplo cernes, ac Senatum de te vocando deliberasse scio. Quod, nisi adversarii tui amici dissuadeant, successurum spero.* Ad tantos viros, doctrinae suae arbitros cum provocaret Crugerius, Pouchenius iis Ouenum Guntherum, Ioannem Caselium & alios, methodum Crugerianam omnino improbantes, opponebat. Vid. Act. cit. f. 531. a. 583. a. 601. a. Pleraque igitur Crugerii studia Pouchenio displicuerunt: quaedam tantum suo calculo non indigna deprehendit. Haec sunt *studium Hebraicum*, *exercitia Stili* & *Poëtica*, de quibus pauca sunt scripta in Act. cit. f. 606. b. 585. b. 586. b. Neque Crugerio litem esse motam ob *Declamationes* (quas saepius eum & Latino & Graeco sermone, tam libero, quam metri legibus adstricto, instituisse annotauit Bangertus in Catal. Rector. p. D 2), ex f. 605. a. apparet. Idem sine dubio iudicandum est de *Thesibus*, quas nonnunquam in Auditorio publice discutiendas exhibuit, quarum exemplum ad annum 1586 se reperisse, docet Bangertus l c.

§. VII.

Contentioni quoque materiam praebuisse *disciplinam scholasticam*, deprehendo. Haec vti inter eas res, quae vitam scholasticam reddunt miseram, molestam, difficilem, primum

mum fere locum obtinet, ita etiam Crugerius eam non potuit ſic adminiſtrare, vt in nullas cenſuras incurreret. Vid. Act. cit. f. 557 ſqq, vbi docetur, quod in diſciplina nullam obſervarit aequabilitatem, modo nimis lenis, modo nimis rigoroſus, & carnifici, quam praeceptori cum ſeueritate prudentiam coniungenti, fuerit ſimilior. Equidem modum nonnunquam & in ſeueritate, & in lenitate eum excesſiſſe, quis non credit, qui ſequentia ex Act. cit. f. 580. b: *In der Wiederlegung ſchweiget er ſtille zu der wahrhafftigen Beſchuldigung über ſeiner mehr den Orbiliana ſaeuitia & crudelitate in diſciplina ſcholaſtica, auch bißweilen ſchädlicher indulgentia & patrociniis petulantisſimorum nebulorum, deren etliche auch wol in der Kirchen ſub diuinis ihren Praeceptoribus Trotz und die Feuſte bieten dürffen. Auch wol, wie ein homo furioſus, Beil und Axte wieder fürnehmer Leute Kinder in der Schulen dermaſſen gebraucht, daß ſie dadurch wegen ſeiner Tyranney ihren armen bedruckten Eltern entlauffen, und ſie länger denn in Jahres Friſt nicht haben wiſſen können, wo ſie hingekommen*, legerit, & cum iis, quae f. 535. a. b. 541. b. 598. b ſcripta ſunt, contulerit? Quis vero ſibi etiam non perſuadet, facile eum (quis enim non humani quid patitur?) potuiſſe ad ſummum rigorem inflammari ſcholaſtica ſeditione (*Aufruhr, ſo ſich in der Schulen wieder ihn erhoben*), de qua ipſe in libello accuſatorio conqueritur? Vid. Act. cit. f. 517. b.

§. VIII.

Aluerunt porro litem hanc multa alia, quo-

rum Crugerius fuit accuſatus, Accuſabatur *contemtae inſpectionis ſcholae*, in qua tamen non videtur, niſi quod nimium eſt, & Scholis magis nocet, quam prodeſt, inuito animo admiſiſſe, reliquum libenter paſſus. Vid. Act. cit. f. 515 ſq. Accuſabatur *iniuriarum Collegis illatarum.* Vid. l. c. f. 535. b. 584. a. Accuſabatur *illiciti commercii cum ſacrificulis Pontificiis.* l. c. f. 537. b. 538. a. b. 539. a. 554. b. 558. b. 562. b. 575. a. b. 589. b. 611. a ſqq. Accuſabatur *inconſtantiae in docendo* l. c. f. 531. b: *Iſt in ſeiner inſtitution ſo varius und inconſtans, daß man nicht wiſſen kan, mit wem ers halte. Denn bald iſt er Ramiſch, bald etwas anders, und muß gar nichts in artibus dicendi ihm gut genug ſeyn.* f. 594. b: *Wie gewiß ſeine priuata ſtudia fundiret ſeyn, zeigt das Werck an ihm ſelbſt. Denn was er für hohe Kunſt und Weißheit mit hohen ruhmrâhtigen Wortern (als: Hoc meum eſt. Hoc ego primus omnium inueni. Haec mea eſt diligentia priuata. Magno mihi labore hoc conſtitui) eins Tages fürgegeben, eben daſſelbige hat er alſobald wiederum des andern Tags, oder bald hernach, als ungewiß verworffen, und aber ein anders an deſſen Stete gegrillet, wie der Diſcipulorum Bücher zeigen, darinn ſie ſolch Ding aufgezeichnet, auch ândern müſſen.* Accuſabatur *diſcordiae inter Senatum & Miniſterium quaeſitae.* f. 560. b. Accuſabatur *diſcordiae inter Mini-*

Miniſterium & Scholam excitatae. f. 562. a. 602. b ſq. Accuſabatur *horarum publicarum neglectarum.* f. 554. b. 562. b. Accuſabatur *Examinum ſophiſticorum* f. 561. b, aliarumque rerum, quas omnes enarrare, nimis longum foret.

§. IX.

Quid vero inde poterat aliud, quam Athenaei ruina ſequi? De hac ſaepius loquuntur Acta. Sic Pouchenius f. 534. b: *Iſt derhalben klar, daß ſeine priuat-Grillen, als unbeſtändig, ungegründet, der Schulen geſchadet, aber nichts genutzet, die viſitatas regulas artium dicendi mehr obſcuriret, denn erklâret, die Jugend mehr aufgehalten, denn befördert, die Schule ledig, und nicht frequentem gemacht.* f. 536. a: *Er iſt der Schulen Untergang zu verantworten ſchuldig, und niemand anders.* Crugerius f. 574. b: *Er hab 10 Knaben in prima Claſſe.* Pouchenius f. 586. b: *Hat die Jugend erbârmlich in ſtudiis gehindert, die Schule ruiniret, und gute Leute, beyde in Senatu & Miniſterio noſtro, auch in der Bürgerſchafft ihre Kinder anderswohin mit ſchweren Unkoſten zuſchicken, beweget. Auch ſo alhie frembde Knaben geweſen, ſind ſie wiederum durch ihre Eltern und Freunde, unter welchen auch Hr. D. Simon Pauli Sohn iſt, abgefordert worden.* Conf. f. 592. a. Auxit ruinam Scholae *Chorus Symphoniacus*, Crugerii tempore ſublatus. Vid Act. f. 558. b. Quae omnia efficiebant, vt, licet Crugerius in ipſo Patrum Conſcriptorum

ordine patronos haberet (16), non ſolum a Senatu reprehenderetur (17), verum tandem etiam ab officio, ſaepius antea ei renunciato (18), remoueretur. Actum iſtum Pouchenius in Eberi Calendar. Hiſtor. ad d. XXIX Octobr. manu ſua ſic deſcripſit: *Hoc die a Senatu Lubecenſi remotus eſt a Gymnaſiarchia M. Pancratius Crügerus, ob ſimultates & manifeſtas inimicitias, quas aliquot annis aduerſus Superintendentem me, & M. Michaelem Rhau, Paſtorem ad D. Virginem, palam & furioſe exercuit. Et manu ſtipulata iuramenti loco promiſit, nec ſe ipſum, nec per alium, publice, aut priuatim, ſcripto, aut voce, hac de cauſa quenquam conuiciaturum eſſe. Anno* 1588 (19): *Hora 9 antemeridiana, in Conſiſtorii conclaui.*

§. X.

Lubeca egreſſus Crugerius, poſt breue in Academia Viadrina exactum temporis ſpatium, a Goldbergenſibus fuit receptus, & Scholae Aurimontanae an. 1589 IX Cal. Sextil. praefectus. Sed in hoc etiam officio nondum vitae finem expertus,

(16) Queritur idcirco Pouchenius l. c. f. 556. b.
(17) Act cit. f. 561. b.
(18) l. c. f. 556. b. f. 582. b.
(19) Bangertus l. c. habet annum 1589, quoniam eo anno muſei ſui parieti, addito nomine, hoc diſtichon inſcribendum curauit:

Dum ſtudeo ante alios tenerae prodeſſe iuuentae,
Ante alios hominum praemia more fero.

Sed haud dubie ob imminentem hiemem Lubecae in annum 1589 ſubſtitit, licet ſub finem anni 1588 iam eſſet munere abdicatus.

Digitized by Google

pertus, verum cum in Academia Francofurtana Ioachimus Garcaeus, Graecae linguae Profeſſor, moreretur, eidem fuit ſuffectus, in qua ſtatione an. 1614 vitam cum morte commutauit. Vid. Io. Chriſtoph. Becmani Notit. Vniuerſit. Francof. pag. 70. Varia, ſane non inelegantia, edidit ſcripta Poëtica, Graecaalia, quorum quae mihi innotuerunt, indicem ſubiiciam. Sunt autem

Carmen, cuius inſcriptio: *Qua & magnificentia atque amplitudine, & religione pietateque, mirifico cum applauſu populi ac piorum omnium, illuſtriſſimus Princeps & Dominus D. Iulius, Dux Brunſuic. D. Henrico Iuniori Patri ſuo, Wolffenbytii funus fecerit, carmine indicatum.* Lipſ. 1568. 4. Vid. Cl. Iaenichii Luſat. Literat. Diſp. II. p. D 2.

Carmen Iulio Duci oblatum, in quo muſae introducuntur. Extat in Introd. Acad. Iul.

Hiſtoria baptizati Chriſti, Latino & Teutonico carmine expoſita cum baptizaretur Iulii Ducis filiola, Dorothea Auguſta. Henricop. 1577. 4.

Catalogus Epiſcoporum Halberſtadienſium, a Caroli M. Imperatoris temporibus, ad haec vsque contextus, miſſusque ad Reuerendiſſimum & Illuſtriſſimum Principem ac Dominum, D. Henricum Iulium, iam pridem Poſtulatum, & VIII die Decembris hoc anno Chriſti 1578 introductum Epiſcopum eius Dioeceſeos, Ducem Brunsuicenſem & Lunaeburgenſem &c. Academiae Iuliae Rectorem primum & perpetuum; tum ad Decanum & vniuerſum Cathedrale Capitulum, a Pancratio Crugerio, Finſtervaltenſi, Academiae Iuliae Profeſſore. Henricopoli. 1578. 4. Carmine heroico nitido hoc ſcriptum eſt conſignatum.

De peruetuſtis ac nobiliſſ. duabus Saxoniae familiis, Schuicheldia & Hoimia, Liber, illuſtribus aliquot rerum Saxonicarum hiſtoriis aſperſus: & Nuptiis Cunradi a Schuichelde, Henrici Iulii, Epiſcopi Halberſtadenſ. Ducis Brunſuic. & Luneb. Conſiliarii ſummi, & Eliſabethae ab Hoim paratus. Helmeſt. 1580. 4. Heroico carmine hic liber exaratus.

Oratio ad Illuſtriſſimum Principem Dn. Fridericum, Ducem Lignicenſem, &c. & ampliſſimos eius provinciae Ordines, habita a Pancratio Crugerio, Finſtrevaldenſi: de Difficultate Scholaſtici Muneris, & quo animo ad id acceſſerit: cum illuſtri Scholae Aurimontanae gubernandae praeficeretur, IX. Cal. Sextiles, An. 1589. Francof. ad Viadr. 4. In hac Oratione licet nullam fatorum Lubecenſium diſertis verbis faciat mentionem, nec vnquam nominet Lubecam, videtur tamen paſſim eo digitum intendere. Sic e.g. pag. B 4 ſq ſcribit: *Illi, illi hominum generi quid facias? qui vt ouibus lupi, equis gryphes, columbis miluii, ita ipſa portentoſa & nefaria natura ſua ſcholarum magiſtris vsque adeo inimici atque infeſti incumbunt, vt nihil reliqui faciant ad ſummam petulantiam, malitiam, furorem, atque ad omne genus acerbitatis, vexationum, contumeliarum; vt dolores ipſis inurant ſaeuiſſimos, nec conquieſcere afflictos, aut liberum ſpiritum ducere exagitatos vnquam ſinant. Nihil his tam ſanctum, quod non cauillis ſuis in ſuſpicionem; nihil tam cautum, quod non in inuidiam; nihil tam praeclarum, quod non in odium rapiant. His in bonos adoleſcentes fauor & humanitas, indulgentia eſt; in im-*

improbiores & contumaces ſeueritas, appellatur crudelitas & tyrannis. Si quid grauiter dictum eſt, aſperitati; ſi quid mitius, remiſſioni animi & negligentiae tribuitur. Si cui in poenis propter ſpem emendationis aliquid eſt condonatum, moderationis minus honeſta ratio interueniſſe fingitur. Si propter ingenii duritiem durius animadverſum, priuata odia & a patrum memoria ſimultates, & immanis vindictae cupiditas falſo proferuntur, & tragice exagitantur. Non referam ominis cauſa, quae in hoc genere experientia, & crebrae bonorum virorum querelae docent. Calumnia, calumnia, inquam, nullibi magis patentem campum habet, nullibi frequentius ſedem figit, nullibi impunius graſſatur ac ſaeuit. &c.

Oratio ſacra auguſto matrimonio Illuſtriſſimi Principis & Domini, Dn. Friderici, Ducis Sileſii & Lignitii, &c. & Illuſtriſſimae Principis ac Dominae Dn. Dorotheae Cimbricae &c. continens Paraphraſin narrationis Moſaicae de Ortu Coniugii, ex Cap. 1 & 2 Geneſeos. In Schola Aurimontana Sileſiorum, publicis feriis indictis, quo die nuptiae in Holſatia celebrabantur, prid. Non. Decemb. an. 1589 recitata. Francof. ad Viadr. 4.

Chryſoris, hoc eſt, de Illuſtriſſimae laudatiſſimaeque Principis & Dominae, Dn. Dorotheae Cimbricae, oriundae e Daniae Regum genere &c. in Sileſiam atque arcem Lignitiam exoptato & felici fauſtoque adventu, qui incidit in menſem Ianuarium an. 1590, illuſtris Scholae Aurimontanae nomine Gratulatio. Vratisl. 4.

Memoria Matthaei a Logau & Altendorff, Imperatoriae Maieſt. Conſiliarii & Praefidis Capitanei Du-

catus Suidniccnſis & Iaurovienſis, pie defuncti in Iaurorum caſtro ad VI Non. Martias. An. 1593. Lign. 4. Heroico carmine hac Memoria eſt adornata.

Diſputationes duae, quarum vna eſt de genere, altera de ſpecifica differentia Tropi. Reſp. Timotheo Crugerio, Pancratii filio. Francof. 1594. 4.

Programma Graeco confectum ſermone. ibid. 1595. 4. Iaenich. l. c.

Programma in funere Io. Henr. Caminaei. ibid. 1599. 4.

Monumentum memoriae Dauidis Chytraei poſitum carmine. 1600.

Programma, quo Iuuentutem ad humanitatis & Philoſophiae ſtudia colenda hortatur, in iisque cum laude verſatos, ad petendos honorum gradus, officii ratione ductus amanter & beneuole inuitat. Francof. 1601. 4. Graeca lingua ſcriptum eſt hoc Programma, in cuius titulo Crugerius ſe vocat *Poëtam Laureatum.*

Monumentum beatis manibus Pauli Meliſſi conſecratum. ibid. 1602. 4.

Carmen, quo gratulatur Sileſiae Duci Academiam Francofurtenſem frequentanti. 1608. 4. Vid. Iaenich. l. c.

Elegia in Funere Sereniſſ. El. Brand. Ioachimi Friderici. 1608. Conf. Iaenich. l. c.

De Profeſſoribus Graecae Linguae, quos primo ſuo ſaeculo habuit Vniuerſitas Francofurtana, Carmen Panegyricum. Vid. celeb. Ludouici Hiſt. Gymnaſ. & Schol. P. V. p. 322.

Re-

Reſcriptum ad Nagelii Aſtronomiam Nouam. Vid. Koenig. Biblioth. p. 225. Witte Diar. l. c. Praecones Crugerii, eiusque ſcriptorum, ſunt Iaenichius l. c. ſcribens: *Edidit neque multa, neque magna, eius tamen nonnulla generis, ſpectatim poëmata, quae tum indolis elegantiam, tum felicisſimum praeſe ferunt ſtudium grauitatem imitandi Virgilianam;* nec non Cunradus in Proſopog. Mel. Millen. l. p. 38 canens:

Attydis & Latii Seiren Pancratius hercle eſt,
Quae Viadri ad ripas Muſica corda trahit.

Addatur, quem primo loco nominare debuiſſem, Henricus Brockeſius, magnificus quondam Conſul Lubecenſis, cuius elogium, quo Crugerium, praeceptorem ſuum, ornauit, Athen. Lub. P. I. p. 127 iam dedi legendum.

§. XI.

Collegas Crugerii enarraturus Bangertus l. c. nominat primo M. NICOLAVM VORSTIVM, Conrectorem, M. ANDREAM POVCHENIVM, Subrectorem: non commemorat autem Pouchenii ſucceſſorem, M. GEORGIVM HENNINGIVM, Dithmarſum, quem, in Academia Iulia viuentem, iam eo tempore, quo Crugerius Lubecam vocatus, ſpem habuiſſe adipiſcendi Subrectoris munus, & illud adeptum, lectionem ſacram loco Crugerii aliquandiu tractaſſe, ex Actis Miniſt. Lubecenſis ſupra §. 5. eſt demonſtratum. Legi *Ἐπιθαλάμια ſecundis nuptiis ornatiſſ. iuxta ac doctiſſ. viri D. M. Georgii Henningii, Subrect. Schol. Lubecenſium, Praeceptoris fidelisſimi, & honeſtisſimae pudicisſimaeque Ma-*

tronae, Iudithae, R. D. Ioachimi Holtmanni, b. m. relictae viduae, obseruantiae ergo sacrata a Discipulis. Lubec. 3 Id. April. 1589. 4. Discipuli autem erant *Martinus Reinboldi*, Weidensis: *Iob. Rhau*, Femariensis: *Michael Trostius*, Lubecensis, & *Luderus Desburgus*, Megapolitanus. Vale muneri scholastico an. 1592 dixit Henningius, consecutus Symmystae Cathedralis munia, quae administrauit, vsque dum an. 1616. d. 7 Sept. e vita migraret (20). In Actis Minist. Lubec. T. V. P. I. p. 115. b. haec de Henningio occurrunt: *Den 7 Sept. 1616 ist M. Georgius Henninges, Archi-Diaconus zum Thum, seelig in GOtt entschlaffen, als er an der Schulen albie in Subrectoratu gedienet 12 Jahr, im H. Ministerio aber 26 Jahr.* Quae verba alium plane calculum, quem, fateor, me cum reliquorum relationibus conciliare non posse, suppeditant.

§. XII.

Citantur porro collegae Crugerii M. IOANNES MEINEKE, Cantor; IACOBVS ab HOEGE: IOACHIMVS PASCHASIVS, qui, an. 1583. d. 24. Octobr. Symmysta Trauemundanus vocatus, Scholam reliquit; & NICOLAVS BALHORNIVS, quorum in antecedenti capite mentio iam iniecta. Accesit HENRICVS SCHVTTE, qui sub solo Crugerio occurrit.

§. XIII.

Restant tres noui Collegae, Rectore Crugerio introducti. Primus est IOANNES MENAR-

(20) Mellii Gründl. Nachr. von Lubeck p. 147. 227.

Digitized by Google

NARDI, Anhaltinus. Secundus M. NICOLAVS IVNGIVS, Lubecenſis, magni iſtius Philoſophi, *Ioachimi Iungii*, pater (21), qui, teſte Martino Fogelio in Hiſtor. Vit. & Mort. Ioach. Iungii ap. Witten. in Memor. Philoſophor. Dec. VI. p. 261, *an.* 1589 *violenta morte ereptus. Cum enim ex conuiuio laetus domum pergeret, gladio eum inuitus quidam confecit, aduerſarium ſuum hunc eſſe ratus.* Tertius eſt M. IOACHIMVS DREIERVS, Lubecenſis, qui ab anno 1587 vsque ad annum 1630, adeoque per 43 annos Gymnaſii noſtri fuit Conrector. Vitam eius, laudes & merita complectitur Oratio Kirchmanniana, Athen. Lubec. P. III. p. 417 ſqq inſerta. Hic pauca adiiciam, quae ad nomen, ſtudia & laudes Dreieri pertinent. Nomen eius, tum alii, tum praecipue Ioannes Caſelius, intimus Dreieri amicus, nonnunquam per *Tornaeſium* expreſit. Docent hoc ſcripta Caſeliana, quae in Bibliotheca publica Lubecenſi aſſeruantur. Studia ipſius fuiſſe in primis Graeca, oſtendunt pereximia illa *Carmina Graeca*, ab illo concinnata, quae in eadem Bibliotheca (22) ſuperſunt. Vnde etiam Ioachimus Morſius, maximis Dreieri amicis accenſendus, in Diar. Apodemic. f. 713. b. eum *Graecum inſignem* appellat. Laudes illius amplificat perinſigne iſtud elogium, quod Act. Miniſt. T. V. P. I. f. 209. a. b. in Hunnii & Paſtorum Scripto de emendanda Schola 1630. 13 Febr. conſigna-

(21) Vid. Athen. Lubec. P. III. p. 432.
(22) Miſcell. Vol. Ee.

signato reperitur, & sequentibus verbis absoluitur: *Zum nothwendigen Fundament einer guten Reformation wollte dienen, wenn man des Hn. Conrectoris hohes Alter und gegenwärtigen Zustand in Acht nehme. Und weil wir ihn mehrstentheils als unsern getreuen und lieben Praeceptorem ehren, sämtlich aber das mit Wahrheit zeugen müssen, daß so lang dieser ehrliche fromme Mann die Leibes Kräffte gehabt, er sein Ampt nach höchster Treue und Fleiß verrichtet, auch bißhero, und auf diese Zeit über sein Vermögen arbeitet, als bitten wir, bey unser lieben Obrigkeit es dahin zu disponiren helffen, daß er nunmehr, als er bey 43 Jahren in der Schul unverdrossen gearbeitet, rude donirt, mit einer ehrlichen prouision versehen, ihm das residuum vitae in Ruhe zuzubringen, vergönnet, seine getreue Dienste belohnet, und ein tüchtiger junger Mann, der zur Arbeit wol qualificiret, an seine Stat verordnet werde.* Conf. Athen. Lub. P. III, p. 471.

§. XIV.

Post dimissionem Crugerii GERARDVS SCHVRMANN accesit. Hunc an. 1588. XVI Kal. Decembr. Formulae Concordiae nomen dedisse, ex ipso codice, in quo sunt subscriptiones, perspexi. Mortem ipsius Bangertus l. c. p. D 2 ad annum 1616: Mellius autem l. c. p. 229 ad an. 1613. 4 Februar. retulit.

CAPVT

CAPVT XII.

De

Rectoratu

M. MICHAELIS RACKELMANNI.

A. 1589 —— 1593.

§. I.

EXcepit Crugerium M. MICHAEL RACKELMANNVS, Weida-Variſcus, quem an. 1589. d. 30 Octobr. hic Formulae Concordiae ſubſcripſiſſe, citatus codex teſtatur. Vitam eius nemo, quod ſciam, litteris plene conſignauit. Pauca haec modo habet Io. Auguſtin. Egenolfus, Schol. Crucian. Dresdenſ. Rector, in Catal. Schol. Cruc. Dresd. Collegar. ad calcem Programmat. Scholaſticor. Dresd. 1701. 8. pag. 513 ſq: *M. Michael Rackelmann, Weidenſis Variscus, Rector factus anno 1585, officio ſuo praefuit triennium, vsque ad annum 1588, quo fatali quodam malo praeter ſpem & culpam oppreſſus, & ſtatione ſua expulſus, in exilium ire coactus eſt, ex quo tamen poſt paucorum annorum decurſum reuocatus, in Schola illuſtri Misnenſi prouinciam Conrectoris adminiſtrauit.* Videtur autem ignoraſſe Egenolfus, quod Rectoris munus per quatuor fere annos in noſtro Athenaeo ſuſtinuerit. Quae fuerint cauſae, ob quas *abdicare ſe Rectoratu*, teſte Ban-

Bangerto l. c. p. D 2 b, *necesse habuerit, & an.* 1593. 9 *Febr. hinc in patriam concesserit*, non ausim dicere. Bene eum hic res suas egisse, concludere licebit ex hoc, vt vulgo vocamus, Postscripto epistolae Andreae Pouchenii ad Polyc. Lyserum 9 Ian. 1593 scriptae, ineditae hactenus, sed a celeberrimo Starckio in Lubeca Lutherano-Euangelica edendae: *Dn. M. Michael Rackelmannus vocationi Misnensi morem geret, & missionem a nostris adeptus, vt hinc ad diem Purificationis iter ingrediatur. Inuitus patior eum a nobis auelli.* Accepit autem munus Conrectoris in Schola Misenensi, eodemque ab an. 1593-1609 functus est. Vid. Catalogus Conrectorum Scholae Misenensis, quem Cl. Schreberus Vitae Georg. Fabricii, Chemnicensis, adiecit. Extat ad hunc Rackelmannum epistola Dauidis Chytraei, in qua eum laudat & consolatur. Vid. Epist. Chytr. p. 726 sq. Ceterum istud non est omittendum, quod Rackelmannus inter discipulos suos habuerit duos, qui principibus Theologis Lutheranis accensentur. Hi sunt *Fridericus Balduinus*, qui Dresdae audiuit Rackelmannum, laudatum idcirco in Memor. Balduin. ap. Wittenium Memor. Theologor. Dec. II. p. 270: *Henricus Höpfnerus*, quem Misenae M. Danielem Menium, Rectorem, & M. Michaelem Rackelmannum, Conrectorem, praeceptores nactum esse, ostendit Memor. Höpfner. l. c. Dec. IV. p. 495.

§. II.

Collegas Lubecae inuenit Rackelmannus M. IOACH. DREIERVM, Conrectorem, M. GEORG.

GEORG. HENNINGIVM, Subrectorem, IOANNEM MEINEKE, Cantorem, GERHARDVM SCHVRMANNVM, & haud dubie plures. Tres autem ipsius tempore noui sunt electi. Primus est MARTINVS NORDMANN, Lubecensis, qui an. 1590. d. 19. Nov. scripto nomine suo Formulae Concordiae se addixit. Sequitur M. GEORGIVS MEISNERVS, Lubecensis, vir & fide & doctrina insignis, qui Subrectoris munia ab an. 1592 vsque ad an. 1597 (hoc enim anno d. 22 Octobr. pestilentia correptus, obiit) tam laudabiliter gesit, quam legitime impetrauerat. Testes produco duas Epistolas, quas autographas vir & splendido genere & solida eruditione conspicuus Dn. Hermannus Henricus a Dorne beneuole mecum communicauit. Vna inscribitur: *Splendore generis, magnificentia, prudentia, virtute, rerumque vsu eminentissimis Viris, Dn.* Hermanno a Dorne, *ac Dn.* Theodorico Brömsen, *liberae & Imperialis Reip. Lubecensium Consulibus, Scholaeq; Catharinianae praefectis dignissimis: Dnis ac fautoribus suis vnice colendis.* His autem absoluitur verbis: *S. P. Ingratus plane sim, meique dissimillimus, Viri nobiles, Consules prudentissimi, Patres patriae, nisi vos venerer, & in oculis feram: cum quod sumptus liberaliter concessistis, tum quod praeclarum de me promouendo iudicium non ita pridem concepistis, mihique nil tale cogitanti prae multis aliis functionem minime aspernandam vltro obtulistis. Ago igitur & habeo vestris amplitudinibus gratias, quas mente concipere possum maximas: omni contentione elaboraturus,*

vt

vt nemo neque sumptibus mihi collatis se defraudatum, neque honesta illa ac praeclara de me opinione falsum fuisse, vnquam conqueri possit. Ad prouinciam oblatam quod attinet, viri amplissimi ac Maecenates colendi; etsi res meae, Dei beneficio, ita comparatae sunt, vt breui in celebri ac honesto loco, functione aliqua splendida (obligatione tamen salua) frui potuissem: tamen vestro amplissimo de me iudicio obedienter, prout par est, & gratum alumnum decet, morem geram, meque ad praefinitum tempus vestris magnificentiis (Deo iuuante) sistam. Nec enim ignoro, quam detestandum vitium sit ingratitudo: & quod partem nostri ortus sibi vindicet patria. Faxit Deus Opt. Max., vt cedat vocatio haec legitima ad nominis sui gloriam, & Ecclesiae ac Scholae, adeoque totius Reip. Lubecensis emolumentum. Mihi vero adsit Spiritus sanctus, vt (quod saepius optaui) in omnes grati animi significationes erga patriam elaborare, eidemque beneficia accepta longe maxima abunde rependere queam. Valete Viri prudentissimi, meque vobis deinceps similiter commendatum habete. Scripsi Tubingae, VII Idus Iunias, anni salutis cIↃ IↃ XcII. Alterius Inscriptio est: *Magnifico, amplissimo & prudentissimo viro Dn.* Hermanno a Dorne, *inclytae Lubecensium Reip. Consuli dignissimo, Domino ac fautori suo eximie colendo.* Ipsa epistola sic habet: *S. P. Ex litteris cum publicis, tum priuatis per tabellarium huc missis, Amplissime & prudentissime Consul, fautor omni obseruantiae genere honorande, haud obscure deprehendi, quanto me fauore prosequatur non tantum T. Ampldo., sed communis etiam nostra patria, quae*

ad

ad Scholae prouinciam obeundam me alumnum ſuum legitime vocat, & beneuole quaſi inuitat. Idem patriae Scholae Rector & ſuo & Collegarum nomine ſatis humaniter hac eadem vice praeſtitit. Hanc veſtrum omnium ergа me humanitatem, beneuolentiam & amorem nonne exosculаrer? qua fronte ſpartam diuinitus oblatam repudiarem? qua audacia patriae, cui me obligatum ſentio, refragarer? Quapropter & gratias immortales toti patriae, in primis vero tuae amplitudini pro oblatis honoribus habeo, & vobis ſignifico, me (ſi vitam viresque conceſſerit Deus) ad ſuſtinendum munus ſcholaſticum dicto tempore venturum. Quanquam enim ſtrenui & nobiliſſimi Riedeſelii in Eyſenbach id iam totis viribus agunt, vt apud Illuſtriſſ. Principes Vinarienſes (qui ſingulari gratia praedictos nobiles amplectuntur) mihi vel profeſſionis quendam locum in Academia Vitebergenſi, vel Rectoratum in aliqua Misniae Scholа impetrent, meque haud dubie ante autumnales Francofurtenſium nundinas promotum cupiant: tamen memor fidei datae, beneficiorumq; in me collatorum, litteris hisce promitto, me, poſthabitis in poſterum ceteris functionibus, in patriam reuerſurum, oblatum munus ſumma fide ac diligentia adminiſtraturum, & boni praeceptoris officio pro virili functurum. Domum reuerſurus Spiram me deportabo. Licet autem per aliam viam in patriam redire mallem, quam vrbem antea viſam reuiſere: tamen vt Hermannum noſtrum conueniam, eiuſque conſilia & vitae ſtatum explorem, iter iſtud lubens repetam: praeſertim cum a T. A. hoc facere iubear, idemque per literas Spira heri acceptas Dnus Hermannus a me petat. Breuitati & nuditati harum litterarum ignoscas, Maecenas optatiſſime, etiam atq;

etiam rogo. Stutgardia enim (quo animi causa profectus fui) Tubingam nunc regressus, litteris vnico quasi momento exarandis ita inuoluor, vt respirare vix queam. Maturat enim tabellarius abitum, cum meum reditum hic per triduum praestolari coactus sit, qui si fortassis vltra tempus me absente detentus fuit, obnixe rogo, vt ne huius exiguae moraе culpam sustineat, poenasue luat. Intra paucos dies plura ad T. P. scribam: Spiram ad Dn. Hermannum litteras missurus. Valeat T. A. cum coniuge & liberis dulcissimis, iisque officiosissimam a me salutem annunciet, meque pristino fauore in posterum quoque complecti non desistat. Dabantur ocyssime Tubingae VII Idus Iunias, anni χριστογονίας cIↃ IↃ XCII.

Ad perinsignia Meisneri in Athenaeum nostrum merita istud etiam pertinet, quod effecerit, vt D. Otto Gualtperius eidem praeficeretur, de qua re in sequenti Cap. XIII. plura. Quanti eum, publico officio nondum admotum, fecerint viri docti, docent Προπεμπτικα *duo, quorum prius in honorem & gratiam nobilissimi atque eximiae spei adolescentis, Hermanni Riedesseln, strenui nobilissimique Dn. Volperti Riedesseln in Eisenbach, viri prosapia & stemmate, pietate, doctrina, omnique virtutis genere maxime conspicui, filii: nec non doctissimi atque ornatissimi viri M. Georgii Meineri honorem, dulcis recordationis ergo compositum a M. Ioanne Vrsino Deissellano, in illustri Paedagogeo Marpurgensi Praeceptore.* Marpurg. 1591. 4. Mortuo Meisnero hoc scripsit elogium ciui & collegae Ioachimus Dreierus:

Ergo qui Sophiae mystes, castaeque Mineruae,
Vraniae, Themidi cultae, Phoeboque sacratus,

Atq;

Atque adeo Christo, rutilis qui praesidet astris,
Liquerit auricomi Meisnerus lumina solis?
Nomen perpetuo vt tenebris condatur opacis?
Sic vulgus: quod idem Virtus negat, ipsa vetatque,
Grande nefas hoc esse rata, vt qui castra secutus
Phoebea, obscuris inglorius erret in vmbris.
Ergo quidem fato Meisnerus mersus acerbo est,
Vt nunquam redeat consuetae ad munia vitae,
Ast virtus, probitas, candor, tam nobile pectus,
Ingenii dotes., Phoebi seruantur in arca.

Epistola Sam. Huberi ad Meisnerum in Goetzii Act. Huberian. p 4 sq legitur. Reliqua ad Meisnerum spectantia Gualterius singulari complexus est Oratione, quam, lectu dignam, Athen. Lubec. P. III. p. 479 sqq inserui. Pertinent huc in primis ea, quae p. 512—514 leguntur. Superest CHRISTOPHORVS DASTORFF, qui etiam Rackelmanni tempore, anno nimirum 1592, in collegium scholasticum fuit cooptatus. Erat ille patria Vinariensis, & in Scholam introducendus an. 1592. d. 24 Octobr. Formulae Concordiae subscribebat. Fungebatur munere scholastico ad an. 1598, cuius anni die 1 Iun. Templi Mariae Magdalenae sacri, vulgo ad Arcem, Ecclesiastes eligebatur, qua sparta mors eum an. 1613. d. 25 Maii priuauit. Vid. Mellius l. c. p. 166.

Digitized by Google

CAPVT XIII.

De *Rectoratu* D. OTHONIS GVALTPERII.

A. 1593——1613.

§. I.

VAlet omnino ad laudem Athenaeo noſtro, quod Theologiae Doctorem habuerit Rectorem. Eſt is OTTO GVALTPERIVS, Rotenburgenſis Haſſus, quem Ioan. Chriſtoph. Kalkhoſius in Haſſia Literata ap. Ludouicum in Hiſt. Gymnaſ. & Schol. P. I. p. 87 natum eſſe an. 1546 affirmat: Meisneri autem epiſtola, mox exhibenda, annum 1555 oſtendit. Didicit in Academia Marpurgenſi, inque eadem publice Graecas & Hebraeas litteras docuit. Summis quoque in ſanctiori diſciplina honoribus fuit inſignitus. Candidus ceteroquin Lutheranae veritatis teſtis, etſi aliquando in Calvinismi ſuſpicionem inciderit. Hunc Theologicum candorem, praeter alia, declarauit *Oratione pro Defenſione Lutheri, Lutheranorumque doctrina: oppoſita Orationi Alberti Hungeri, Ieſuiticae ſectae Profeſſoris & Procancellarii Academiae Ingolſtadienſis, in qua malitioſe conatus eſt Theologiam Lutheri, Caluini, aliorumque, vt ipſe ait, nouatorum, cum Philoſophia Epicuri ſic comparare, vt tandem petulanter aſſerere haud vereatur, Lutheranismum nil aliud eſſe, quam perſe-*

perfectum Epicureismum, & contra Epicureismum nil aliud, quam imperfectum Lutheranismum. Habita Marpurgi in solenni XXVI Baccalaureorum renunciatione, Marp. 1590. 4. in lucem emissa. Etsi vero viueret in splendore Academico, nullus tamen dubitauit, eundem cum squalore Scholastico permutare. Video non solum ex litteris Aegidii Hunnii, Athen. Lub. P. I. p. 47 sqq exhibitis, verum etiam ex epistola M. Georgii Meisneri, ad laudatum Hermannum a Dorne, Consulem Lubecensem, scripta, de eo Musis nostris Catharinianis praeficiendo iam anno 1589 (quo Rackelmannus Rectoris munia obtinuit) fuisse cogitatum. Digna est haec epistola, quae, adhuc inedita, ex αὐτογράφῳ hic inseratur & conservetur. His autem concepta est verbis:

S. Litteras tuas, Consul & Mecoenas amplissime & prudentissime, vna cum ducentorum thalerorum fasciculo, quem secum vexerat, ciuis noster Magnus T. VIII Idus VIIbres in oppido Kirchhaim mihi reddidit. Ex quibus sane cum singularem tuam erga nos beneuolentiam, tum paternam in promouendis studiis nostris curam abunde iterum deprehendimus, gratisque animis agnoscimus. Postridie eius diei Marpurgum reuersus, dimidiam argenti huc missi partem Rotenburgio tradidi: septuaginta thaleros ad Hermanni vsum impendendos retinui: quod reliquum fuit, mihi seruaui. Magnas vero gratias T. Amplni pro hisce & reliquis omnibus in me collatis beneficiis ago, & vt eandem mihi porro benevolentiam exhibere dignetur, etiam atque etiam oro. Si quid fuerit, in quo vel opera mea qualicunque filio Hermanno vicissim vsui esse, vel fideli inspectione ipsum

in officio retinere potero, nervos profecto intendam omnes, vt in me nihil quicquam desideratum videatur, sed vt promissa multoties a me facta prompte conficiantur & fideliter seruentur, ne te vnquam, Vir magnifice, phaleratis dictis a me ductum, & vana spe lactatum fuisse, conqueri possis. Artificem laudabit opus; probat exitus acta. In disputando, vt nuper scripsi, filius T. Amplnis pulcherrime stetit. Contrarium nemo (nisi quis forte calumniari & egregie mentiri velit) loquetur. Idem filius tuus, Vir amplissime, ante dies XIV in priuato collegio feudali sub praesidio Dn. Eberhardi Bornhorsti I. V Cand. de conscriptis thesibus: Ad quos amissum feudum reuertatur, laudabiliter disputauit. Eandem deinceps quoque diligentiam atque industriam, dum Marpurgi vixerit, me suasore & impulsore, in studiis adhibebit, & non modo nihil fere pecuniae frustra hic consumet, sed & ita litteris tinctus, morumque elegantia cultus domum aliquando reuertetur, vt magno parentibus solatio, cognatis eximio honori, toti denique patriae singulari praesidio & ornamento esse queat. De ipsius pecunia mihi concredita nihil exponetur, nisi quod aut summa flagitarit necessitas, aut ipsa popposcerit honestas, id quod ex rationibus imposterum mittendis liquido apparebit. Porro de Rectore patriae Scholae praeficiendo quaedam occurrunt scribenda, praesertim cum T. Amplᵈᵒ in proximis litteris me eius rei admonuerit. Postquam nuper animi causa cum Rev. & Clariss. Viro Dn. D. Hunnio, praeceptore meo summa fide colendo, deambulatum exieram, sermo inter nos fortuito ortus de patria ciuitate & schola. Coepi ego,

inter

inter reliqua commemorare, amplisſimum patriae meae Senatum de Rectore quodam, viro inſigniter docto, & prudentia, auctoritate, rerumque experientia praeſtantisſimo, Scholae noſtrae praeficiendo, anxie laborare. Quod vbi intellexit Dn. Hunnius, ſecum ipſe de huiusmodi viro patriae offerendo deliberauit, & de eodem me probe meditari iuſſit. Poſtridie eius diei poſtquam meditatus ad illum redii, ſententiam rogatus, Rev. & Clariſſ. virum Dn. Othonem Gualtperium, Rotenburgenſem Heſſum, SS. Theologiae Doctorem, Graecarum Hebraearumque litterarum in hac Academia Profeſſorem, ad hanc prouinciam ſuſtinendam caeteris omnibus longe antepoſui. Hanc meam ſententiam ſuo quoque ſuffragio D. Hunnius comprobauit quidem, ſed duplicem ob cauſam ſe eius rei ſuaſorem perhiberi nolle aſſeruit, tum ne tanti viri ſuauitate & familiaritate priuaretur, tum etiam ne eius dem robore illuſtris Marpurgenſium Schola ſpoliata eneruaretur. Sed, Vir amplisſime, ſi quid ponderis vnquam mea apud T. Prud. habuit oratio, ſi verus vnquam Meisneri ſermo fuit, hoc mihi credi velim, vnius Gualtperii ope collapſam fere patriae Scholam erigi, aut vacillantem redintegrari, muniri & ad priſtinum vigorem reduci poſſe. Hic eſt, qui vere lumen & columna patriae noſtrae dici poterit, ſi eius habendi copia dabitur. Hic eſt, qui non modo Scholae maxima cum laude & ſummo discentium emolumento praeeſſe, ſed & irruentes vndiquaque haereſes exterminare, & aduerſariorum tela cum ſcriptis, tum diſputationibus publicis, ſi opus fuerit, fortisſimi inſtar athletae retundere & infringere poterit. Licet vero ſummos in Theologia gradus ante vouennium ob ſingularem eruditionem & ſinceriorem religionem a-

deptus sit, mauult tamen scribendo & disputando, si ita necessitas & officium flagitent, quam concionando facultatem Theologicam exercere. Linguarum multarum scientia instructus, octennium iam est in facultate, seu Senatu Philosophico, & cum Graecae, tum Hebraeae professionis prouinciam sustinet. In Latine loquendo promptus est, expeditus, elegans. In disputando cum Theologice, tum Philosophice exercitatissimus: cuius rei verissimum me possum profiteri testem, qui in collegium ipsius priuatum Theologicum cooptatus, anno superiori viginti & octo disputationibus Theologicis interfui, deque praecipuis fidei capitibus differentem ipsum vna cum aliis audiui. Ad examina tam Academica, quam paedagogica ordinarie officiique ratione inuitari solet, sic vt disciplinam paedagogicam eum intelligere, dubium prorsus sit nullum. Docuit etiam priuatim Dialecticam, Rhetoricam, atque alias nonnullas Philosophiae partes. Ante omnia non possum non mirari innatam eius humanitatem, singularem modestiam, pacis & concordiae amorem summum, debitam in Deum & Magistratum reuerentiam. Et vt semel omnia complectar, quicquid est, candor est, suauitas est, doctrina est. Ineptus sum, qui hoc penicillo duco eius lineas. Nam supra artem est, quicquid GVALTPERIVS est. Quare cum a T. A. intellexerim, quaeri aliquem Scholae nostrae Rectorem ad tingendam probe, imbuendamque politiori literatura iuuentutem, hoc mihi agendum censeo, vt T. Amplni probem meam fidem, & in summa re ornem summam virtutem. Ex multis ergo, quorum hic mores gusto, & venas pene teneo, secerno in primis dictum Gualterium, multis animi dotibus insignem, quo nihil ad functionem istam subeundam puto aptius. Est facilis naturae, vt facile a superio-

superioribus regatur: est pulchrae indolis, vt & pulchre ornetur & pulchre ornet: est mentis optimae, vt optime ametur. Sed haec de animi dotibus. Statura quidem eius minor est, sed corpus robustum: facies ingenua & virilis: barba densa & prolixa. Annum aetatis degit trigesimum quartum, duorum liberorum parens. Non dico haec, vt amicum, alias amore dignissimum, in Vestram insinuem gratiam, aut vobis obtrudam, sed vt patriae scholae, in qua & viuere & mori (si Deo ita visum fuerit) statui, sinceritatem meam probem, eique me bene cupere ostendam. Quod igitur supereſt, hortor & suadeo, vt (nisi forte alium quendam elegeritis) ad hunc virum arcessendum, multum studii adhibeatis, si patriae scholae consultum cupitis. Non dubito, quin Illustrissimi Principes ac Landgravii Hassiae, quorum mercede militat, abeundi potestatem ipsi clementer concesserint, si ab amplissimo Lubecensium Senatu ad prouinciam istam administrandam legitime vocatus fuerit. Consultum autem mihi videretur, vt (si eius opera vti vellet Lubeca) primo statim tempore ad ipsum D. Gualterium tabellarius ablegaretur, per conflatum de ipsius, in subeunda hac functione, animo, (de quo tamen vix dubito) antequam D. D. Landgravius res innotescat. Haec a T. A. subinuitatus pluribus verbis scripsi, non otii, sed summae erga patriam obseruantiae & amoris abundantia. Quam ob causam & Clariss. viro Dn. D. Hunnio fui author, vt vna mecum eadem de re ad T. A. nonnihil perscriberet (1). Quod vt ex singulari quodam erga me patriamque scholam amore a tanto viro profectum est, ita haud exigui apud A. T. momen-

(1) Innuit Hunnii Epistolam, paulo ante a me citatam.

ti fore, prorſus perſuaſum habeo. Vale vir prudentiſſime, libertati ignoſce, & me priſtino fauore complecti perge. Marpurgi XIII KL. VIIIbr. A. cIↃ IↃ XIC.

Sed iſto nondum tempore, verum anno demum 1593, poſt Rackelmanni abitum, Gymnaſium noſtrum Gualtperio fuit ornatum. Hic autem quam libenter ad ſcholaſticum munus ſe vocari paſſus ſit, docet ipſius Epiſtola ad eundem Magnificum Conſulem Dn. Hermannum a Dorne d. 24 Febr. 1593 ſcripta, quam ex αὐτογράφῳ, retenta, quae in illa eſt, ſcribendi ratione, ſubiiciam:

GOttes Genadt durch Chriſtum, benebex Wünſchung aller glückſeligen Wholfarth, unndt endtbietung meines underdienſtlichen Gruſſes iederzeitt zuvohr. Ehrnveſter Hochachtparer, Wholweiſer, Großgunſtiger Herr Burgemeiſter, inſonders vornehmer Herr undt Freundt,

Was E. E. unndt Hochachtpare Gunſten, durch ihren nechſt-abngenommenen Subconrectorem, Dn. M. Georgium Meisnerum mihr zu ſchreiben, unndt vorters durch einen beſondern abgefertigten Botten, verſchienen 22ten Februarii günſtiglich inſinuiren laſſen, betreffend die Wiederbeſtellung des Rectoratus dero löblichen Schul zu S. Catharinen, hab ich empfangend vereleſen, unndt inhaltts nach notturfft verſtanden. Dieweil ich dann in keinen Zweiffel ſetze, demnach E. E. unndt H. A. G. auff meine ringfüige Perſohn zu erwehntem officio Gedancken geſchlagen, Sie werden allerhandt meiner gelegenheit, profeſſion, thun unndt Wandels, auch geneigten ungeſparten Fleiſſes ad informandum ſtudioſae iuuentutis florem, von demſelbigen Magiſtro Georgio umbſtendiglich berichtet ſein, wie ohngefehr

vor

vor dreien Jahren von dem Ehrwürdigen unndt hochgelarten D. Ægidio Hunnio, meinem freundtlichen lieben Gevattern, in gleichem meiner Perſohn halber ettwas vermeldet worden; So kan hierauff ich zur erklärung meines Gemüths unndt erforderter zeittlicher nachrichtung, E. E. unndt H. A. G. nicht verhaltten, das ob whol die ferne des Weges, unndt patrii ſoli dulcedo, mihr ettwas Gedancken machen kondten, jedoch ich umb allerhandt erheblichen unndt zum theil M. Georgio bewuſten motiven (unter denen das Calviniſche Weſen bei uns nicht die geringſt) vor mich in GOttes Nahmen gäntzlich entſchloſſen, uff den Fall ich von E. E. unndt H. A. G. unndt einem Hochlöblichen Weiſen Rath zu Lübeck zu ernentem officio Rectoratus legitime vocirt und beruffen werden ſoltte, dieſelbige provinciam nicht zu detrectiren, ſondern zu underdienſtlichen ehren unndt gefallen einer ſo herlichen berumpten Stadt unndt gemein mich williglichen einzuſtellen, auch bei der lieben ahngehenden blüenden Jugendt daſelbſten ſolchen fleiß, ſorg, ernſt, unndt mühe ahnzuwenden, ſo viel deſſen von mihr nach aller muglicheitt unndt verleihenen Gaben GOttes des Almechtigen beſchehen kondte. Es iſt aber beneben dieſem, Großgunſtiger Herr Burgermeiſter, ahn deme, das ob ich whol vor mein Perſohn zu ſolchem

chem vorhabenden Werck erregter maſſen geneigt, gleichwhol pro eius officii ratione, qua iam fungor, meinen gnedigen Fürſten unndt Herrn, Herrn Moritzen, undt Herrn Ludwigen, beiden Landtgraffen zu Heſſen, Graffen zu Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhaim unnd Nidda, obligirt undt verbunden. Unndt demnach ich inſonderheitt mitt L. Ludwigs F. G. Cammer-Secretario unndt Rath in Vertrawen dieſer Sachen halber geredt, unndt mich erkundiget, ob auch von ihren F. G., do ich underthänig darumb ahnſuchen würde, mihr gnedige dimiſſion kondte geſtattet werden, iſt mihr ſo viel Vertroſtung geſchehen, do von einem Hochachtparn Weiſen Rath zu Lübeck ein Schreiben an ihre F. G. meiner Perſohn halber abgehen wurde, wolte er ahn ſeinem Ortt, beneben andern guten freunden, die Sachen dahin befordern helffen, das ſie zu begertem endt unndt zweck verhoffentlich gelangen ſoltten, Derowegen E. E. unndt H. A. G., alß ein weiſer verſtendiger, whol weiter hiernach vernunfftig wirdt wiſſen zu ſinnen, unndt was zu beforderung der Ehren Gottes, unndt der Kirchen unndt Schulen Heil unndt Wholfartt, alß ein berumpter pietatis & ſtudiorum liberalium Mecaenas, nach denen trefflichen Gaben, ſo ihr von GOtt verliehen, ins Werck zu richten nicht unterlaſſen. Unndt

thue

thue ich mich pro honorifico de me iudicio gegen E. E. unndt H. A. G. underdienſtliches fleiſſes unndt freundtlichſt bedancken, dem Almechtigen trewen GOtt E. E. unndt H. A. G. wie auch einen gantzen HLöblichen Rhatt unndt Burgerſchafft unter die flügel ſeiner Barmhertzigkeit zu langwirigem friedtlichem Weſen unndt guter policei unndt Regiment, inſonders zu erhalttung der reinen unverfelſchten, Warheitt in meinem Gebett demütig befehlendt. Datum Marpurg 24 Februarii Anni 93.

E. E. unndt H. A. G.
Dwilliger gefliſſener
Otho Gualtperius D.
Hebraearum & Graecarum literarum Profeſſor.

Legitime igitur vocatus, Lubecam an. 1593. menſ. Iun. accesſit (2), Rectoris munus felicibus auſpiciis aggreſſus. Hanc vero ſpartam docendo, ſcribendo, publica ſpecimina edendo valde ornauit. Theologicum inprimis ſtudium Gualtperii tempore videtur in Athenaeo noſtro floruiſſe. Sed res a Gualtperio, Gymnaſii noſtri Rectore, praeclare geſtae peculiari paragrapho exponi merentur.

§. II.

Primo ſtatim anno Gualtperius egregio ſpecimine publico ſe probauit. Recitauit enim & Lubecae 1593. 4. edidit *Orationem de Inſidiis & Artibus*

(2) Bangert. Catal. Rect. p. D 2.

tibus Satanae aduersus militantem in his terris Eccle-
siam, eique adhaerentes Scholas pias; itemque praeside
ipsarum in coelis, & nutritoribus in terris: pro conse-
cratione illustris Gymnasii Lubecensis, modo pulcerrime
renouati. Dedicauit hanc Orationem *amplissimis*
pietate, prudentia, rerum vsu, generis praestantia,
omnique virtutis atq; eruditionis laude honoratissimis
viris, Dn. *Theodorico Bromsenio,* Dn. *Her-*
manno a Dorne, inclytae Reipub. Lubecensis
Coss. & Scholarchis dignissimis: Dn. *Ioanni Span-*
genbergio, Dn. *Christiano Petersen,*
Aedilibus & Senatoribus spectatissimis. Tractationi
praemisit haec verba: *Tandem ad hypothesin, quae*
dixero, paucissimis transferam, & dignas eorum lau-
des, qui fouent Gymnasium hoc nostrum, citra adula-
tionis suspicionem tribus verbis exponam. Quare sub
finem Orationis *agimus porro,* inquit, *gratias am-*
plissimis quoque, consultissimis atque honoratissimis vi-
ris Dn. *Scholarchis & Aedilibus Gymnasii nostri,* Dn.
Theodorico Bromsenio, D. *Hermanno*
a Dorne, Consulibus omni laude & veneratione
dignissimis: D. *Ioanni Spangenbergio &* D.
Christiano Petersen, Senatoribus obseruan-
tissimis. Vestrum, o Viri, munus est, vestrum decus, vestra
munificentia, quod schola haec nostra tam pulcra orna-
ta est facie. Vestras laudes, vestrum honorem, si quid
a nobis proficisci potest, tacebimus nunquam, immo
praedicabimus, ornabimus, canemus. Et si a nobis
beneficium tam splendidum obliuioni fortasse (quod ta-
men

men nunquam futurum ſperamus) tradatur, hoc tamen pulpitum, hi parietes, hae picturae laudes veſtras & nomina veſtra non ſilebunt, aut conticeſcent. Novo ſpecimine Gymnaſtico an. 1595 inclaruit. Prodiit enim hoc anno ex officina Balhorniana *Diſſertatio de Incarnatione Filii Dei, in qua repetitur doctrina de Vnione Hypoſtatica duarum Naturarum in Chriſto, & inde dependente ac conſequente reali Idiomatum communicatione, quemadmodum illa in ſinceris Eccleſiis ac Scholis Saxonicis publice ſolet proponi: inſtituta ab Othone Gualtperio, S. Th. Doct. Gymnaſii Lubecenſis Rectore.* Lubec. 4. In Dedicatione ad Magnificum Senatum, Non. Ian. ſcripta, ſub finem fere haec notatu digna verba occurrunt: *Cum igitur hoc tempore, pro more Eccleſiae Chriſtianae, de hoc ipſo adorando Incarnationis myſterio publice agendum atque tractandum eſſet, & vero in Scholis quoque bene conſtitutis laudabilem hunc morem obſeruatum eſſe recordarer, vt orationibus quibusdam moderatores illarum doctrinam eandem, quae publice in Eccleſia ſonaret, repeterent, ſuaeq; fidei commiſſae iuuentuti inculcarent, hacque ratione conſenſum ſuum & συμφωνίαν ſuauiſſimam atteſtarentur, ego quoque officio meo hac in parte deeſſe nolui. Veſtris igitur Amplitudinib. atque Excell. diſſertationem hanc qualemcunque de Incarnatione Filii Dei, paucis abhinc diebus in Gymnaſio noſtro publice a me inſti-*

institutam inscribere ac dedicare volui: partim, vt intelligeretis, me non prauam aliquam & singularem de hoc mysterio opinionem, aut etiam a publica Saxonicarum Ecclesiarum confessione diuersam alere, sed eandem tenere ac propugnare, quae in pia Concordiae formula repetita, & a variis haereticorum strophis perspicue distincta extat: partim vt cognoscceretis, me in officio mihi demandato non segniter aut oscitanter versari, sed pro virili portam, quam imposuistis, diligenter fideliter q; ornare. Continuauit laudabiles conatus anno sequenti Gualtperius, cumque isto tempore ageretur controuersia Huberiana, contra Huberianismum suos quoque auditores praemunire laborauit. Demonstrat hoc ipsius *Commonefactio de Articulo Electionis seu Praedestinationis ad Vitam aeternam, in qua I. Causae electionis exponuntur, & modus atq; vsus eius aduersus Calvinianos monstratur. II. Disceptatur Controuersia nuper inter clarissimos viros Dn. Theologos Wittenbergenses & D. Samuelem Huberum orta, instituta ad Scholasticam Iuuentutem Lubecensem.* Lubec. 1596. 4. pl. 6. In Dedicatione ad Magnif. Senat. Hamburgens. ac Luneburgens. causam, ob quam ad scribendam hanc Commonefactionem accesserit, adducit falso iactatum ab Hubero Ecclesiarum Lubecensium, Hamburgensium

ac

ac Luneburgenſium conſenſum. *Scrupulum hunc*, pergit, *omnino iuuentuti Scholaſticae eximendum eſſe duxi.* Addit aliam rationem in verbis paulo poſt ſequentibus: *Quia igitur, ampliſſ. viri, in veſtris Rebuspublicis laudatiſſimis eadem doctrinae vox ſonat, quae in noſtra, Scholarumq; veſtrarum cum noſtra pulcerrimus viget conſenſus, breuem hanc Commonefactionem de eodem fidei capite nuper ad Scholaſticam iuuentutem inſtitutam, veſtrae quoq; iuuentuti communem eſſe, eoq; nomine Magnificentiae atq; amplitudini veſtrae inſcribere ac dicare volui.* Finem dicendi facturus iuuenes grauiter alloquitur: *Te igitur ſtudioſam iuuentutem diligenter etiam atque etiam admonitam volo, vt ne temere aut praecipitanter quicquam de ſublimi hac controverſia iudices, ſed ductum eorum ſequaris, qui ſancte in ſe tuae erudiendae prouinciam ſuſcepere, fugias vtrumq;, quod in extrema impingit, de praedeſtinatione dogma: regiam viam obſerues, & totum electionis ordinem integrum, mediumq; τάξιν ſartam tectam conſerues.* Potiora ex hoc ſcripto, hodie rariſſimo, laudando valde conſilio excerpſit ſumme reu. Goetzius noſter, & Actis Huberianis Lubecae collectis pag. 66-77 inſeruit. Idem l. c p. 67 *ſolidam Gualtperii ſcientiam* aſſerit ex hac Commonefactione, quam p. 77 recte *doctam Diſquiſitionem*

appellat. Anno 1597 defuncto *M. Georgio Meisnero*, Subrectori, Collegae & amico suauissimo integerrimoque, solemni *Oratione*, in Auditorio Cathariniano habita, eodemque anno typis exscripta, & integra, ob praestantiam, in Athen. Lubec. P. III. p. 479-516 a me repetita, iusta persoluit, gratumque animum, post fata etiam, declarauit erga illum, quem primum suae ad Scholam Lubecensem vocationis auctorem nuncupat. Conf. l. c. p. 494 sq, vbi Gualtperius de vocatione sua Lubecensi disserit, & laudat in primis summam humanitatem, qua laudatissimus Consul, Hermannus a Dorne, eum exceperit. Anno 1598 Lubecae scripsit *Oden Doricam ad imitationem Pindari, εἰδ. α' ὀλυμπ. in Laudem Odarum Illustrissimi ac literatissimi Principis, Dn. Mauritii, Hassiae Landgravii, Dn. sui clementissimi &c. quibus vniuersum Davidis Psalterium Latino carmine expossuit: nec non Poëtices per libros duos ab eius Celsitudine methodice, accurate, solerterque conformatae*, atque hoc illustrissimo exemplo auditores suos ad studium Poëticum diligenter excolendum inflammauit. Excusa est Ode Marp. Cattor. 1598. 4, hodieque in Bibliotheca publica Lubecensi (3) reperitur. Anno subsequenti bene meritus est de *studio Logico*, quod hactenus in Gymnasio nostro turbas excitauerat. Modo enim Aristoteles Ramo, modo Ramus Aristoteli erat praelatus. Noster vero euicturus, mediam viam hic

(3) Misc. Vol. Ee.

hic esse tutissimam, neque in Aristotele, neque in Ramo omnia esse reiicienda, in gratiam iuvenum in Athenaeo nostro litteris operam navantium euulgabat Σύγκρισιν, *siue Comparationem Logicam, vtriusque Familiae Logicae, Rameae scilicet & Aristotelicae; Thesibus succinctis ad disputandum in Schola Lubecensi propositam, & pro captu discipulorum diligenter examinatam.* Rostoch. 1599. 8. pl. 22. Dedicauit Magnificis Coss. Dn. Theodorico Brombsenio & Dn. Gotthardo ab Hövelen, Scholarchis: *qui Scholae nostrae curam sustinent praecipuam, adeoque toties mihi in rebus scholasticis sunt consulendi*, inquit de laudatis Consulibus ipse Gualtperius in Dedicatione, cui sequentia etiam de ratione studii Logici in nostro Athenaeo verba inseruit: Cum ergo in Schola nostra, inter ceteras, etiam professio Logica mihi demanda„ta esset: & vero iuuentus nostra saepe multúmq; „apud me instaret, vt ad accuratam aliquam „disquisitionem praecepta, seu theoremata ar„tis priuatim alumnis primae classis reuocarem, „feci id, quod erat officii mei, lubens: praeser„tim cum intelligerem, haud poenitendum inde „ad ipsos redundaturum fructum. Oportuit „autem omnino me vtramque familiam Logi„cam, Rameam & Aristotelicam, coniungere, „quoniam vidi, plures ferme ad Scholam no„stram ex aliis aduentantes, in Rameis institu„tos esse, quam in Aristotelicis. Et, cum ple„rique primae classis discipuli tenuioris sint for„tunae, vt in Academiis post diu commorari „nequeant, ita ad captum ipsorum me attempe-

„raui, vt ſi quae futura eſſent in hoc diſputatio-
„nis genere, quae vel rudiores, vel ignauiores
„non protinus perciperent, aliquando tamen in
„ſuperioribus Scholis, quae Academicae ſunt,
„non ſine emolumento ſint repetituri. Faten-
„dum illud equidem eſt, ſyſtema Logicum, Phi-
„lippeum ſimul & Rameum, ſyſtemate niti A-
„riſtotelico. Quo refero omnes lectiones meas
„Logicas, quas ex praeceptis Philippi ordina-
„rie inſtituo: cuius praecepta etiam repeto &
„diligenter inculco, conſiderans illud ſemper,
„non quam multa, ſed quam bene doceatur iu-
„ventus, praeceptori induſtrio attendendum eſ-
ſe. Dedicationem excipit *Praefatio, ante Exercitationes Logicas & Oratorias, ad diſcipulos de facultate Logica & Oratoria inſtituta.* In hac de Logica pariter ac Rhetorica eleganter diſſerit, hiſtoriam vtriusque breuiter attingens. Notat in primis Guidonem Fabricium, in Praefat. Nov. Teſt. Syriac. Ariſtotelem accuſantem, quod omnem ſuam Philoſophiam ex Hebraeorum libris ſit furatus. Varia interſpergit ad diſcipulos monita, quae omnia eo tendunt, vt, artis rationis & dicendi cultores, exercitium diſputatorium & oratorium non negligant. *Decebit,* haec ſunt eius verba, *hoc loco diſcentes, vt magiſtros ſuos audiant modeſte: placide conferant cum aliis: exercitia Diſputationum, publica & priuata, magni faciant: ad veritatis inquiſitionem ſtudio ferantur alacri: Sophiſticam omnem ex animo deteſtentur: non de praeceptis ſolum, ſed de vſu, omnium artium magiſtro, eoque populari, vnice ſint ſolliciti. Et vt breviter,*

Digitized by Google

viter, quod volo, dicam, ita versentur in Aristotele, Philippo, Ramo, Logicis temporum nostrorum clarissimis, vt horum praecepta ad vnguem memoriae mandent, interim perpetuo ad Aristotelicos fontes recurrant, & denique vsum praeceptorum in Orationibus Ciceronis, Demosthenis, Isocratis, aliorumque studio indefesso confectentur — — — Palaestram disputationum ac declamationum non defugiemus. Ratio tractandi haec est, vt prima pagina habeat praecepta Ramea: secunda, Aristotelica, quibus deinceps sub finem vniuscuiusque Disputationis Gualtperiana Σύγκρισις adiecta. Agit autem Disputatio I. de Logicae Definitione. II. de Fine & Subiecto Logicae. III. de Partitione, seu Distributione Logicae. IV. de Inuentionis Argumentis eorumque Generibus, ex cap. 2 Rami. V. de Causis, ex cap. 3 4 5. 6. 7. 8 Rami. VI. de Effectis, Subiectis, Adiunctis. VII. de Diuersis & Disparatis. VIII. de Relatis. IX. de Aduersis. X. secunda vice agit de Contradicentibus: vna cum Privantibus. XI. de Paribus & Imparibus. XII. de Similibus & Dissimilibus. XIII. de Coniugatis & Notatione. XIV. de Diuisione, seu Distributione. XV. de Distributione ex Causis. XVI. de Distributione ex Effectis. XVII. de Distributione ex Subiectis & Adiunctis. XVIII. de Definitione. XIX. de Testimonio. XX. de Sophistica & Elenchis Inventionis. Sequitur Συγκρίσεως, *siue Comparationis Logicae, Rameae atq; Aristotelicae, Liber secundus*, in quo Ramum κατὰ πόδα sequens, agit Cap. I. de Iudicio. II. de Axiomatis Affirmatione & Negatione. III. de Vero & Falso. IV. de Axiomate simplici.

plici. V. de Axiomate copulato. VI. de Axiomate connexo. VII. de Axiomate discreto & disiuncto. VIII. de Enunciationum oppositarum legibus. Ex Aristoteleis seorsim. IX. de Syllogismo. X. XI. & XII. de Speciebus Syllogismorum. XIII. de Syllogismo expositorio ex Aristotelicis & Aristotelicorameis seorsim. XIV. de duplici Reductione, ostensiua, & ad incommodum, seu per impossibile. XV. de quarta Syllogismorum figura ex Zabarella. XVI. de propriis Ratiocinationis affectionibus: seu sextuplici Syllogismorum facultate. XVII. de quatuor reliquis Syllogismi facultatibus. XVIII. de tribus ante Demonstrationem Praecognitis: ex Zabarellae libro ita inscripto. XIX. de Demonstratione: Quid sit: &, quae eius species. XX. de Syllogismo Composito, seu Hypothetico ad cap. 13. 14. 15, 16. XXI. ex Zabarellae libro primo de Methodis. XXII. ex Zabarellae libris reliquis de Methodis. XXIII. de Συγκρίσει methodica: & elenchis ex Dispositione nascentibus. Haec de Gualtperii Logica, hodie rariori. Anno 1601 purpuratum istum Poëtam, quem suis cognitum reddiderat, scilicet *Illustrissimum & potentissimum Principem ac Dominum, Dn. Mauritium, Hassiae Landgravium, Comitem in Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhaim & Nidda &c. ad mare Balthicum aduentantem, & Lubecam* 16 *Aug. an.* 1601 *ingredientem, summisse salutans, Acclamatione gratulatoria Lyro-Pindarica* excepit, quae Acclamatio, Lubec. 1601. 8 edita, in Bibliotheca publica.

(4)

Digitized by Google

(4) asseruatur. Triennio interiecto prodiit *Donatus, siue Progymnasmata Grammaticae Latinae. Pro Classe tertia.* Lubec. 1604. 8. Cuius libri, in Scholam introducti, non ausim quidem disertis verbis editorem dicere Gualtperium, quoniam nomen eius nusquam reperio, licet forsan inferioris Saxoniae idiomatis, quo verba Germanica in hoc Donato leguntur expressa, Gualtperius haud fuerit plane imperitus; vix tamen ac ne vix quidem dubito, quin ipsius, tanquam Scholae moderatoris, auspiciis liber hic sit concinnatus. Simili ratione licebit coniicere, iuvenes istos, qui anno 1605 Nuptias Mollerio-Bonnianas publicis cecinerunt Carminibus Graeco-Latinis, Gualtperium habuisse antesignanum. Prodierunt autem dicto anno *Γαμήλια secunda Nuptiis clariss. & consultiss. viri Dn. Laurentii Molleri, I.V.D. & Regiae Maiestatis Daniae pariter ac Ducis Holsatici &c. Consiliarii, nec non Rev. Capit. Ratzeburgensis Syndici, Sponsi, cum honestissima & lectissima Virgine Magdalena, amplissimi, virtute & autoritate praestantissimi Dn. Arnoldi Bonni, Lubecae quondam Consulis, integerrimi, relicta filia, Sponsa, celebranda decantata ab alumnis Gymnasii Lubecensis.* Lubec. 4. Hi discipuli Gualtperii sunt *Ioannes Scholvinus*, Lubecensis, *Ioachimus Praepositus*, Gustrov. Megapolitanus, *Constantinus Toxites*, Styrius, *Petrus*

(4) Ibid.

Loffie, Wilstrienſis Holſatus, *Matthias Lepinus*, Plavienſis Megapolitanus. Certiora fidei, pietatis & diligentae Gualtperianae documenta annus 1606 exhibet. Sub huius enim initium doctiſſimam habuit Orationem, ſiue *Diſcurſum Hiſtoricum & Didacticum de Magis* (5), vbi, praeter ſacra, etiam profana tractat, &, inter alia, varias Magiae ſpecies, Leconomantiam, Gaſtromantiam, Catoptromantiam, Cryſtallomantiam, Dactyliomantiam &c. docte exponit. Interpoſito aliquo tempore lucem aſpexit ipſius *Pia & Chriſtiana Commonefactio de Sacroſancta Domini noſtri IEſu Chriſti Coena, in qua ſtylo ſimplici recenſentur ordine cauſſae eius: Efficiens, Materialis, Formalis, Finalis, ſimulq; adverſariorum ſtrophae deteguntur & refutantur. Ad pubem Scholaſticam in inclyta Lubeca recitata.* Lubec. 4. Quo ſcripto Calvinianismi ſuſpicionem a ſe ſtudet amoliri. Patet hoc inculenter ex Dedicatione, in qua diſertis verbis fatetur, quod tribus Miniſterii membris dedicet *in gratiam eorum, qui nullis ſuffulti rationibus, inuitum ipſum plane, & innocentem, Caluinianum eſſe volunt.* Eodem anno idem hoc ſcriptum Germanice edidit, hoc titulo: *Chriſtliche Wolgemeinte Erinnerung, beneben Gottſeliger Betrachtung, des tewren und hochwürdigen Abendmahls unſers lieben Herrn und Seeligmachers JEſu Chriſti, welcher geſtalt er daſſelbige laut dreyer Evangeliſten, und des H. Apoſtels Pauli unfeilbaren Gezeugniſſen eingeſetzt, auch was*

(5) Integrum huius ſcripti titulum vid. Athen. Lubec. P. I. p. 50.

Digitized by Google

was für einen trefflichen himmliſchen Schatz unter dem Brodt und Wein er uns in deſſen rechtmäßigen Gebrauch verſprochen: in ſchlechter Einfalt geſtelt und vorgetragen der Studirenden Jugendt in S. Catharinen Schulen zu Lübeck, als ſie nach Gewohnheit deſſen Ortts zur Beicht gehen, und darauff des Herrn Tiſches würdiglichen genieſſen wollen. Lubec. 4. In Dedicatione ad Cives quosdam Lubecenſes haec etiam verba occurrunt: *Zum Bericht auch derer, ſo ſich vielleicht bißhero die Gedancken gemacht, als wen ich hierinnen der Calviniſchen Lehre (welche mir doch gentzlich zuwieder) beypflichten, und deroſelben zugetahn ſein ſolle.* Anno 1608 in gratiam quoque iuuenum, ſacrum noui foederis librum cum fructu lecturorum, edidit *Syllogen Vocum Exoticarum Novi Teſtamenti.* Hamb. 8; repetitam non ſolum in Criticis Sacris, vbi T. IV & V paſſim ſuis locis Gualtperianae Obſeruationes inſertae, verum etiam (ſi Guil. Crowaeo in Elench. Scriptor. in S. Script. p. 281 fides habenda) Wittebergae 1609 recuſam. Doctum hunc libellum reſpiciens, honorifica haec verba ſcripſit Mart. Petr. Cheitomaeus in Praefat. Graeco-Barbaror. N. T. p. m. 25 edit. Amſtelod. 1649. 12: *Glaciem infregerunt orbis literati Heroës, B. Hieronymus, Druſius, Gualtperius, Balleſterius, alii, quorum veſtigia ſequi laudabile iudicaui.* Magnus quoque harum litterarum ſtator, Auguſtus Pfeifferus, in Quinquagena Locorum Ebraicor. & Exoticor. N. T. ſaepius ad eum prouocauit. Vt adeo non moremur cenſuram ſatis acrem, qua Rich. Simon in

Hist. Crit. Commentator. V. & N. T. p. m. 450 sq edit: Germanic. Rûhlian., eum excepit, ipse corrigendus, dum l. c. p. 450 refert, Gualtperium primo fuisse Rectorem Lubecensem, deinde Professorem Marpurgensem. De lectu digna Praefatione, T. IV Criticor. Sacr. occurrente, huius Sylloges vid. Io. Fabricii Hist. Bibl. Fabric. P. I. p. 303, vbi breuiter recensetur. Anno sequenti edita est *Grammatica Latina perspicua brevitate omnia complectens, quae ad maiora contendentibus hac in re sunt necessaria. Conscripta olim a Cl. Nathane Chytraeo, iam vero tertia hac editione in gratiam puerorum facta auctior & limatior.* Lubec. 1609. 8. Praefixum habet hoc distichon:

Qui negat haec magni desumpta e fonte Philippi,
Se sana hoc ipso mente valere negat.

Reperitur hic iam idioma Saxoniae superioris, quando Germanice quaedam sunt efferenda. Atque huius libri editionem moderante Gualtperio esse factam, vix dubito, quoniam eiusmodi libri scholastici rarissime sine Rectorum auspiciis euulgantur & communi vsui destinantur. Quod si vero ob nomen Gualtperii non expressum hic forsan dubium alicui oriatur, hoc tamen certum est, quod suam *Grammaticam Linguae Sanctae per Quaestiones & Responsiones duobus libris comprehensam, conscriptam methodice & in tyronum gratiam propositam in Academia Marpurgensi,* Wittebergae autem 1590. 8 typis exscriptam, in gratiam alumnorum Gymnasii nostri etiam Lubecae 1611. 8 excudendam curarit. Simili in Graecas litteras, auditoribus suis Lubecensibus instil-

instillandas, merito inclaruit anno 1612, quo ipsius *Grammatica Graeca, ex optimis quibusq; Auctoribus collecta: cui libellus de Varietate praecipuarum Dialectorum, Atticae, Ionicae, Doricae, Aeolicae: itemque de Proprietate Poëtica & retexendis Graecorum metris est annexus*, Lubecae lucem aspexit (6.) Hanc fuisse in nostra & vicinis Scholis vsurpatam, docet in Praefatione Grammaticae huius a se editae Seb. Meierus, de cuius in hanc Grammaticam meritis in Cap. XV plura dicendi dabitur occasio. Ceterum non potest non augere laudem huius Grammaticae, quod ex optimis illa fontibus sit deriuata. Hi sunt Theodorus Gaza, Demetrius Chalcondylas, Lascaris, Melanchthon, Clenardus, Antesignanus, Sylburgius, Ceporinus, Crusius, Ramus, Possellius, Crocus, Mecelerus; & in Dialectis, Eustathius, Auctor breuium Schol. Homer., Plutarchus, Hesychius, Corinthus, Ioan. Grammaticus, Moschopulus, Tzezes, Henr. Stephanus, Scholiastes Sophocl. Aesch. Dion. Afr. Pindari & aliorum. Vnde non solum M. Georgius Meisnerus in praefixo Carmine valde eam commendat, verum etiam Meierus in Praef. iudicat, *ea nihil suc-*

(6) Prodiit alias Marpurg. 1590. 8. 1598. 1606. 1611. Goslar. 1621. Lubec. 1617. 8. cui editioni, praeter Indicem locupletissimum, accesserunt Epilegomena ab ipso auctore collecta & seorsum antehac edita, nunc vero in gratiam studiosae iuuentutis suo quaeque loco insperta. De editione Lubecensi Meieriana infra agetur. Conf. Ludouici Hist. Gymn. & Schol. P. I. p. 95.

Digitized by Google

ſuccinctius, nihil limatius, nihil ad fundamenta Graecae linguae fideliter locanda ſolidius inueniri hactenus potuiſſe; a quo tamen iudicio differt illud, quod in Io. Conr. Dieterici Specill. Chreſtomath. Graec. p. 20 offenditur. Eodem hoc anno vtilem iuuentuti ſacrarum litterarum ſtudioſae praeſtitit operam edendo *Collationem praecipuarum ſacrae Geneſeos Translationum inter ſe variantium, Chaldaeae, Graecae LXX, Latinae Vulgatae, Germanicae Dn. Lutheri, reductarum ad fontem Hebraeum, eiusque ſcaturiginem natiuam & propriam. Adiectae ſunt, cum Patrum, tum Neotericorum ſententiae, ex quibus, quousque optimis etiam translationibus ſtandum ſit, haud obſcure cognoſcitur. Deteguntur item Strophae, quibus Bellarminus & alii Vulgata Latina, in locis aliquam multis (in quibus a veritate Hebraica diſcedit) malitioſe abutuntur.* Witteberg. 1612. 8. In Dedicatione ad Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Principem, Dn. Ioannem Fridericum, Archiepiscopum Bremenſem, &c. (cui filium ſuum natu minorem, *Ottonem Philippum Gualterium* (7), in aula laudati Principis viuentem, de meliori commendat) fatetur, quod hac opera

(7) Filius natu maior fuit *Aegidius Conradus Gualterius*, Marpurgo-Haſſus, qui deſignatus Eccleſ. Ieuerenſis Paſtor & Superintendens, *Vindicationem quorundam locorum Scripturae de Vniuerſalibus Dei Promiſſionibus, contra deprauationes Pauli Toſſani, Doctoris, principaliter concinnatam* ſub praeſidio *Io. Giſenii* pro conſequendis ſummis in Theologia honoribus Gieſſae. 1618. d. 13 Mai. defendit. De aliis eius ſpeciminibus Academicis vid. Ludouici Hiſt. Schol. P. I. p. 89 ſq.

Digitized by Google

ra ſtudioſis, ſeverius ſtudia ſua vrgentibus, inſeruire voluerit. Deſiderat quidem in hoc labore nonnulla Chriſtophorus Cartwrightus, Eboracenſis, in Praef Elector. Targumico-Rabbinicor. ſiue Annotat. in Geneſ. p. m. C 4 edit. Londin. 1648. 8; ſed alii tamen honorifice cenſuerunt. Sic M. Laurentius Fabricius, Lingua ſanctae Profeſſor Wittenbergenſis, in praefixa cenſura: *Collatio haec Verſionum magno ſtudio inſtituta, plurimum lucis ad intelligendum vocum ſignificata confert. Digna proinde typo & lectione eruditorum.* Bernhardus quoque Blumius Lubecenſis, Paſtor deinceps in patria Cathedralis, *in doctiſſimam* (retineo eius verba) *σύγκρισιν Verſionum ſacrae Geneſeos viri reverendi & clariſſ. Dn. Othonis Gualtperii, SS. Theol. Doctoris, & Gymnaſii Lubecenſis Rectoris, Praeceptoris ſui plurimum colendi*, elegans & laude multa refertum Carmen, libro praemiſſum, concinnauit. Atque iſthaec omnia ſunt documenta doctrinae, induſtriae, munerisque religioſe geſti. Augent laudes Gualtperii Diſputationes & Theologicae & Philoſophicae, Collegia tam Theologica quam Philoſophica, & alia vtiliſſima exercitia, ab ipſo inſtituta, quorum honorifice meminit Bangertus in Vitis ſummorum virorum, *Henrici* atque *Antonii Colerorum*, quos Gualtperius diſcipulis potuit annumerare, Lubeca viris Conſulari dignitate illuſtribus, deque Republica meritiſſimis accenſet. Conf. Athen. Lubec. P. I. p. 11 ſq. 26 ſqq. 134. 146.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

Pergo, ad Collegas Gualtperii, tam illos, quos inuenit, quam eos, quos novos accepit. Illi sunt M. IOACHIMVS DREIERVS, Conrector, M. GEORGIVS MEISNERVS, Subrector, M. IOANNES MEINEKE Cantor (statim post Meisnerum defunctus. vid. Athen. Lub. P. III. p. 487), GERHARDVS SCHVRMANN & CHRISTOPHORVS DASTORF, omnes iam honoris causa nominati. In his primum ordine temporis locum occupat IOANNES SESEMANNVS, Cantor, electus an. 1598, & die Matthiae inter Collegas, qui Formulae Concordiae subscripserant, nomen suum professus: anno autem 1624. d. 19 Octobr. mortuus. Vid. Bangertus l. c. p. D 2. Mellius l. c. p. 228. Eodem anno Georgio Meisnero succesit M. IOACHIMVS DRENCKHANIVS, Subrector, qui d. 25 Aprilis Formulae Concordiae se addixit. Docuit ille in Gymnasio nostro ita, vt auditores magni eum facerent. De *Ioachimo Iungio* istud iam obseruaui Athen. Lub. P. III. p. 432. De aliis idem confirmat solemnis ista Gratulatio, quae Lubec. 1600. 4 lucem vidit, hoc titulo insignita: *Nuptiis humanissimi viri, doctrina & pietate praestantis, Dn. M. Ioachimi Drenchanii, inclyti Gymnasii apud Lubecenses Subconrectoris fidelissimi, Sponsi; & pudicissimae castissimaeque virginis Annae, Iohannis Smedes, Ciuis Lubecens. primarii, filiae, sponsae gratulantur celeberrimi Lubecensium Gymnasii alumni.* Gratulantes autem fuerunt *Paulus Iunecke*, Neotreptovienſis Pom., *Chri-*

Christoph. Willichius, *Georg. Praetorius*, Grabovienſ. Egregium hunc virum an. 1606 ad ſe vocarunt Straleſundenſes, & Athenaeo ſuo Rectorem praefecerunt. In hac ſtatione anno 1616 obiit, in ipſa cathedra morte repentina oppreſſus. Docuit me hoc, quod gratus agnoſco, V. Cl. M. Iac. Wolfius, Rector Straleſundenſ. optime meritus, & dignisſimus Drenckhanii ſucceſſor, qui ex ſuis Aetatibus Rector. Gymnaſ. Sundenſ. MSS. ſequentia pro humanitate ſua mecum communicauit: „Excepit M. Laurentium Rhodomannum M. Ioachimus Drenckhan, noſtri ordinis ſeptimus, Lubecenſis, vt coniicio, qui eo quidem tempore Subconrectoris vices in Gymnaſ. Lubecenſi ſuſtinuit: vir amuſitationis doctrinae & eruditionis, cuius rei fidem ſi coniecturis ſaltim adſtruere velim, non omnino vanus coniector exſtiterim, propterea quod illum iſti prouinciae ſubtractum noſtrates huic Gymnaſio Rectorem praefecerunt, id quod factum fuiſſe reperio an. 1606. 8 ſeptembr. Primus ille fuit, qui ob funera, debitis horis & paulo accuratiore ordine deducenda, album defunctorum ab an. 1607 inchoatum, perque menſes & dies continuandum, nobis adornavit & reliquit: in quod & ipſe poſt anno 1616 fuit adſcriptus, poſtquam inopinato & prorſus repentino fato de ſtatione ſua decedere iuſſus fuit, quod quidem menſe Iunio in Cathedra eidem contigiſſe comperio, quippe eiusdem die 25 B. V. manes terrae demandati fuerunt; quem diem, vna cum Drenckhanii nomine, ſucceſſor

„ceſſor eius, M. Andreas Helvigius, ſua manu „in indice funerum notauit, adſcripta hac ver„borum quadriga: *Nunc vere ἐν ὁσίοις.* Ex quo „coniicio, quemadmodum ex aliis quoque ve„ſtigiis liquet, beatum virum ſanctimoniam „ſingulariter ſectatum fuiſſe. Poſt Drenckhanium eodem anno 1598 in ordinem ſcholaſticum Lubecenſem cooptatus eſt IOANNES BRAUNS, Lubecenſis, qui, dato d. 5 Maii Formulae Concordiae nomine, ſeptimae Claſſis Praeceptor eſt conſtitutus, & vsque ad annum 1620 fuit ſuperſtes. Vid. Bang. Catal. pag. D3.

§. IV.

Anno 1599 duo introducti ſunt Collegae, M. ANDREAS WEDEMANNVS, Ratzeburgo Lubecam vocatus, & HENRICVS ARNHOLT, Brunſuicenſis (8), quorum ille d. 6 Iun., hic d. 16 Decembr. Formulae Concordiae ſubſcripſit. Bangertus l. c. vtrumque vocat quartae claſſis Praeceptorem. Ex quo coniicio, Wedemannum eodem anno, ſub ipſum muneris initium, obiiſſe. Arnholti mortem ad an. 1608 idem l. c. retulit.

§. V.

Anno 1607 (9) Lubeca egreſſo Drenckhanio, Subrectori, ſurrogatus eſt M. ABRAHAMVS GIBELIVS, Torgenſis, qui d. 27 Mart. F. C. nomen ſuum adſcripſit. Fuit ille gener Gualt-

(8) Subſcriptt. Form. Conc.
(9) l. c.

Digitized by Google

Gualtperii (10) & vnico tantum anno Subrectoris munia sustinuit. Anno enim 1608 munia Pastoris primarii Burgensis & reliquarum Ecclesiarum Femariensium Praepositi, siue, vt hodie vocant, Inspectoris munia impetrauit. Quae dum fideliter administraret, an. 1619 molestiae, cum vitae iactura coniunctae, ei sunt creatae a diuite quodam ciue Burgensi, qui furibundi instar in ipsum fecit impetum, & bombarda, quam explodere volebat, etiam interfeciſſet, nisi praesentes in domo Gibelii feminae quaedam, conatum ipsius retardassent. Causa haec erat, quod Gibelius filium ciuis & alios petulanter in coemeterio se gerentes, reprehensurus, vocem in multis Saxoniae inferioris locis vsitatam, *Pack*, vsurpasset. Litem tamen mouit Gibelio, vocabulum hoc interpretatus conuicium. Sed cum contenderet Gibelius, in bonam quoque partem accipi posse hanc vocem, eandemque ab Hebr. rad. פָּקַד, *adhaesit*, derivaret, ex lite superior discesit. Debeo huius rei notitiam, quod, ne ingratus sim, haud inficior, pl. rev. Ioan. Hilmero, olim Ecclesiastae Burgensi in Femaria, hodie Symmystae apud Hamburgenses Catharinianо insigniter merito, qui eandem ex Femaria Historica MS. mihi beneuole suppeditauit. Idem me docuit, Gibelium an. 1629 vna cum vtroque collega, M. Henr. Masio, Archi-Diacono, & Christian. Marquardo, Diacono, pestilenti lue esse extinctum.

Q Gualt-

(10) Vid. Collat. Translatt. Genes. in Dedicat.

Gualtperius l. c. eum *virum Hebraice & Chaldaice peritissimum* appellat. Ex scriptis eius, quae admodum raro hodie occurrunt, mihi innotuerunt

Strigilis Institutionum Hebraicarum Roberti Bellarmini, Cardinalis. Disp. I, Resp. M. Georg. Fabro, pl. 6: Disp. II, Resp. M. Henr. Godekenio, pl. 7. Witteb. 1606. 4. Commonitionem praeliminarem ad Lectores sic auspicatur Gibelius: *Centum viginti crudorum errorum Grammaticorum foeturas, totidem nempe eas Rob. Bellarmini foecundas plantulas constitutum habeo contemplandas exhibere.* &c.

Artificium Accentuum Hebraicorum. Pfeiffer. Biblioth. Auctor. de Accentib. Manuductioni ad Accentuationem praemissa p. 1. Loescher. de Caus. Ling. Hebr. p. 332. Lipenii Bibl. Real. Theol. P. I. p. 6. a.

Difficultatum Etymologicarum Ebraicae Literaturae Enodatio. Witteberg. 1603. 4. Lipen. Bibl. Real. Philos. p. 485. b.

Artificium geminum antiquae Puritatis Hebr. Witteb. 1605. 4. Lipen. Bibl. Real. Theol. P. II. p. 18. a.

Thesaurus Dictionum Hagiographicae Linguae Chaldaeae ex Canonicae Antiquitatis puritate, Danielis nempe & Ezrae residuis monumentis Chaldaeis collectus: in quo concinnando in id potissimum opera data est, vt dictiones Hagiographicae Chaldaeae a erudioribus Iudaeorum & Pontificiorum, praesertim Roberti Bellarmini & Guidonis Fabricii, & aliorum, illitis, aequiuocationibus ac depraua-tionibus defecarentur. In illustri Academia Witebergica publice

Digitized by Google

publice propositus. Witteb. 1606. 4. Disputationes, Gibelio praeside defensas, ad hunc Thesaurum pertinentes, quas vidi, plagulis vndeuiginti constabant.

De aeterna Diuinitate Iesu Christi locus clarissimus Prophetae Ieremiae Cap. XXXIII. v. 16 explicatus, & detersis variis Iudaeorum, Arianorum, Photinianorum, nec non Caluinistarum corruptelis, pristino nitori restitutus. Witteb. 1616. 8. Lipsi. 1617. 8.

Güldene Pforten, oder 2 Jubel-Predigten. Lub. 1617. 4. Vid. Relatt. Innox. 1717. p. 123.

§. VI.

Qui an. 1608 accesserunt, litteratis infelicibus sunt adscribendi. Etenim GREGORIVS TECKLENBVRG, Lubecensis, qui d. 7 Nov. Subrectoris munia auspicatus est (11): dieque 21 Dec. codici Formulae Concordiae nomen suum inseruit, an. 1609. d. 22 Nov. e fenestra delapsus, misere vitam finiit (12). BALTHASAREM BONHOFF autem, Lubecensem, (qui d. 21 Dec. F. C. subscripsit) constitutum septimae classis Praeceptorem, e Schola an. 1613 dimissum, aeditui Cathedralis munere oportuit esse contentum (13).

§. VII.

Eod. an. 1608 prodiit *Virgiliocento de Angelodraconomachia: siue Infelici Angelorum lapsorum Certamine, ex Apoc. XII. exercitii causa factus, & publice*

(11) Mell. Nachr. von Lub. p. 227.
(12) l. c.
(13) l. c. p. 230.

Digitized by Google

in Schola recitatus ab Hermanno Havemanno, *Lubecensi.* Lubec. 4.

§. VIII.

Quintus tempore Gualtperii Subrector, IOANNES SCHOLVINVS, Lubecensis, an. 1610 in societatem scholasticam fuit adscriptus. Didicisse illum in Athenaeo nostro, ex iis, quae supra §. II allata, apparet. Continuauit studia in Academia Francofurtana, in qua an. 1608 adhuc est commoratus. Subscripsisse eum mens. Mai. 1610 Formulae Concordiae, Bangertus(14) introductum autem esse d. 18 Iun. Mellius (15) annotauit. Exacto in Subrectoratu Lubecensi triennio, an. 1613. 12 Nov. Pastor Curslacensis fuit declaratus. Ex superstitibus eius agnatis quidam mihi retulit, quod tandem factus sit Pastor Buxtehudae, ibidemque diem supremum obierit. Edidit.

Aethiopissam. Tragico-Comoediam nouam, ex Historia Aethiopica Helliodori, Episcopi Tricensis. Francof. ad Oder. 1608. 8. Honorificam huic opusculo, in quo Terentium imitari studuit Scholvinus, praemisit Praefationem M. Christophorus Neander, Ethic. Professor, his inter alia verbis vsus: *Quid multa? ita in hac palaestra te gessisti, ut si maturitate aetatis accedente foetum hunc tuum more vrsarum lambendo magis magisque formare volueris, ambiguum relicturus sis, plusne debeamus Heliodoro, qui finxerit & scripserit*

(14) Catal. Rect. & Colleg. p. D 3.
(15) Mell. l. c. p. 227.

Digitized by Google

rit, an tibi, qui legibus Comoediae aptaris, elegantibus metris deuinxeris, iusto ordine digesseris, aptissimeque expresseris.

Extant quoque huius Scholuini quaedam *Epistolae* autographae in Act. Minist. Lubec. T. II.

Prima de Damno parochiae suae illato. 1617. Dom. 13. Trin. f. 688. Ad Stampelium, Superintend.

Secunda de Concione Catechetica habenda ante concionem Euangelii 1617. 13 Aug. f. 690. Ad eundem.

Tertia de Anno, quem vocant, gratiae, viduae iniuste denegato 1617. 20. Iul. f. 692 sq. Ad Pastorem quendam.

Quarta de eod. argumento 1617. 24. Iul. Ad Stampelium Superintend.

§. IX.

Restant duo Collegae, Gualtperii tempore anno 1613 introducti. Hi sunt BENEDICTVS BOECKMANN, Lubecensis septimae Classis Praeceptor d. 15. Octobr. inauguratus, die Vrsulae Formulam Concordiae amplexus, & an. 1634. d. 26 Iul. defunctus; necnon ALBERTVS MASDORFF, Lubecensis, quintae Classis Praeceptor, d. 18 Octobr. muneri admotus, die Simonis & Iudae Formulae Concordiae, facta nominis subscriptione, obligatus. & d. 3 Iul. 1635 e vita egressus. Vid. Bangertus l. c. Mellius l. c. p. 230. De infelici eius coniugio quaedam in Act. Minist. Lubec. T. V. P. I. f. 231. b. ad an. 1630 leguntur. Ibidem vocatur quintae classis Praeceptor.

§. X.

Atque hos omnes cum Collegas habuisset Gualtperius, ipse tandem vitae scholasticae molestiis ac miseriis infractus, aetateque grauis, de otio quaerendo fuit sollicitus. *Vir egregie meritus*, inquit B. Jac. Stolterfothus in Memor. Kirchmanni, *D. Otho Gualtperius, qui hactenus per annos bene multos clauum nauiculae scholasticae magna cum laude tenuerat, catenatis & molestissimis, quibus tabernae scholasticae refertae sunt, laboribus attritus, onus hoc grauissimum amplius sustinere non poterat. Quare Amplissimus huius vrbis Senatus, munificus Ecclesiae Scholaeque nutritius, Gualtperium corporis viribus exhaustum, ob res in hoc seminario bene gestas, rude donare, ipsumque liberaliter sustentare voluit.* Conf. Kirchmanni Orat. de Georg. Stampelio, Superintendente, p. m. 112 ap. Goetz. in Elogg. Germanorum Theologor. secul. XVI. & XVII. Obtigisse hanc felicitatem Gualtperio an. 1613, tam certum est, quam in dubitatum, Rectoris munia eodem anno fuisse Kirchmanno delata. Obitus Gualtperii in Cl. Ludouici Hist. Gymn. & Schol. P. I. p. 89 ad annum 1624 refertur. Hoc si forsan non omni caret dubio, crassissimus tamen est error Car. Ios. Imbonati in Biblioth. Latino-Hebr. p. 183 referentis, Gualtperium Stadae an. 1600 pestilentia correptum obiisse.

§. XI.

Illud tandem est notandum, quod ad Gualtperii Rectoratum videantur pertinere *Notationes necessariae ad Scholae Reformationem*, quae, sine anni

anni mentione, in Act. Minist. Lub. T. II. f. 266 sqq leguntur. Circa annum enim 1607 scriptae videntur, quod coniicio non solum ex adhaerentibus monumentis, circa id tempus consignatis, verum etiam ex eo, quod in iis vrgetur vocatio noui Subrectoris: abierat autem an. 1606 Straleſundium Drenckhanius. In his varia ad methodum ſtudiorum ſpectantia, tam generalia, quam ſpecialia, vtiliter proponuntur. Potiora inde excerpta ſubiiciemus.

In artibus tradendis cura potissimum sit, vt praeceptorum vis & sententia euidenter monstretur, singulis vocabulis accurate ponderatis & consideratione addita, quibus de causis & quo consilio singula verba in regulis artium sint posita.

Et ut cognoscatur, num recte discentes assequantur sententiam praeceptorum, commodis & perspicuis exemplis rerum notarum praeceptiones illustrentur & vsus earum monstretur.

Autorum enarratio fiat per phrases & modos loquendi bene Germanicos, & in communi sermone vsitatos. Id enim ad imitationem & proprietatem in loquendo conducit. Et vtile est proiectioribus, interpretationem Latinorum auctorum ante versionem Germanicam synonymia vocum & phrasium Latinarum fieri a praeceptoribus.

Inchoatur autem feliciter cuiusque periodi interpretatio a Grammatica vocabulorum ordinatione. Ita discentes cernunt, quae vox a qua dependeat, & vnde singulae ratione syntaxeos regantur.

Et singularum vocum natiuae significationes sunt demonstrandae pueris, propter sermonis proprietatem. Et

ita illustrior erit explicatio, si tropus alicubi in vocabulo sit vsurpatus ab auctore.

Post addenda est syntaxeos & structurae oeconomia, praecipue in repetitione auditarum lectionum.

Phrasium commonstratio neutiquam est praetermittenda, & simul formulae teutonicae pueris proponendae, quae autorum phrasibus vicinae sunt, quas illi Latine reddant, & sic simile exemplum orationis formare consuescant.

Nunquam in praelectione vlla in classe pergatur, nisi eius pericope prius perlecta diligenter repetatur, tam quoad etymologiam, quam quoad syntaxin & rationem phrasium, aut etiam prosodiam.

Quia tantum quisque nouit, quantum memoriae tenet, praecepta artium, formulae loquendi ediscendae sunt, & memoriter recitandae. Id autem fieri potest ordine non eo, quo sedent pueri, sed quasi transiliente & per totam classem vagante. Ita sese ad hoc exercitium diligentius antea praeparabunt pueri singuli.

Styli exercitium, quod principem quasi locum sibi in studiis vendicat, exquisita & singulari diligentia & attentione vrgendum est. Et hic praeceptorum fides discentibus plurimum confert.

Vtilissima autem ratio huius exercitii est, quum pueris materia scriptorum conficiendorum praescribitur, quae proxime accedit ad formulam eorum, quae vel ex Terentio, vel Fabulis Aesopi, vel Ciceronе &c. audiuerunt sibi enarrari. Ita enim facilior erit imitatio & translatio phrasium & vocum ab autoribus vsurpatarum.

Vsus

Vsus Latini sermonis inter scholasticos vigeat. Ideoque coram & cum discipulis Praeceptores loquantur tantum Latine.

Leges Scholae condendae sunt, quae tam praeceptores, quam discipulos obligent.

Dies Mercurii est commodissima exhibitioni & castigationi scriptorum in omnibus classibus.

Die Saturni Catechesis lectio sacra fieri & obseruari potest, & interpretatio Euangelii horis matutinis, & si quid scriptorum e die Mercurii corrigendum superfuerit, hoc die etiam porro castigari potest.

Catechismus Lutheri per quaestiones & responsiones a duobus ordine pueris in infima classe recitari potest, vt inde eo facilius & commodius auscultando & aduertendo caeteri eum addiscant.

Materia Declamationum praescribenda est prouectioribus, vt in ea tractanda & efformanda Grammatices, Rhetorices & Dialectices vsum cernant. Interdum etiam Orationes a pueris recitari debent, cui exercitio non dedignabimur e Ministerio adesse.

Disputationes aliquando ex artium praeceptis, tam Latinae, quam Graecae linguae, haberi vtile est, vt inde aestimari possit, quomodo fundamenta & praecepta & vsum artium intelligant.

Quandoque materia Philosophica aut Theologica propositionibus distributa ad disputandum proponi potest, cuius rei vtilitas est multiplex.

In his Disputationibus puerorum aliquis respondeat & argumenta assumat, ex Praeceptoribus aliquis praesideat, idque ordine, vt omnium diligentia excitetur, & acuantur ingenia, & iudicia recte formentur. Nec his interesse aliquibus ex Ministerio graue erit, vt nulla parte Scholae incrementa & discentium profectus impediatur.

Octauo Collega, vt appellatus est hactenus, Scholae sine ingenti detrimento & iactura nullo modo carere potest. Igitur doctus & maturae aetatis ac iudicii aliquis vocandus est, qui proximus sit in ordine Conrectori, & in classe secunda, quae cor Scholae est, praecipuas operas sustineat cum Cantore.

In his Notationibus vrgentur etiam condendae *Leges*, quae licet tempore Gualtperii nondum videantur typis fuisse exscriptae, non omnia tamen *Statuta scholastica* defuerunt. Cognoui hoc ex Act. Minist. T. V. P. I. f. 208. b, vbi sequentia occurrunt verba: *Wie dann tempore Rectoratus D. Gualtperii auch für die Schul gewisse Statuta gefasset, und ohn Zweifel ab inclyto Senatu confirmirt geweſt, die doch hernach an.* 1621 *per approbationem nouarum Legum sind cassirt worden.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XIV.

DE *Rectoratu* M. IOANNIS KIRCHMANNI.

A. 1613—1643.

§. I.

QUantum virum in IOANNE KICHMANNO (1), Lubecenſi, habuerit Athenaeum patrium, nemo ignorat, niſi qui hiſtoriae eruditae eſt omnino ignarus. In ea enim ſumma ipſius eſt laus, ſumma gloria. Imo auſim gloriam Kirchmanni dicere conſummatam, ſi munus, quo functus eſt, Rectoris permiſiſſet, vt omnibus, quos nactus eſt, cenſoribus in adminiſtranda re ſcholaſtica (cuius profecto non erat imperitus) potuiſſet placere. Ex quo apparet, quam graue ſit Rectoris munus, adeo, vt ne tantus quidem vir, quem totus fere orbis eruditus ſuſpexit, potuerit a grauibus cenſuris eſſe immunis. Silentio plane inuolverem

(1) Male vocatur *Henricus Kirchmannus* a Mart. Zeillero Topograph. Saxon. Infer. Francof. 1653. fol. p. 156. Homonymiae cauſa addo verba Hamelmanni Opp. p. „228: Fredericus Weſtphalus, Rector Paderbornenſis, „aliquando elenchum ſuae Scholae euulgauit, cui epi„gramma ſubiecit *Iohannes Kerckmannus*, tunc ipſius „Conrector. Et pag. 1056: Engelberto Copio (Recto„ri Lippienſi) Conrector erat *Iohannes Kirchmannus*, „Selmenſis, qui ab eo tempore Lemgouiae, Suſati & ali„bi Scholis inſeruiuit.

Digitized by Google

verem hanc labem famae Kirchmanni adſperſam, niſi ex Iac. Stolterfohti Orat. Funebr. Wittenianis Memoriis inſerta, Baylii Dictionar. T. II. p. m. 1717 ſq. Buddei Lex. Hiſtor. P. III. p. 256, Ludouici Hiſt. Gymn. P. I. p. 59, & aliunde, dudum ea eruditis innotuiſſet: imo niſi cognitum haberem perſpectumque, famam Kirchmanni ea re non magis obſcurari, quam ſolem, licet illi maculae adſcribantur. Eſt & manet Kirchmannus ciuitatis Lubecenſis decus: gloria Athenaei noſtri, in quod maxima eius merita deprehenduntur, quicquid etiam in Kirchmanno, Rectore Lubecenſi, fuerit deſideratum. De vita & ſcriptis eius poſt citatos auctores commentari, eſſet Iliada poſt Homerum canere. Addantur, ſi placet, quae ipſe in Athen. Lubec. P. I. p. 12 ſq. 50-58. P. III. p. 446-450 in medium protuli. His tamen omnibus de Kirchmanno, eiusque ingenii monumentis, prolixe allatis, aliqua nondum commemorata hac occaſione addere licebit. Scilicet extat etiam ipſius *Ad Legatos Lubecenſes* (Alexandrum Luneburg & Conradum Garmers, Senatores; nec non Ioannem Brambachium, Secretarium) *ex Comitiis Suecicis reduces Gratulatio*, eleganter ſcripta, & Francof. 1594. 4. edita. Praeterea edidit publicarum lectionum cauſa, *Auſonii Griphum de Numero Ternario*. Roſtoch. 1607. 4, praefixa hac Dedicatione:

Nobi-

Digitized by Google

„Nobilisſimo Iuueni
„*Bugislao Viti F. Behr*
„Equiti Pomerano.

„Griphum Auſonii de Numero Ternario, „quem adulta hac aeſtate animi cauſa publice „interpretari conſtitui, cui inſcribam, ſi diu me„cum delibero, posſim equidem videri eſſe ex „valetudinario illorum hominum genere, qui „mera ἀχηδία aegri procul inueſtigant ea, quae „ipſi habent domi praeſto. Cui enim potius, „quam tibi, Bugislae nobilisſime? qui partim „naturali propenſione, partim ductu & auſpicio „noſtro humaniores litteras ita colis, vt non niſi „penitus iis imbutus ad ciuilem ſcientiam inge„nium applicare cogites; raro aeui noſtri exem„plo. Nam hodie ita fere comparatum eſt, vt „qui vix in publica haec Gymnaſia pedem intu„lerunt, amoeniores doctrinas, illarumque in„terpretes deſpicatui habeant, & nullis admini„culis fulti confeſtim ad ſuperiorum ſcientia„rum aliquam properent: in quibus cum ſe iam „magnos progreſſus feciſſe, atque adeo regnum „tenere arbitrantur, fieri ſaepe ſolet, vt etiam „pueris ſe deridendos propinent. Tibi vero „longe alia mens eſt. Nam ne pulcherrimam „illam & maxime ἀρχιτεκτονικὴν diſciplinam, cui „te propediem mancipare conſtituiſti, inſcitia „minutarum etiam rerum deformes, non ſolum „vtramque linguam auide addiſcis, verum etiam „per laetos illos ac latos hiſtoriarum campos „attentiore mentis oculo vagaris, ſed nec Poë„tarum lectionem faſtidis, a qua qui abhorrent,

eum

„eum ego auerſis Muſis natum, nec vnquam „ad ſolidae eruditionis culmen peruenturum „eſſe, libere ſentio. Macte hac induſtria, mi „Bugislae, & perge ita aliquando humanitatis „ſtudia cum ſeuerioribus Muſis ἀγαθῇ τύχῃ „maritare; neque dubita, hanc eſſe vnam, hanc „ſolam viam, quam calcarunt illi ἢ μεν νέοι ἢ δὲ „παλαιοὶ, quorum in omni genere litterarum „praeſtantium orbis miratur. Vale. Roſtochii, „a d. XV Kal. Iul. An. cIↃ IↃC VII.„ De commentario inedito in Auſonii Griphum vid. Athen. Lub. P. III. p. 448. Morſius quoque in Diar. Apodemic. ſcriptis Kirchmanni *Vitam Ignatii Hannielis* accenſet.

§. II.

Magnam in primis conciliauit Kirchmanno gloriam *commercium litterarium*, quod habuit cum viris, qui iſto tempore in orbe litterato fuerunt ipſa lumina. Quare laudatiſſimo inſtituto aliquot Kirchmanni Epiſtolae, plures vero doctiſſimorum virorum ad Kirchmannum ſcriptae, in Epiſtolis Marquardi Gudii, Claud. Sarravii & aliorum, a Petro Burmanno Vltraiect. 1697. 4. editis, ſunt conſeruatae. Continent eae, praeter ſumma praeconia, Kirchmanno eiusque ſcriptis delata, multas res commemorabiles, oſtenduntque, quanti Kirchmannum ſummi viri fecerint, & quam libenter eius conſilio vſi ſint. Hoc autem ordine reperiuntur:

Iacobi

Iacobi Bongarsiii prima. 1602. p. 145 sq.
——— secunda. 1604. p. 146.
——— tertia. 1606. ibid.
——— quarta. 1608. p. 147.
Isaaci Casauboni prima. 1601. p. 155.
——— secunda. 1601. p. 155 sq.
——— tertia. 1601. p. 156 sqq.
——— quarta. 1606. p. 158 sq.
——— quinta. 1608. p. 159.
Marci Velseri vna 1612. p. 186 seq.
Davidis Hoeschelii prima. 1602. p. 187 sq.
——— secunda. 1603 p. 188 sq.
——— tertia. 1605. p. 189.
——— quarta. 1612. p. 189 sq.
Iani Gruteri prima. 1600. p. 200.
——— secunda. 1600. p. 201 sq.
——— tertia. 1600. p. 202.
——— quarta. 1600 p. 202 sq.
——— quinta. 1604. p. 203 sq. In hac Epistola gaudet Gruterus mendacem fuisse de morte Kirchmanni famam.
——— sexta. 1618. p. 204 sq.
——— septima. 1618. p. 205 sq. Ex hac epistola apparere videtur, in animo habuisse Kirchmannum, Caseliana iunctim edere. Sic enim scribit Gruterus: *Gratissimum fuit intelligere, nondum strangulata esse inter plurium manus Caselii monumenta; & nae tu Philologis eximiam nauabis operam, si versus eius, si versiones, si alia omnia produxeris in publicum. Ea propter sane plurimum tibi debemus omnes.*
——— octaua. 1618. p. 207 sq. In hac de Case-

Caſelianis, a Kirchmanno edendis, nonnulla quoque leguntur.

——— nona. 1619. p. 208 ſq. Habet haec epiſtola itidem nonnulla de Caſelii ſcriptis colligendis.

——— decima. 1619. p. 209 ſq: Incipit: *Imo ipſemet illuſtriſſimus Dux Brunſuicenſis dedit in mandato Conrado Horneio, Profeſſori Philoſophiae moralis publico Helmſtadii, colligendi edendique publicis ſumtibus Caſeliana. Scripſi ei de propoſito tuo. Tu etiam quaeſo tua cum ipſo communica, vt ita coniunctis operis animisque omnia prodeant plenius ornatiusque. Meretur id ſane Caſeliana Charis.*

Georgii Remi prima. 1605. p. 211 ſq.

——— ſecunda. 1605. p. 212 ſq.

——— tertia. 1613. p. 213 ſq.

——— quarta. 1614. p. 214 ſq.

——— quinta. 1617. p. 215 ſq.

——— ſexta. 1621. p. 216 ſq. In hac Epiſtola commorabile eſt elogium, quod *Auguſtino Kockerto*, ICto Lubecenſi, tributum: *Dolorem ingentem in animo meo excitaſti nuncio obitus V. Cl. D. D. Auguſtini Kockerti, I. C. ſummi, quem ob doctrinae praeſtantiam, morum candorem & varias ingenii dotes mirum in modum adamaueram annos praeter propter duodequadraginta, cum in Galliis & Germania familiariſſime vixerimus: eique in Italiam (ex qua ego paulo ante redieram in patriam) abeunti σύγχαρμα ſcripſeram, cuius exemplar nullum mihi ſeruaueram, & iam ab heredibus emendicare erubeſco, ſi tamen tanti eſt, cuius*

me

me vel alios rationem habere oporteat. Vixit mihi carissimus & quasi antesignanus in stadio & studio iuris nostri Augustinus, eheu! noster olim Kockertus, qui me aetate aliquot antecessit annis, minimum octo aut decem. Complebo ad diem IV Ian. 1621 annum sexagesimum, cum Deo propitio. Habuit amicos magnos Augustinus in Galliis, Italia, Heluetia, Germania, Belgio, Dania, ac forte etiam in Suecia. Nemo virtutem tanti viri, qui oderat cane & angue peius ambitionem θυμομαχίαν τε admiratus fuit: cuius ego filiis si velificari possim, remis non defuturus sim.

——— septima. 1623. p. 217 sq.
——— octaua. 1625. p. 218 sq.
Iani Rutgersii prima. 1618. p. 220 sq.
——— secunda. 1619. p. 221.
——— tertia. 1624. p. 221 sq.
——— quarta. 1618. p. 222.
——— quinta. 1624. p. 222 sq.
——— sexta. 1615. p. 223.
Danielis Heinsii prima. 1605. p. 224.
——— secunda. 1606. p. 224 sq.
——— tertia. 1608. p. 225.
——— quarta. 1610. p. 226. In hac Kirchmanni Liber de Annulis summis ornatur laudibus.
——— quinta. 1622. ibid.
——— sexta. 1624. p. 226 sq.
——— septima. 1628. p. 227.
Caſparis Barthii vna 1608. p. 228 sq.
Huberti Giphanii vna. p. 230 sq.

Digitized by Google

Conradi Rittershusii prima. 1600. p. 231 sq.
——— secunda. p. 232.
——— tertia. 1602. p. 233.
——— quarta. 1603. p. 233 sq.
——— quinta. 1603. p. 235 sq.
——— sexta. 1604. p. 236 sq. Liber de Funeribus his laudatur verbis: *Tuum, ornatissime D. Kirchmanne, opus de Funeribus Rom. prodiisse laetor, & tam tibi, quam reip. literariae gratulor.* —— *Prae Meursio, rivali tuo, quem miramur simul iisdem nundinis prodiisse, tibi Senatus Criticus palmam defert, perfectionemque operis tui collaudat.*
——— septima. 1604. p. 237 sq.
——— octaua. 1606. p. 238 sq.
——— nona. 1607. p. 239 sq.
——— decima. 1608. p. 240 sq.
——— vndecima. 1609. p. 242. In hac epistola notatu dignum est docti Lubecensis elogium: *Protulit Lubeca vestra sidus aureum, nimis, heu! celeriter praereptum terris! Janum Gulielmium dico, qui omnium eruditorum puncta tulit. Ei te successurum auguror.*
——— duodecima. 1609. p. 242 sq.
——— decima tertia. 1609. p. 243 sq.
——— decima quarta. 1610. p. 245.
——— decima quinta. 1610. p. 246 sq.
——— decima sexta. 1610. p. 247 sq.
——— decima septima. 1610. p. 249. sq.
——— decima octaua. 1611. p. 251.
——— decima nona. 1612. p. 251 sq.

Chri-

Christophori Coleri prima. 1597. p. 252. sq.
——— secunda. p. 253.
——— tertia. p. 253 sq.
Michaelis Piccarti prima. 1608. p. 254 sq.
——— secunda. 1616. p. 255 sq.
——— tertia. 1616. p. 256 sq.
——— quarta. 1617. p. 257 sq.
——— quinta. 1616. p. 258 sq.
——— sexta. 1620. p. 259 sq.
Martini Ruari prima. 1611. p. 261.
——— secunda. 1612. p. 262 sq.
——— tertia. p. 264 sq.
Laurentii Rhodomanni vna. 1605. p. 266.
Ioannis Caselii prima. 1608. p. 268.
——— secunda. 1608. p. 268 sq.
——— tertia. 1609. p. 269.
——— quarta. 1609. p. 269 sq.
——— quinta. 1611. p. 270.
——— sexta. 1612. p. 270 sq.
——— septima. 1612. p. 271.
——— octaua. 1612. ibid.
Theodori Busii vna. 1610. p. 272 sq.
Eilhardi Lubini vna. 1613. p. 273 sq.
Ioan. a Wouwer prima. 1604. p. 274 sq.
——— secunda. 1604. p. 275 sq.
——— tertia. 1604. p. 276. Ex hac epistola apparet, Kirchmannum *Theophrasto* inlusdasse.
Ioannis Meursii prima. 1619. p. 280.
——— secunda. 1620. p. 281.
——— tertia. 1623. ibid.
——— quarta. 1623. p. 282.

Digitized by Google

Ioannis Kirchmanni ad Henr. Vagetium, Prof. Hamburg. 1634. p. 283 sq.

———— ad Theodor. Busium, l. V. D. Ducat. Slesvic. & Holsat. Cancellarium. 1625. p. 284 sq. Agit in ea de edendis *Theodorici Monachi Historia Regum Norvegiensium*, ac *Anonymi scripto de Profectione Danorum in Terram Sanctam*, in Bibliotheca, quam p. 284 *a Senatu fidei suae commissam* dicit, repertis.

Friderici Lindenbrogii prima 1611. p. 285.

———— secunda. 1637. p. 285 sq.

Ioannis Christenii prima 1628. p. 291.

———— secunda 1629. p. 291 sqq.

Georgii Calixti vna. 1635. p. 293. Commendat Kirchmanno *Titum Christianum*, Scholae Lubecensis alumnum.

Iani Gebhardi prima. 1622. p. 294.

———— secunda. 1622. p. 294 sq.

———— tertia. 1623. p. 295 sq. Commemorat inter alia, *S. P. Q. Lubecensem de adornanda libraria serio agitare, Kirchmannumque ad eam rem consiliarium esse vnicum, cuius fauore atque opera negotium quam rectissime confici queat.*

———— quarta. 1623. p. 296 sq.

———— quinta. 1623. p. 297 sq.

———— sexta. 1624. p. 298.

———— septima. 1624. p. 299.

———— octaua. 1625. p. 299 sq.

———— nona. 1626. p. 300 sq.

———— decima. 1626. p. 301.

———— vndecima. 1627. p. 302.

———— duodecima. 1627. p. 303 sq.

decima

——————— decima tertia. 1628. p. 303 ſq.
——————— decima quarta. 1630. p. 304 ſq.
——————— decima quinta, 1632. p. 305 ſq.
Caſparis Hoffmanni prima. 1624. p. 306 ſq.
——————— ſecunda. 1625. p. 307.
——————— tertia. 1637. p. 308.
Stephani Ioan. Stephanii prima. 1633. p. 308 ſq.
——————— ſecunda. 1634. p. 309 ſq.
——————— tertia. 1642. p. 310. ſq.
Gerh. Io. Voſſii vna 1628. p. 319 ſq.
Io. Frid. Gronouii prima. 1633. p. 320 ſqq.
——————— ſecunda. 1633. p. 322.
——————— tertia. 1634 p. 323.
——————— quarta. 1635. p. 324 ſq.

Hoc Commercium litterarium augebo hac occaſione Tredecim Epiſtolis ordine chronologico exhibendis, quarum tres acceptas, debeo M. Iacobo a Melle, Seniori & Paſtori Lubecenſi, Ioachimi Morſii Diarium Apodemicum, in quo autographae extant, mecum communicanti, duas M. Io. Melch. Krafftio, Paſtori & Inſpectori Huſumenſi: octo M. Matthiae Lobedantzio, Paſtori Sandesnebienſi, quorum doctiſſimorum & humaniſſimorum virorum fauorem grata mente praedico.

EPISTOLA I.

IOANNES KIRCHMANNVS Ioachimo Morſio.

Roſtochium.

Nihil gratius mihi potuit accidere literis tuis, ornatiſſime Dn. Morſi, quas Quiſtorpius a te

mihi reddidit. Nam & singularem tuam erga me beneuolentiam spirabant, & stipatae erant iis donis, quae ego auro contra aestimo. Certe, quod mei causa sumptum facere voluisti, maximas habeo gratias, operamque dabo, ne te huius poenitere possit. Non tu quidem meo consilio eges, patieris tamen, vt tibi recta ad virtutem & solidam doctrinam via grassanti applaudam, & meum in te amorem aliquando, si fors ita tulerit, publice testatum faciam. Iam Dissertatiunculam nostram *de Ira* mitto, quae adhuc maiorem limam desiderat, neque enim integrum mihi erat omnia, quae in hoc argumento mihi meditata erant, publicare. Legibus nostris contrarium esse hoc plerique clamitabant: coactus igitur fui filum abrumpere & reliqua in aliud tempus differre. Syntagma quoddam *de Annulis* & eorum signaculis affectum fere habeo: & vero iam emisissem, nisi quorundam auctorum Graecorum testimonia, quae necessario mihi laudanda sunt, deessent. Inter illos est etiam Theophrastus περὶ λίθων, cuius inspiciendi copia mihi hactenus non fuit. Quis est autem ille Theophrastus, quem ab Heinsio editum iri scribis? Si is, cuius mentionem feci, magno me beneficio affeceris, si meo sumptu eum huc miseris. Pretium bona fide tibi restituam. Academiae nostrae res quo loco sint, ex M. Laurenbergio rectius intelliges. In Dania & Suecia bellum adhuc feruet, cui vereor vt foederatae etiam vrbes immisceantur. Vale doctissime & amicissime Dne Morsi, meq; quod facis,

facis, amare perge. Dabam Roſtochii. 28 Mart. 1612. Dn. Merulae officioſam a me ſalutem dicito.

EPISTOLA II.

IOANNES KIRCHMANNVS Adamo Theodoro Sibero.

Wittebergam.

Cum fama de Taubmanni obitu quotidie magis magisque increbeſcat, facile adducor in illam ſententiam, vt credam, optimum illum & præclare de literis meritum virum fato ſuo functum eſſe. Valde equidem hoc triſti nuntio perturbatus ſum, nec tam mea cauſa, qui quidem ſingularem amicum amiſi, quam reipublicae literariae nomine, quae in hoc viro inſigni ornamento & decore orbata eſt. Sed cum Deo Opt. Max. ita viſum ſit, aequis animis id, quod accidit, ferre debemus, ne ſapientiſſimae huius voluntati ac prouidentiae reluctari videamur. Qui tibi has litteras reddet, Ioachimus Morſius, Hamburgenſis, magnus amator eſt illorum ſtudiorum, quae Humanitatis appellantur, in iisque illos iam fecit progreſſus, vt ſpes ſit, illi aliquando in republ. litteraria ius fore ſpectandi in quatuordecim, imo in ipſa orcheſtra. Hunc Muſarum & Charitum pullum de meliore nota tibi commendo, rogoque, vt illum in amicitiam tuam recipere, amore & beneuolentia complecti, & conſilio, ſi id exoptat, iuuare non

graueris. Accepisse te beneficium credes, quum propius aspexeris iuuenem hunc, omni laude maiorem. Vale. Ad literas meas, quibus de statu trium illarum Scholarum, quae Electoris vestri sumtibus aluntur, me certiorem fieri cupiebam, responsum auide exspecto. Vale iterum vir CL. Dabam Rostochii. 18 April. 1613.

EPISTOLA III.

IOANNES KIRCHMANNVS Theodoro Busio, I.V.D.

Rostochium.

Etsi eram hoc tempore occupatissimus, non potui tamen, quin aliquid ad te litterarum darem, si forte tuas maiori otio abundantis hac ratione elicere possem. Fasciculos hosce heri ad me misit Frobenius, in quorum altero, quem Piccarti manu scriptum video, si quid est, quod me delectare possit, rogo ne inuideas. Pansa D. Rittershusio parentauit, cuius Orationem forte iam vidisti. De Didactica Noua si forte quid vel a Piccarto, vel a Fratribus intellexisti, velim mecum communices. Aiunt, eam ab Hoeschelio probari, quod mihi non sit verisimile. Iungium a Senatu vestro ad gubernandam Scholam & Professionem Ethicam vocatum iam pridem intellexi: hic, si venerit, poterit anni spatio iuuentutem vestram linguam Latinam docere, in qua alii hactenus totum vitae tempus fere consumpserunt. Dn. D. Stalmecterum

rum Reutrio ſucceſſorem electum, fama eſt, quae ſi vera fuerit, ſperarim te quoque in partem huius felicitatis venturum. Duodecim illos florenos rogo affini meae Benichianae numeres. Apocham afferet vxor mea, quae proximis nundinis, Deo volente, vobis aderit. Vale cum vxore, ſocru & affinibus, quos omnes officioſe ſaluta, Dab. Lub. prid. Kal. Iun. 1614.

EPISTOLA IV.

PAVLVS TARNOVIVS S. D. *Ioanni Kirchmanno.*

Lubecam.

Ita mihi liceat exoptatiſſimo tuo conſpectu colloquioque iterum frui aliquando, vt nuper ſum ab eo inuitiſſimus auulſus. Nihil dico de comitate & beneuolentia, qua me aduenientem excipiebas, de benignitate, qua me commorantem afficiebas, de dictis, factis, quibus beneuolentiam tuam citra omnem fucum & fallaciam declarabas. Singula horum, vt de aliis nihil dicam, me incitarunt, vt dieculam adderem; illud vero in primis, quod, vt ſunt humana, certi nihil mihi poſſem polliceri, an vnquam te in hac vita iterum ſim viſurus, & tam iucundis mihique gratiſſimis ſermonibus me recreaturus. Vicit tamen Palladis meae in abitu vrgendo peruicacia, quae tamen ipſi ex voto non ſucceſſit. Nam in patria quatriduum haerere, Wismariae etiam, detinentibus nos ex Miniſterio quibusdam, praeter ſpem integrum diem

commorari neceſſe habuimus, & ſeptima tandem veſpera, poſtquam a vobis digreſſi fuimus, huc rediimus ſalui & incolumes, de quo Soſpitatori noſtro immortales debemus gratias, qui tam felix concesſit iter: vobis vero, quas poſſumus, agimus, qui tam benignum praebuiſtis & iucundum hoſpitium. Quem affectum noſtrum, licet alioquin vobis, vt ſpero, minime dubium, iam pridem teſtatum facere ſcriptiuncula conatus fuiſſem, niſi Ignatiana nobis inſciis itineri ſe commiſiſſent, tabellarium vero, aut aliquem ex aurigis onerare tam leui epiſtola praeter rem videbatur. Nunc, quo magis intelligas me nimium properaſſe, & eorum, quae coram volebam expedire, nonnulla ſupereſſe, abs te contendo, primum, vt mecum communices, ſi forte ipſe in lectione veterum obſeruaris, aut ſaltem apud Caſaubonum in Notis ad Lampridium inuenias aliquid de Chriſtianorum & Iudaeorum conſuetudine in proponendis eligendorum Sacerdotum nominibus publice, deque eorum vita & moribus apud populum inquirendis. Locum Hiſtorici videbis in charta, quam vna mitto, quem a Caſaubono illuſtratum ex Hiſtoria Eccleſiaſtica non dubito. Quaeſo per domeſticorum aliquem, quicquid ad eum habebis, deſcriptum ad me mittere ne graueris. Vidi vnum ex Theologis, qui Sozomenum Lib. V. cap. 5 de illa conſuetudine mentionem facere diceret. Sed aut ipſe falſus fuit, aut meum Sozomeni exemplar, quod plane nihil habet, ad hoc argumentum pertinens. Petri Bertii Logi-

cam

cam itidem perluſtrare apud te erat animus, propter Arminianam controuerſiam, cujus ſemina ne in ea ſparſerit, valde vereor, & ſimul propter alias cauſas, quas referre omnes nil attinet. Si eius vſus tibi non valde neceſſarius, quaeſo certum hominem nactus vel mihi aut D. Henrico Bacmeiſtero transmitte, qui iampridem eiusdem inſpiciendae copiam promiſit mihi. Auguſtini Valeriani, Epiſcopi Veronenſis, Librorum trium de Rhetorica Eccleſiaſtica mentionem feciſſe me recordor, cum hic nos inuiſeres, & ſimul petiiſſe, vt per occaſionem inquireres apud Rever. & Clariſſ. virum, Dn. Stampelium, Superintendentem veſtrum, an eos haberet, & ad paucas hebdomades dimittere poſſet, cujus mei deſiderii fugit me in illa repentina meorum fuga te denuo monere. Permitto tuo iudicio, an velis & posſis huius mei voti indicium aliquando facere. Controuerſiae illius, quae fuit inter Senatum veſtrum & Miniſterium, caput video προβληματικῶς fuiſſe nuper propoſitum a Dn. Lindemanno in Diſputationis illius παρέργῳ, quae Candidato Iuris Wasmundio erat tum habenda, & negatiuam ſententiam eundem probaſſe. * Theſes ſunt theſes, contra quas cum alii ex Studioſis, tum praecipue noſter Pſeudo-Deſiderius Heraldus ſe omni conatu oppoſuerunt, quibus armis & qua arte non poſſum dicere, qui tum domo abfui; forte id ipſum rectius intelliges ex M. Vorſtio, futuro collega tuo, qui dubio procul certaminis illius ſpectator & auditor fuit. Bibliothecae noſtrae nuper die abhinc

deci-

decimo Ill. Princeps, Philippus, donauit, ablegato ad hanc rem Secretario, Henrico Swichelio, Herbarium Episcopi Aichstedensis, librum pretiosum, qui aestimatur 100 florenis. Repositus erat in theca elegantissimis emblematibus & picturis exornata. Legato, praeter communem & vulgarem honorem, qui transmisis aliquot vini cantharis exhiberi solet, obtulit Academia poculum 22 florenorum. Literas quas vicinus tuus, ni fallor, nobis abeuntibus committebat, remitto, quod nemo a nobis indagari hactenus potuit, qui sit eius nominis, quod ostendit inscriptio. Nomenclatores illos, qui in nuptiis & funeribus recitandis nominibus praeesse solent, & quibus, si cuiquam omnium notissima sunt ciuium & incolarum huius vrbis nomina, & alios etiam interrogauimus, an hominem isto nomine hic nossent, sed huc vsque nemo repertus est, qui nos ad eum deduceret. Excusabis, quam potes studiosissime nostram in remittendo tarditatem, qui maluissemus cui sunt inscriptae tradere, quam scribenti remittere. Salutem amicissimam vt adscriberem, me rogarunt vxor, eiusdem soror & liberi, quibus omnibus & singulis pergrata est beneuolentiae & hospitalitatis vestrae memoria. Reuerendum virum & praestantissimum Dn. Superintendentem vestrum salute officiosissima impertiri velim meo nomine, eique, vti & toti Ministerio, gratias agi pro honore & munere mihi immerenti exhibito. M. Dreierum, veterem amicum & familiarem meum, itidem salu-

tari

tari cupio, de cuius erga te candore & fide, quam coram non obscure intellexi, plurimum tibi gratulor, qui cum dissimilibus olim colluctatus ingeniis haud ignoro, quantum malum sit collega infidelis, indeque colligo, quantum boni ex bono. Πῆμα κακὸς γείτων, ait Aschraeus, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ. Ἔμμορέ τοι τιμῆς ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ. Quod de collegis verius dici potest. Tuos omnes bonos opto & fideles, quo felicius opus Domini peragatis, & tibi, eorum moderatori, minuatur molestia, quem diu valere & supersesse ex animo voueo. Coniugi tuae omnes εὐτοκίαν precamur, nec dubitamus, quin suspiria nostra vestraque exaudiat Pater ille omnis gratiae & misericordiae: sed tamen rogamus, vt fructum eorum adepti bono nuntio nos beare non differatis. Vale & ignosce loquacitati meae, cuius parte non minima liberari potuisses, si per Mineruam meam tua praesentia frui diutius licuisset. Raptim, die S. Michaelis. 1615.

EPISTOLA V.

PAVLVS TARNOVIVS Ioanni Kirchmanno.

Lubecam.

Tuam in scribendo sedulitatem amo: meam in eodem officii genere cessationem a te recte accipi confido: cui quiduis aliud, quam pristinae beneuolentiae mutationem vnquam causam allaturum, caue suspiceris. De euentu Disputationis

tionis a Dn. Superintendente habitae nihil dum certi inaudiui: perlegi eam ſtatim vt accepi. In Corollariis quae improbentur, ſuſpicare forte potui. Cur autem Caluinismi infimulentur, qui ceremoniarum, quas noſti, mutationem ſuadeant, conjectura nulla aſſequor. Fundamenta eorum ſi tenes, per otium communica. Foedus cum Belgis initum a multis ciuitatibus maritimis aliisque non probari multis in Imperio Principibus, deque eo diſturbando conſilia agitari iam pridem audiuimus: quorſum ea eruptura ſint, anxie plerique exſpectant. Edicti Holſatici renouandi cauſam qui dedit, peſſime conſuluit eccleſiae illius prouinciae; apud nos alius ab eo, qui in tuis literis nominatus eſt, auctor ex Paſtoribus paganis, qui de Principis defuncti ſtatu ſiue ambiguo, ſiue periculoſo licentioſius cum locutus eſſet, e ſuggeſtu an in taberna? eiusque verba ad aulam delata Princeps inaudiiſſet, reſuſcitatum creditur, quod iam pridem perpetua oblivione ſepultum putabatur. Fratrum Roſeae Crucis nugamenta Stockholmia huc miſſa exhibui D. Lubino & D. Affelmanno. Vterque iſtorum Fanaticorum ſomnia quid ſibi velint, ignorare profitetur, quin alter, cui ſoli, vnde venirent, indicaui, multum me hortatus eſt, ut ea Vulcano traderem, id genus refutationis fortiſſimum eſſe aiebat: non, quod tu ab eodem exigebas. Miſi vnum ex his exemplaribus D. Helvico Gieſſam, ſciscitandi ſuper his mirabilibus ipſius & Collegarum iudicii gratia: nihil autem de arcanis horum Fratrum cognoſcere potui

potui. D. Gryphius vt pro more solenni introducatur, Senatus etiam nuperrime vrsit, nos vero interdicto Principum prohibemur, de quo puto me antea ad te scripsisse. M. Helwigius iam ad Sundenses transiit, cui successorem a nobis iam pridem designatum, quo minus alterutri Principum nominauerimus facit dubitatio de Iure Confirmationis, ad vtrum eorum illud pertineat in hoc casu. Causam ambigendi ex eo ortam intelligo, quod M. Rhedus postquam literas confirmationis a iuniore Principe impetrasset, & ad nos detulisset, actutum abiit in Angliam, relicta Professione, ex qua M. Simonius exturbatus erat. Factum igitur illud pro infecto habetur in altera aula, non item in altera. Sed hae turbae facile consilescerent, si grauiores inter Ill^mos. fratres compositae forent, id quod nunc operam dant Deputati. De Accisarum noua indulgentia plus spei retulerunt nuperi Legati, rei nihil: & magno in metu multos haerere audio; ne & illa euanescat, quod si fit, extra periculum turbarum & seditionis nos opto potius, quam spero: ita plebs gemit & fremit sub onere Collectarum proximarum, quibus intolerabiliores impositum iri autumant, ita exigente aerario publico, quod vacuum aiunt propter denegatum beneficium Accisarum, nec repleri ad necessarias ciuitatis impensas, potest, nisi ope collectarum. Sed haec curae sint, cui omnia. Idem te tuosque diu sospitet. Rostoch. V Mai. cIↃ IↃC XVII.

EPI-

EPISTOLA VI.

IOANNES KIRCHMANNVS. Ioachimo Morſio.

Hamburgum.

Quod ex Britannia in patriam redux me inter alios compellandum putaſti, agnoſco priſtinum tuum erga me amorem, in quo vt perſeuerare pergas, etiam atque etiam rogo. Gratulor autem tibi de confecta iam peregrinatione, & vt Muſis tuis errantibus ſtabilem ſedem aliquando eligas, opto. De Rhaedo gratum fuit ex te cognoſcere. Rhuarum Lutetiae Pariſiorum haerere, & totum orientalibus linguis deditum eſſe, narravit mihi heri Georgius Rittershuſius, Cunr. F., qui recta inde venit. Indicem eorum, quae te parare ſcribis breui edenda, lubens legi. Syntagma de Annulis hisce diebus recognoſcere coepi, nec prius ceſſabo, quam ad vmbilicum perduxero, modo a ceteris laboribus tantum mihi ſit otii. Tu ſi quid in hac tua peregrinatione obſeruaſti, quod argumentum hoc ornare poſſet, non mihi inuidebis. Vale & breuitati litterarum ignoſce. Breui plura. Dabam Lubecae. 17. Iul. 1620.

Rectorem Scholae veſtrae introductum eſſe audiui. Deus illius labores fortunet. Vagetium, ſi adhuc apud vos eſt, ſaluto.

EPI-

EPISTOLA VII.

PAVLVS TARNOVIVS Ioanni Kirchmanno.

Lubecam.

Proximas meas, in quibus tibi commendabam nepotem & fratrem, quin iam videris, non dubito. In extremo earum quod adieceram de rumore obitum praematurum Dn. Stampelii nuntiante, eum nimis verum deprehendi cum ex tuis literis, tum ex aliorum sermonibus. Qui euocauit e statione tam bonum & praeclarum athletam, is sufficiat non indignum successorem. Noster etiam Westphalus, qui a M. Sledani morte Prot Ecclesiasten egit, periculose totos iam octo dies decubuit, colluctatus cum calculi & colicis doloribus grauissimis: victus, an victor ex hoc certamine discedet, breui, vt nunc est, sciemus. Illustriss. nostrorum Principum Legati Consiliarii ex vtraque aula bini hic adhuc commorantur, consilia inter se conferentes de Dicasterio Prouinciali in formam & rationem meliorem redigendo. Praeses iudicii constitutus est Nobilis quidam Pomeranus, Henricus Guntersbergius, qui antehac in aula Wolgastensi munus simile sustinuit, & olim in hac Academia studiorum causa vixit, vsus, ni fallor, conuictu D. Fabricii & contubernio D. Schönermarchii. Stipendium ei annuum promissum 2000 florenorum. D. M. Ioachimi Movii, Parchimensis

ψευδοπροφήτα mirabili arte vaticinandi ex Scriptura Sacra, cuius τῷ ῥητῷ mirabiles & ridiculas, an lamentabiles? affingit ἀλληγορίας, quas interpretationes appellat μυστικὰς (rectius μυθικὰς) memini antehac ad te scripsisse. Nunc significo, hominem ad Rintelensem Academiam delatum fatidico (alii fatuidico dicunt) spiritu praedixisse interitum vicino oppido Hagensi ad certum diem, quo in eodem nuptiae erant celebrandae. Cum eo nomine a Superintendente istius loci, cui Vakenio nomen esse audio, compellatus esset, ac rogatus 1. si euentus non responderet, quid de vaticinio illo sentiendum? respondit: illud non esse pro verbo Dei habendum. 2. si forte poenitentia iram Dei auerteret? repetiuit ante dictum: non esse suum pro DEi verbo habendum. 3. denique si nuptiae illae proferrentur, aut plane intermitterentur, quid tum sperandum? idem, quod antea binis vicibus respondit. Nuptiae vero illae factae sunt, & Haga adhuc salua est. Propheta vero sitne saluus corpore ignoratur, certe ex discipulis eius aliquot ad saniorem mentem redierunt, quorum vnus, qui Scholae Mindensis Conrectoratu fungitur, quae narraui, cum aliis nonnullis, huc perscripsit. Plura poteram ex eodem penu depromere, sed tempore abuti & tuo otio nolebam. Ne tamen plane esset inanis haec scriptiuncula, quam noster Kockertus sibi comitem ad te postulabat, haec ipsa fatua vaticinia, quibus multi in hac Schola & alibi dementati antehac fuerunt, attingere visum fuit. Tu pro tua prudentia,

dentia, cum quibus haec communicanda putes, videbis, meque porro amabis, idque in meo nepote ostendes. Vale & salue cum tuis, a me meisque amanter salutatis. Subito scripsi 1622. 18 Mart.

EPISTOLA VIII.

IOANNES KIRCHMANNVS Ioachimo Morsio.

Hamburgum.

Accepi nuper literas a Dn. M. Cnopio, qui te officiose salutat, & cum intellexerit, penes te esse *Fratris Basilii Valentini Testamentum* MS., quod in arcanis apud Hermetis filios habetur, etiam atque etiam rogat, vt eius copiam sibi facere non graveris. Magno beneficio hunc virum tibi obstringes, si hac in re te non difficilem praebueris. Quicqvid autem in describendo hoc scripto a te impensum fuerit, id ego tibi bona fide refundam. Scribit etiam, se intellexisse, *Isaaci Hollandi Opus Vegetabile* iam typis expressum esse. Si id venale extat in bibliopolio Dn. Frobenii, mone ipsum, vt id ad me prima quaque occasione mittat: si minus, da operam, vt aliunde illud accipiam circa ver proximum. Nam miro illius desiderio flagrat Dn. Cnopius, quem nullo maiore beneficio afficere poteris, quam si huiusmodi libris illius studia philosophica iuuare velles. Vale, vir amicissime, & breuitati literarum ignosce. Dabam Lubecae IIX Ian. A. 1632, quem tibi prosperum & felicem precor.

EPISTOLA IX.

IOANNES STRVBIVS Ioanni Kirchmanno.

Lubecam.

Quod tam benigne per ampliſſ. Buntingium noſtrum ſalute me impertiuiſti, & de mittendis litteris admonuiſti, in eo & humanitatem & benevolentiam tuam agnoſco, quam modeſtia & officio rependere ſedulo annitar. Res meae illo iam ſunt loco, vt iure gratias agam omnipotenti illi bonarum cauſarum vindici. Nam ex quo Sermus noſter Dominus homagium a ſuis hic loci exegit, in ipſis primis prouinciae comitiis diuino prorſus conſilio decretum eſt, inſtitutionem triuialem & ſubordinandam ſapienter ac ſolide, & conformandam ex aſſe diſciplinae Iuliae Academiae, ſeu patriae. Qvantum haec ſententia cauſae meae addiderit, aduerſario detraxerit, non eſt obſcurum. Reſpondi etiam tandem invitus quidem, at intrepidus & non ſine conſilio bonorum ac intelligentium, meo & melioris doctrinae hoſti, Buſchero (2). Apologiae exemplar

(2) Innuit M. *Statium Buſcherum*, Eccleſiaſten Hannoveranum, qui Rintel. 1635. 8. edidit *Disquiſitionem de recta Iuuentutis Scholaſticae Inſtitutione ad ſeram humanitatem & pietatem Chriſtianam, ſiniſtris quorundam iudiciis & incruſtato Ethnicismo oppoſita.* Contra hunc M. *Ioan. Strubius*, Bocnemenſis, Scholae Hannoueranae Rector, Rintel. 1636. 8 euulgauit *Apologiam pro ſera & ſeteri Inſtitutione Scholaſtica; oppoſitam Calumniis M. Statii Buſcheri, Eccleſiaſtae Hannouerani, quas illo ſpecioſo*

plar tibi mitto, & de ea tuum pium & exactum iudicium, nisi molestum id est, quod in communi causa fore non spero, cum honore & officio, quod tibi debeo, & debebo, cum viuam requiro. De cetero vacuas illas paucas horulas, quas valetudini surripio, professioni enim ipsi non possum, cuius concatenati labores sunt, vt nosti, & perpetui, melius posthac collocabo, si Deus voluerit, in quo ipso tuum quoque nunc consilium mihi dari opto. Quum enim Scholis hisce nostris inferioribus non parum damni ac impedimenti attulerit illa dictandi κακοζηλία, seu necessitas, illam prorsus nunc tollere ex nostris, quae huius Ducatus sunt, cum diuina gratia animus est. Nec aliud, aut melius isti malo inuenio remedium, quam si autores classici, Epistolae, Officia, Orationes Ciceronis, Horatius, Virgilius, Terentius, Plautus, Hesiodus, Homerus, Isocrates, Luciani selecta & Plutarchi nonnulla breuibus, idoneis & necessariis notis marginalibus illustrentur, quas addere alias solemus & cogimur. Quae enim repetitionis & exercitii sunt, huc non spectant. Et sunt quidem ea in

specioso hoc titulo incrustauit: Disquisitio de recta Iuuentutis institutione. Simili ratione, quod obiter addo, offendit Buscherus M. *Ericum Mollerum*, alias *Wolbertum* Scholae vet. Hildesh. Rectorem, qui 1635. 8 edidit *Responsionem ad Argumenta M. Statii Buscheri, quibus a pag.* 90 *ad* 122 *Disquisitionis infeliciter arguit & pugnat pro Logico-Ramistica analysi aduersus Aphorismos ad Tabul. Rhetor. Autoris.* Opposuit ei Buscherus *Discussionem Nouorum Teretismatum & Scommatum M. Er. Mülleri de Analysi Logica.* Rintel. 1635. 8.

re ſpecimina in operibus doctorum virorum, quae tamen adhuc melius videntur aptari poſſe propoſito. Notae enim Haynecii in Aſrum criticae fere ſunt. Bondi quoque in Venuſinum deſiderant ſeu additamentula, ſeu limam interdum. Inter reliquos vero auctores, praeter Virgilium, tale quid vix extat. Huic rei me impendere, ſi Deo aliter viſum non eſt, conſtitui. Atque ideo nunc quoque de ea a te doceri pervelim. Noſti enim, quanti te faciam, & quam neceſſarium hoc ſit. Hoc igitur & amori tuo & rei ipſius dabis dignitati & vſui. Nec dubito, te pro tua in publicum bonum cura additurum, quibus vel confirmari, vel informari poſſim in hoc ſtudio. Salue & vale, vir praeclariſſime, & me ama. Hannov. d. VI Mart. cIↃ IↃC XXXVI.

EPISTOLA X.

IOANNES KIRCHMANNVS

Ioan. Adolph. Chilmanno

V. I. D. & Illmi Ducis Holſatiae in Aula Gottorpienſi Conſiliario.

Slesvicum.

Poſtquam intellexi, te non ſolum Doctoralibus inſignibus ornatum, ſed quoque ab Illuſtriſſimo Holſatiae Principe in Conſiliariorum numerum cooptatum eſſe, illoque munere iam cum laude fungi, dici non poteſt, quanto gaudio affectus ſim. Iam enim & re ipſa comperi, me ſpe illa, quam de ſtudiis tuis olim concepe-

ram

ram, non fuiſſe fruſtratum, & denuo quendam ex priuatae meae diſciplinae alumnis (3) ad id eruditionis & dignitatis culmen euectum eſſe, vt Principi ſuo & patriae cum bono publico ac laude inſeruire poſſit, equidem ſerio laetabar. Atque hanc meam laetitiam literis aliquoties tibi teſtari volui, ſed interuenere ſemper alia, quae me, quotidianis & concatenatis laboribus, vt ſcis, diſtrictum ab hoc propoſito auocarunt. Quod igitur hactenus a me intermiſſum eſt, id iam facio, & tibi, Vir Cl., de hac dignitate, ad quam te fortuna, imo virtus ipſa & doctrina euexit, ſerio atque ex animo gratulor, Deum venerans, vt eam diuinae ſuae gloriae adminiſtram, & Illuſtriſſimo Principi ſalutarem eſſe iubeat, tibique & animi & corporis vires largiatur, vt diu huic muneri praeeſſe, patriam conſilio iuuare, & benignitatis tuae fontes in alios quoque deriuare poſſis. Sera quidem eſt haec mea gratulatio: ſed non ideo eam eſſe reprehenſione dignam puto. Gratulationis enim ſerae alia, quam conſolationis eſt ratio. Haec, niſi in ipſo moleſtiarum articulo adhibeatur, tantum abeſt, vt vulneri medeatur, vt etiam illud, quod temporis longinquitate iam conſanuerat, aliquo modo refricet. Gratulatio vero ſerior, ſi forte delectationis minus habet, offenſionis certe nunquam quicquam habet. Sed ſpero,

(3) Locum igitur meruiſſet Chilmannus in Athenarum Lubecenſ. Part. II, Sect. I, quem ei etiam aſſignaſſem, ſi, ante abſolutam hanc Partem, Kirchmannianam epiſtolam nactus fuiſſem.

Digitized by Google

eam quoque vel hoc nomine tibi non ingratam fore, quod tibi offeratur ab eo, quo chariorem neminem habeo, puta a filio meo, qui magni sua interesse arbitrabatur, si mea commendatione in notitiam tuam peruenire posset. Vt vero pluribus eum commendem, pudor meus non patitur. Neque enim dubito, quin pro veteri nostra amicitia eum fauore tuo non indignum iudicaturus sis, si modo bonorum & doctorum virorum beneuolentiam mereri tibi visus fuerit. Cum vero hanc vitae conditionem prae Academica ipse elegerit, hoc a te etiam atque etiam peto, vt si forte in vasto Iuris pelago feliciter enauigando, & scopulis, qui ibi latent, euitandis consilium & iudicium tuum implorauerit, id ei impertire ne graueris. Gratius nihil mihi facere poteris. Vale, vir amplisime, cum vxore & prole, quam te habere spero, & Magnificum Dn. socerum tuum, quem postremum, quod sciam, in aedibus affinis mei, Dn. Gorgii a Lengerken, vidi, verbis meis officiose saluta. Ante aliquot dies huc venit Dn. Christophorus von der Lippe, a Regia Maiestate huc missus, vt cum Legato Caesareo, Dn. Comite a Kurtz, quem hic esse putauit, fundamenta Pacificationis in hac vrbe instituendae iaceret. Cum vero is nondum aduenerit, missus est ad ipsum tabellarius, qui reuersus certi quid de eius aduentu afferet. Dabam Lubecae d. 22 Maii. A. 1638.

EPI-

Digitized by Google

EPISTOLA XI.

IOANNES KIRCHMANNVS

Ioan. Frider. a Winterfelt.

Eccleſ. Cathedr. Lubec. Praepoſito & Eutinenſis Decano, Illmi Holſatiae Ducis in Aula Gottorpienſi Conſiliario.

Gottorpium.

Illuſtriſſimum Principem Veſtrum ſollicitum eſſe de homine, Turcicae & aliarum linguarum perito, qui legatum Perſicum Turcica lingua loquentem intelligere, & eius ſermonem aliis interpretari queat, iuſſu veſtro filius meus pernuper ad me perſcripſit, ſignificans, Celſitudini Ipſius, vt & Tibi rem non ingratam me facturum, ſi talem virum alicunde eruere poſſim. Hac igitur de re cum cogitationem ſuſcipio, commodum mihi in mentem venit Graecus quidam, nomine Matthaeus Muttin, ex inſula Cypro oriundus, qui aliquot diebus ante mihi Libellum Catecheticum Lutheri, cum interpretatione Graecanica a ſe editum, obtulit, & ſe Conſtantinopolitani Patriarchae, Dn. Cyrilli, Archi-Diaconum quondam fuiſſe dixerat. Hunc cum adhuc apud nos commorari intellexiſſem, hominem ad me accerſendum curaui, ex eoque quaeſiui, utrum Turcicae linguae peritus eſſet? Quod cum ille affirmaret, conditionem hanc

ipſi obtuli, ſed is initio accipere eam recuſauit, veritus, ne in propoſito redeundi in patriam hac profeſſione impediretur. Poſtquam vero ex poſtremis filii mei litteris intellexi, iſtum hominem non inidoneum vobis eſſe viſum, cui partes hae demandarentur, denuo illum ad me accerſiui, & facta ſpe praemii non contemnendi ac dimiſſionis ſatis maturae, tandem eum permoui, ut mihi promitteret, ſe primo quoque die Gottorpium iturum eſſe. Egi igitur cum auriga veſtrate, vt Graecum hunc Slesvigam ſecum abduceret, eique pro vectura promiſi duos imperiales, cumque ipſum, Hamburgum cogitantem, per aliquot dies hic detinuiſſem, vt hoſpitio ſine vlla mora exire, & cum auriga in viam ſe dare poſſet, pro ipſo expoſui, quinque imperiales, filio meo reddendas. Spero igitur, Illuſtriſſ. Principem talem virum nactum iam eſſe, quo aptiorem ad hoc munus, his in oris, hoc quidem tempore puto reperiri poſſe neminem. Nam praeter Graecam vernaculam callere ſe ait, & Turcicam, & Latinam, & Italicam, & Hiſpanicam, & Anglicanam: nec morum Turcicorum imperitus eſt. Nullus igitur dubito, quin Illuſtriſſ. Principi ipſum de meliore nota commendaturus ſis, omnemque operam daturus, ſe ſuſcepti itineris ipſum poenitere queat. Vale admodum reuerende Domine, & filium meum tibi commendatum habe. Quod ſi etiam a te impetrauero, ut Illmo Principi humillima mea ſeruitia & deuotiſſimum Celſitudini Eius animi mei cultum deferre velles, magno me

me beneficio affectum putabo. Dn. Latendorfium rogo meis verbis ſalutes. Dabam Lubecae d. 21 April. 1639.

EPISTOLA XII.

IOANNES KIRCHMANNVS Franciſco Witzendorfio.

Luneburgum.

Ante octiduum recte mihi redditae ſunt literae tuae, ex quibus intellexi, Epicedia in obitum Magnifici patris tui p. m. ab amicis conſcripta Hamburgum miſſa eſſe ad Dn. Vagetium, vt is ea typis excudenda curaret, quod pergratum mihi accidit. Vbi igitur illa lucem viderint, nullus dubito, quin illorum exemplaria quaedam, vna cum concione funebri, ad me ſis miſſurus. Ego poſt ferias S. Iohannis, quod Deus bene vertat, ad officii mei munia redii, parte laborum a Dnn. Collegis, Conrectore & Subrectore, ſubleuatus. Noui hic nihil habemus: nam quae hic de obſidione Brigenſi narrantur, puto te ſcire. Vale cum vxore lectiſſima, liberis & tota familia. Dab. Lubec. 30 Iul. 1642.

EPISTOLA XIII.

IOANNES KIRCHMANNVS Danieli Heinſio.

Lugdunum Batauorum.

Has litteras aliena manu ad te ſcribo, cum mea per aduerſam valetudinem, qua ante aliquot men-

menſes conflictari coepi, commode non posſim, quod ſpero, te non ſiniſtre accepturum eſſe. Qui tibi has litteras reddet. Bernhardus Weſtingius, Lubecenſis, a puero ſub diſciplina noſtra vixit, & in Academia Roſtochienſi aliquot iam annos iuris ſtudio operam dedit. Ad quod continuandum cum amicorum ſuaſu in illuſtrem veſtram Academiam ſe conferre decreuerit, intermittere non potui, quin illum veterem diſciplinae noſtrae alumnum, & affinitate aliqua mihi coniunctum de meliore nota tibi commendarem. Pergratum mihi feceris, ſi intellexerit, hanc commendationem aliquid ponderis apud te habuiſſe. Quo loco autem res noſtrae ſint, ex ipſo intelliges. Quare hic finem facio, & te bene feliciterque valere iubeo. Dat. Lubec. Cal. Septembr. 1642.

§. III.

Tantum virum, Profeſſoris munere in Academia Roſtochienſi inſigni cum laude functum, Lyceum noſtrum an. 1613 (aetatis trigeſimo octauo) accepit, &, quae magna certe fuit felicitas, per triginta annos retinuit. Licet enim variae ipſi ſubeundae eſſent moleſtiae, adeo, vt vitae ſcholaſticae miſeriam plus ſatis experiretur, tamen noluit ſtationem moleſtam quidem, at honeſtam & vtilem, relinquere ante, quam ipſe ſummus rerum ſcholaſticarum moderator eum iugum iſtud deponere, & quiete frui iuberet. Animum quidem commouebant cenſurae, quibus vexabatur: erigebant tamen fauor Patronorum, amor Collegarum, incrementa litte-

litterarum, quae in discipulis magno numero videbat; praesertim vero recti conscia mens, & quae semper fuit, ac semper futura est, conditio scholarum, in quibus qui reipublicae Platonicae ideam quaerunt, profecto errant, ne quid gravius dicam. Aequus & intelligens lector de multis poterit iudicare ex sequenti rerum Kirchmannni tempore gestarum, relatione, quae, quantum fieri potest, ordine chronologico instituetur. Pauca autem sunt praemittenda ex Kirchmanni Epistola (4), paulo ante susceptum Rectoris munus Rostochio d 3 Sept. 1613 ad M. Georgium Stampelium, recens electum Superintendentem, scripta, in qua a Stampelio egregia sibi promittit. Verba eius haec sunt: *Cum Deo ita visum, vt ego quoque sub hoc ipsum tempus ad capessendum Scholae patriae clauum accitus sim, non dubito, quin in restauranda disciplina collapsa & corrigendis Scholae legibus ac statutis consilio tuo mihi sis adfuturus.* Spem hanc non fefelliſſe Kirchmannum, ex sequenti §. XVI. apparebit.

§. IV.

Cum Lubecam accessisset Kirchmannus, Formulae Concordiae d. 3 Dec. se adstrinxisset, Collegasque, quos inuenit, M. IOACHIMVM DREIERVM, Conrectorem, IOANNEM SESEMANNVM, Cantorem, GERHARDVM SCHVRMANNVM, IOANNEM BRAVNS, BENEDICTVM BOECKMANNVM & ALBERT-

(4) Integra haec Epistola comparebit in Lubeca Lutherano-Euangelica doctissimi Starckii, amici mei interrimi, cuius humanitate licuit mihi quaedam ex ea excerpere.

Digitized by Google

BERTVM MASDORFFIVM ſalutaſſet, interiecto exiguo temporis ſpatio, nouum Subrectorem introduxit. Scilicet abierat *Ioannes Scholvinus*, Paſtor Curslacenſis deſignatus. Huic ſucceſſor labatur M. GEORGIVS FABRICIVS, Slesuicenſis, Iacobi Fabricii, Praeſulis Slesuicenſis & Paſtoris Iacobaei Hamburgenſis, filius, qui auſpiciis Kirchmanni in Academia Roſtochienſi ſtudia litterarum tractauit, & ab eodem etiam an. 1613 Magiſter eſt renunciatus. Diſcipulum Kirchmannus an. 1614 accepit Collegam, quod menſe Aprili factum eſſe arbitror, ſiquidem Fabricius, Subrector, Kal. Aprilis Formulae Concordiae ſubſcripſit. Sed anno ſequenti 1615. d. 11. Octobr. vale dixit, & Hamburgum ſe contulit, vbi d. 29 Nov. Scholae Ioanneae Conrector inauguratus. Hamburgum quoque an. 1620 reliquit, munia Sacerdotis Weſſelburenſis adeptus. Factus tandem eſt Poppenbüllenſis in Eideroſtadia Paſtor. Vid. quae ex Petr. Saxii Beſchreib. der Land. Eyderſtett &c. attuli Athen. Lub. P. II. p. 137. Intimus fuit Ioachimi Morſii, Hamburgenſis, amicus, quod docent, praeter alia, ſequentia, quae Morſii Albo f. 713 b. inſcripſit:

Magnus honos fuerat quondam, decerpere laurum,
Et nitidas ſacra cingere fronde comas.
Littera prima abiit: nam nunc decerpitur aurum:
Hoc ſine nil virtus, hoc ſine nullus honor.

Ita ſentio, Vir eximia virtute atque eruditione clariſſime, & hanc tibi mei amoris notam cum officiorum meorum delatione ſcribo, confirmo, relinquo: quam pro maxima tua erga me beneuolentia gratam

tam habe, & mei abſentis memoriam conſerua, qui in tui cultum iam pridem me deuoui M. Georgius Fabricius, Sch. Hamb. Conrector, A. 1618. Calend. April.

Mortuum eſſe Fabricium an. 1631. aet. 41 in eodem Morſii Albo f. 786. a. reperi annotatum. Conf. I. A. Fabricii Memor. Hamburg. P. II. p. 1125. Honorificam, occaſione Georgii Fabricii, Chemnicenſis, Fabricii noſtri mentionem facit Antonius Teiſſerius in Elog. Thuan. P. I. p. m. 68: *Il y a eu un autre ſçavant homme nommé George Fabrice, qui étoit natif de Schleswick, & qui eſt l'Auteur d'une Oraiſon, de Suſpicione, imprimée à Hambourg en* 1614. Morſii Albo l. c. Ioannes Elfringius, P. L. C. & Eccleſiaſtes Ritzebûttelenſis, hoc inſeruit manu ſua elogium:

GEORGIVS FABRITIVS
Anagr.
FVIT GREGIS OS IVBAR.
Hei fuit! hei ruit! hei iacet! ille Georgius, ille Fabritius, gregis os qui fuit atque iubar.

Addidit ibidem Morſius: *Prodierunt nonnullae eius* Orationes *perpulchrae, plures reſtant: &* Epiſtolae ac Verſus, *ad priſcorum authorum laudem haud infeliciter ſurgentes.* Adiiciam ſcripta, quae mihi innotuerunt. Haec ſunt

Diſputatio Metaphyſica. Praeſ. M. Georg. Meiero. Roſtoch. 1610. 4.

Oratio de Suſpicione, cenſente & approbante V. Cl. M. Ioanne Kirchmanno, Poeſ. Profeſſ. Publ. publice recitata in inclyta Roſurbina XV Kal. Maii 1613. Hamburg. 1614. 4. Inſcripſit

hanc

hanc Orationem *Alexandro Luneburg* ac *Iacob. Bordingio*, Coss. atque Scholarchis Lubecenſibus: M. *Georgio Stampelio*, Superintendenti, & M. *Ioanni Kirchmanno*, Rectori. In Programmate huic Orationi praemiſſo Kirchmannus eam *doctam & variis eloquentiae luminibus ornatam* appellat.

Speculum boni Paſtoris, ſeu Oratio Panegyrica piis manibus M. Oswaldi Sledani, Paſtoris & Superintendentis Eccleſiae Roſtochienſis, ſcripta, & in alma Roſarum Academia an. 1614 *IV Ian. publice dicta.* Witteb. 4 1614.

Gratulatio ad Sebaſt. von Bergen ac Ioan. Wetichium, Conſules; nec non Henricum Hartzwigium, Eberh. Tweſtrengium, Barthold Beckmannum, Senatores Hamburgenſes electos. Hamb. 1614. 4. Sermone hoc non ineleganter ſcripto acclamauit PP. CC: nomine parentis.

Oratio, qua Georgium a Wiſch, Friderici, Ducis Holſatiae, Conſiliarium & Praefectum Eiderſtadienſem, de morte vxoris Magdalenae Seeſtadiae conſolatur, Slesuic. 1626. 4.

Annotationes ad Hiſtoriam Friſiae Borealis. Has adducit Antonius Heimreichius in citatorum auctorum catalogo, praefixo Chronico Friſiae Borealis. Slesuic. 1668. 4.

§. V.

Anno 1615. d. 10. Ian. M. GEORGIVS STAMPELIVS, Superintendens, ſolennem recitauit Orationem, Lectionum Theologicarum ab ipſo habendarum indicem. Prodiit illa

la Lubec. 1616. 4. hac inſcriptione: *Hiſtoria Scholaſtica, ſeu Scholarum Theologicarum Ortus & Propagatio. Ad dignitatem & vtilitatem illarum oſtendendam delineata & recitata. Additis Programmate publice propoſito, & Interpretationis ſacrae delineatione.* In Programmate (quod de Magis, Perſarum Philoſophis, eorumque Scholis, docta complectitur) ſub finem fere haec ad Athenaei noſtri hiſtoriam ſpectantia verba leguntur: *Ne officii a Magnifico & Ampliſſimo Senatu mihi demandati, partem aliquam negligere, aut aliquorum, vt feruntur, deſideria contemnere videar: poſtquam iam caeci illi fluctus, qui tranquillitatem noſtram turbare moliebantur, fracti ſcopulisque illiſi, & mare compoſitum, ac malacia quaedam ſeſe oſtendere coepit: deinceps ſummi Iehovae auſpicio & Magiſtratus Magnifici authoritate, nec non Reuerendi Miniſterii conſenſu ſcholam iſtam hactenus clauſam iterum aperire cogor. Quod eum proloquio quodam fieri ſoleat & oporteat, perendie hora IX matutina, Deo volente, in Auditorio ſolito, & ad id deſtinato, breuem quandam oratiunculam de Scholarum vetuſtate, dignitate & vtilitate recitare, noſtrique conſilii rationes publice exponere ſtatui.* In ipſa oratione, qua ſe *ſcholam Theologicam* aperire dicit, non recentiores deſcribit Scholas, quo fine nonnulli eam citarunt, titulo Hiſtoriae ſcholaſticae haud dubie commoti; ſed ex antiquitate, ſacra pariter ac profana, de Scholis breuiter quidem eleganter tamen, commentatur. Adiecta *Prophetia, ſeu Interpretationis Scripturae Ratio breuiter adumbrata* (quam in praefixo breui Prologo Stampelius vocat *Hermetis in Oratione promiſſi*, &

lectionibus, si Deo & auditoribus ita visum, futuris, velut ὁδηγῷ hactenus praemisi, ἰχνογραφίαν, & quasi σκέλετον) ostendit, Stampelium in Lectionibus suis Theologicis Lubecensibus res magni momenti pertractasse.

§. VI.

A. 1615 Georgium Fabricium excepit M. FRANCISCVS VORSTIVS, Holsatus, qui electus Subrector, d. 16 Octobr. Formulae Concordiae se addixit. Perstitit in hoc officio vsque ad an. 1619, quo Pastoris munus in patria obtinuit. Vid. Bangerti Catal. Colleg. p. D3.

§. VII.

Annus 1616 memoratu dignus est ob primum Panegyricum in honorem Magnifici Consulis Lubecensis *Iacobi Bordingi* a Kirchmanno solemniter celebratum. Elegantissima Kirchmanni *Oratio Funebris* eod. an. Lubec. 4. est euulgata, pertinetque ad illas, de quibus in Memor. Kirchmann. ap. Wittenium Dec. IV Memor. Philosoph. p. 545 scripsit Stolterfothus; *Ad Orationes eius quod attinet, vix ipse Momus, quod in iis carpere possit, inueniet. Nisi enim Kirchmanni nomen iis praefixum videres, non nisi ab ipso Romanae eloquentiae parente, Cicerone, conscriptas putares. Vide sis, quaeso, quam apte, quam concinne omnia sint disposita, quam neruose omnia cohaereant: nihil ibi inuenies superuacuum, nihil affectatum, nihil quod non faciat ad rhombum.* &c.

§. VIII.

An. 1617 laudatus STAMPELIVS, Superintendens, solemnem in Auditorio Cathariniano habuit

habuit Disputationem, cuius hic est titulus: *Theses de Persona & Officio Christi Saluatoris, & Vaticinio Ierem. XXIII. 56, & XXXIII. 14. 15. 16 ad συζήτησιν piam & placidam, more olim solito, d. 25. Febr. an. 1617. Respondente Martino Nordano, iuniore, propositae.* Lub. 4. Meminit quoque huius Dissertationis M. Adamus Helmsius in Diario T. V. P. I. Act. Min. f. 116, additque sequentia: *Opponentes erant duo Doctores Iuris, tres Pastores & quinque Diaconi. Habebatur Disputatio a 7 in 10, & a meridie a 3 in 6.*

§. IX.

Anno 1619 munia Subrectoris M. THOMAE BALTHASARI, Lubecensi (qui d. 22 April. Formulae Concordiae se addixit) sunt delata, quae ille vsque ad annum 1625 administrauit. Nam huius anni d. 8 Febr. Symmysta Marianus fuit electus. Vid. Act. Minist. T. V. P. I. p. 139, quae secutus est Mellius l. c. p. 227: Bangertus vero l. c. mensi Aprili hanc electionem adscripsit. In definiendo die, quo mortuus Balthasar, ambo conueniunt. Is autem fuit d. 3 April. 1638. Confirmant hoc Act. Min. l. c. p. 182. b.

§. X.

Anno 1620 *Logicae Kirchmannianae* vsus (qui tamen iam ante videtur fuisse) noua istius editione fuit confirmatus. Lucem enim viderunt *Rudimenta Logicae Peripateticae pro captu Scholae Lubecensis. Secunda editio correctior.* Lubec. 1620. 8. Prodiit haec editio *ἀνονόμως*, sequentibus Lubec. 1627. 8. 1638. 8. 1653. 8 (quae editio

Obſeruationibus & Notis Seb. Meieri illuſtrata). Guelpherb. 1656. 8. Hamb. 1683. 8. Helmſt. 1695. 8 & pluribus Kirchmanni nomen eſt praefixum. Oſtendit autem vel ſolus huius Logicae titulus, quod tempore Kirchmanni Ramea Philoſophia e Gymnaſio noſtro ſit omnino exterminata. Vſurpatur illa hodieque, ita tamen, vt cum recentioribus Logicis ſedulo conferatur, &, quae illi habent egregia, veteribus Logicis ignota, non omittantur. Si de praeſtantia libri ex multitudine editionum, & Scholarum, a quibus receptus, iudicare fas eſt, habet Logica Kirchmanniana, quo ſe contra iniquas contemtores vindicet. Praecipuus Logicae noſtrae & ſimul Kirchmanni, aduerſarius fuit M. *Ioannes Rhenius*, quod docet controuerſia de canone quodam Logicae noſtrae an. 1635 acta. Haec licet ad memoratum annum pertineat, commodum tamen hic inueniet locum, quo ea coniungantur, quae ad Logicam noſtram ſpectant. Agitata autem fuit dicto anno inter Kirchmannum & Rhenium controuerſia de canone, qui hodieque in Logica noſtra Lubecenſi Part. commun. L. II. c. 3. p. m. 41 legitur.

Enunciatio vniuerſalis limitatione reſtricta aequipollet particulari, vt: *Omnes homines (qui credunt) ſaluantur*, aequipollet huic: *Quidam homines ſalvantur.*

Variorum doctorum virorum Reſponſa idcirco vel Kirchmanno, vel Rhenio, data ex Act. Miniſt.

niſt. T. IV. f. 264—267. f. 679 ſqq exhibebo. Sic autem ſcripſit

Lipſiae

D. HEINRICVS HÖPFNER.

Controuerſiam, qua de meum qualecunque iudicium Ta Claritas flagitauit, pro modulo meo expendi, ac vidi defenſam abs te tam in Theſi, quam in Hypotheſi partem negatiuam eſſe veritati conformem. Etenim neque regula ſibi conſtat, neque exempla ſunt appoſita & congrua Logicae amuſi. Idque in adiuncti Tractatus ratione prima & ſecunda, itemque vltima quaeſtione luculenter oſtenſum eſt.

Recte tamen dicitur eſſe mutua conſecutio particularis propoſitionis ex vniuerſali limitata, quando conditio vniuerſali addita particulariter tantum impletur, & in omnibus non inuenitur actu, vti eam, non dico Conſequentis, ſed Conſequentiae neceſſitatem Tua Clar. ipſamet aſſerit in Ratione prima & Quaeſtione tertia: Venio ad Hypotheſin: An hae duae propoſitiones

Omnes homines credentes ſaluantur:
Quidam homines ſaluantur

ſint aequipollentes; quae ex generali tractatione facile decidi poteſt. Tam enim non ſunt aequipollentes iſtae duae Enunciationes, vt ne quidem ſe inuicem conſequantur, niſi quatenus poſterior intelligitur de conditionis euentu particulariter determinato culpa hominum, deque voluntate Dei conſequente hominum aliquo-

rum tantum, cum omnes per gratiam DEI credere possent ac deberent, fidem. Sic enim accepta particularis propositio in sacris fundatissima est.

Aliter autem se res habet: si particularis propositio: *Quidam homines saluantur* de antecedente Dei voluntate accipiatur, & intentione aliquos saluandi, alios vero perdendi. Sic enim neque consecutio est inter vniuersalem limitatam, & particularem absolutam. Tantum abest, vt earum aequipollentia statui queat. Hoc enim aduersatur expressissimo Dei verbo, quod testatur, Deum velle omnes saluos fieri, neque vllum perdi; & quos vult perditos, eos non velle perdere nisi ob incredulitatem. Nimirum Deus antecedente voluntate sic intendit omnes saluare, vt ordine prius velit omnibus media salutis dare, & vt Act. XVII. 31 fidem praebere.

Et haec quidem satis esse duco ad sententiam, cuius notitiam super hac quaestione expetis, declarandam. Dabam Lipsiae 29 Mai. 1635.

Clar. T.
ad omnia pietatis officia
promptissimus
Henricus Höpffnerus, D. mpp.

Obsignationem harum literarum quod attinet, Facultas nostra opus esse haud duxit, vt suum sigillum imprimeret, quia mihi, & non toti Collegio, inscriptae erant litterae tuae. Ne qua tamen suspicio sit alicuius dissensus hac

Digitized by Google

hac in re, ecce illorum quoque additam ſubſcriptionem

Iohannes Höpner D. Decanus mpp.
Chriſtianus Lange D. mpp.
Mauritius Burchardus D. mpp.

Huſumii

PETRVS DANCKWERTH,

Paſtor.

Ego vero (ſaluo tamen melius ſentientium & intelligentium iudicio) ita ſtatuo, Regulam iſtam Logicam: *Vniuerſalis reſtricta aequipollet particulari non reſtrictae*, in ſano ſenſu, vt veram & omni modo legitimam approbandam, & nullo modo reiiciendam eſſe, idque infinitis poſſe demonſtrari exemplis.

Ex Philoſophia ſit hoc inſtar omnium: *Omne animal quod ridet, eſt homo*: nonne aequipollet huic particulari: *Quoddam animal eſt homo*, ſcil. illud, quod ridet, Nec curo, quid hic vel ille ſpecioſe, ſiue ſophiſtice concludat, modo ſint aequipollentes, vt ſunt, quod nemo, vt reor, cui mens ſana in corpore ſano, negabit. Ita hoc exemplum Theologicum ſeſe habet: *Omnes homines, qui credunt, ſaluantur*, Et *Quidam homines ſaluantur*, illi ſcil., qui credunt, & praeterea nulli. Hi enim ſunt illi ipſi homines. Quidni igitur aequipolleant hae propoſitiones? Signum OMNIS ad particularitatem hic reſtringitur, vt in illo dicto Chriſti: *Omnis, qui petit, accipit* Matth. 7. ſubintellige, qui in fide petit.

Differunt ſane: *Omnis homo*: &, *Omnis homo, qui credit*: & iterum: *Omnis, qui credit ad finem*, vt cuivis patet.

Deus vult omnes homines ſaluos fieri, voluntate nimirum antecedente. *Deus vult quosdam homines ſaluos fieri*, voluntate conſequente. Hic in cauſa non Deus, ſed hominum incredulitas, ex Io. III. Marc. XVI.

Ita hic nihil vel beneuolae intentioni Dei derogatur, vel blasphemae ſententiae Caluinianorum quicquam conceditur, modo diſtinctio illa probe obſeruetur, omne euaneſcit apparens abſurdum.

Addo & haec: *Nonnullus* & *Quidam* conſenſu omnium Logicorum ſunt ſigna aequipollentia. Ergo: *Nonnulli homines ſaluantur*, &: *Quidam homines ſalvantur*, aequipollentes propoſitiones erunt.

Hinc ita argumentor:

Nonnulli homines ſaluantur:

Nonnulli homines ſunt quidam homines (ſoli, vel omnes credentes)

Ergo quidam homines ſaluantur.

Maior & Concluſio ſunt aequipollentes, imo omnes Propoſitiones. Aequipollentia enim Enunciationis potius ex re, quam verbis ſpectatur. Quod abſurdum alicui poſſet videri, & nihilominus recte concluditur.

Digitized by Google

Ienae

D. IO. GERHARDVS.

S. Pagellas transmissas, in quibus V. Exc. quaestionem illam: Vtrum vniuersalis affirmatiua limitatione restricta aequipolleat particulari absolutae, erudite tractat, semel atque iterum perlegi, ac pondera rationum, quae a V. Exc. adducuntur, ita comparata video, vt non me solum, sed & quemuis in assensum pertrahere possint, imo debeant. Eandem sententiam, quam V. Exc. defendit, calculo suo comprobat Logicus noster, vir eruditissimus Dn. M. Daniel Stahlius, cuius nomine V. Exc. honorifice saluto. Ignosci mihi peto, quod in respondendo moram aliquam iniecerim. Laborioſum enim Rectoratus munus, quo iam quarta vice fungor, vix lineas hasce ducere permisit. Optime in Christo vale, & rem literariam, vti hactenus, ita porro quoque feliciter promoue. Diuina non deerit benedictio ac remuneratio. Dab. Ienae 6 Sept. 635.

V. Exc.
colens & amans
Iob. Gerhard D.

Hamburgi

D. IOACHIMVS IVNGIVS.

S. Quid de primaria quaestione sentiam, vtrum videlicet aequipollentia sit, cum ex vniuersali restricta particularem irrestrictam inferimus, intelligere cuiuis licet ex logicae Hamburgensis

lib. 3. c. 4. §. 10. & 11. conferendo definitionem aequipollentium enunciationum, quae exſtat lib. 2. cap. 10. §. 3. Si aequipollentia foret, vtravis inferretur ex reliqua poſita, quod hic tamen minime fieri conſtat. Norunt etiam diſcipuli mei, ſe de hoc errore a me admonitos, non ſolum cum Kirchmanni, ſed antea quoque cum Diterici Logicam in prima ſcholae noſtrae claſſe explicarem.

Verum acceſſoria quaedam ſunt, de quibus quia ita vis, amice monendus es. Et primo videris iniuriam facere Kirchmanno, eamque duplicem. Vnam in eo, quod ipſum ex Keckermanno Canonem hunc exſcripſiſſe arguis, cum potuerit eum ex Diterico deſumpſiſſe, apud quem iisdem verbis extat lib. 2. Dial. cap. 12. c. 3. Alteram, quod aequipollentiam a Diterico & Kirchmanno traditam confundis cum ea, quam Keckermannus nobis lib. 2. Syſt. Log. cap. 5. can. 5. deſcribit, qui particularis ſuae ſubiecto adjungit excluſivam Tantum, & addit, Quia ſcil. non omnes credunt. Si enim omnes crederent, ſuperuacanea eſſet determinatio ſubjecti. Atqui tam Kirchmannus quam Ditericus excluſiuam omittunt, neque iſtam rationem addunt, quod ſcil. alioquin ſuperuacanea foret reſtrictio. Conſequentia Diterici & Kirchmanni ad formalem ſiue generalem Logices partem pertinet, vi enim formae colligit, & ad ſyllogismum vnicum ſemper reuocabilis eſt.

At Keckermanni conſequentia alieno ab ipſo loco propoſita ad Dialecticam ſiue Topicam relegan-

leganda eſt. Concludit enim vi materiae, &, prout circumſtantiae ſunt textus, interdum valet, alias ſecus. Ceterum & huic & illis iſte error, ſiue hallucinatio potius, communis eſt, quod Aequipollentiae vocabulo Conſequentiae loco abutuntur. Non enim credo quenquam illorum, cum haec ſcriberet, ita deliraſſe, vt proprie dictam aequipollentiam, h. e. mutuam conſequentiam hic ſubeſſe exiſtimarit.

Quod Keckermanni conſequentiam materiae vi valere dixi, id ex ſequentibus patebit exemplis.

Act. 2. v. 41. Qui lubenter ſuſceperunt ſermonem Petri, baptizati ſunt. Ergo quidam tantum eorum, qui interfuerunt concioni Petri, baptizati ſunt. Item, Ergo quidam tantum eorum, qui interfuerunt, lubentes ſermonem ſuſceperunt.

Act. 13. v. 48. Et crediderunt (ex auditoribus Pauli) quotquot erant ordinati ad vitam aeternam. Ergo quidam tantum crediderunt. Item, Ergo quidam tantum ordinati fuerunt ad vit. aet.

Et 1. Tim. 5. v. 17. Qui bene praeſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt. Ergo quidam tantum e presbyteris duplici honore digni ſunt. Item, Ergo quidam tantum presbyterorum bene praeſunt.

In aliis non ſequitur, vt Luc. 9. v. 24. Quisquis perdiderit animam mea cauſa, is ſeruabit eam. Non ſequitur: Ergo tantum is, qui perdiderit.

Luc.

Luc.11,10. Quisquis petit,accipit,& qui quaerit, inuenit. Non ſequitur,Ergo tantum petentes accipiunt, Ergo tantum quaerentes inueniunt.

Porro ſunt, qui hoc etiam in Tractatu tuo reprehendant, quod licet tota controuerſia de Aequipollentia ſit, nusquam tamen aequipollentiam definias. Haec habui &c. Vale. Hamburgi. 16. Iul.

In margine iuxta verba: *Verum acceſſoria —— revocabilis eſt* haec etiam leguntur:

Mihi manifeſtam facit iniuriam. In meo enim Tractatu, quem Dn. Doctor etiam habet, iſta Dn. Kirchmanno non tribuo, ſed expreſſe contra Keckermannum diſputo, cuius nomen in ipſo titulo praefixum eſt.

Huſumi

IOHANNES RAGERVS.

Quaeritur primo: An vniuerſalis Enunciatio, quae reſtrictionem patitur, particularis fiat?

Multi hoc ex noſtratibus affirmant, quod &, praeter alia multa, ſubſequentia videntur euincere exempla.

1. Omnes, qui ante me venerunt, fures ſunt & latrones. Hic ſi omnes Chriſti praedeceſſores intelligas, & Prophetas & Iohannem Baptiſtam includas oportet, qui tamen hic excipiuntur.
2. Omnia per ipſum (Chriſtum) facta ſunt,quae ſcil. facta ſunt & creata. Io. 1.

3. Omnia

3. Omnia mihi licent. 1. Cor. 6. Vbi non indifferenter omnia Apostolus intelligit, sed de quibus in praecedentibus egit.
4. Omnia in Rep. debent esse communia. Omnia scil. ea, quae honestas permittit communicari.
5. Nullum opus est faciendum in Sabbato. Exod. 20. scil. profanum, quod diem sabbati profanat. Luc. 17.
6. Nemo surrexit maior Iohanne Baptista, Matth 11. Nemo scil. eorum, qui ex semine virili nati sunt.

Sunt hae Enunciationes omnes meo iudicio vniversales, sed secundum quid, quia habent sensum limitatum, & determinate in sensu limitato se extendunt ad omnia subiecta.

Quaeritur vlterius, num enunciatio haec: Omnes homines, qui credunt, saluantur, eiusmodi vniuersalis secundum quid sit?

Dico ego, atque iterum dico, eam talem non esse, sed absolute vniuersalem, in qua sine exceptione praedicatum inest omni suo subiecto. Nam sine restrictione de omnibus credentibus (finaliter tamen: qui enim ad finem vsque perseuerauerit, saluus erit, Matth. 10) dicitur, quod saluentur.

Omnes credentes saluantur, talis vniuersalis est, quae includit suam particularem, indefinitam & singularem. V. g. qui dicit; Omnes credentes saluantur, is quoque includit quamvis partem illius Vniuersalis, quod scil. & Quidam credentes saluentur, & quiuis in Indiuiduo,

vt

vt bene ſubſumi poſſit: Ergo & ego credens, & hic, & iſte, & ille credens ſaluatur.

Wittebergae

D. IACOBVS MARTINI ad M. Ioh. Rhenium.

Literae tuae recte mihi ſunt traditae, ex quibus tibi motam controuerſiam de quadam a Keckermanno excogitata Regula:

Vniuerſalem limitatione reſtrictam aequipollere particulari;

teque de ea meum petere iudicium, intellexi. Reſpondeo ergo breuiter: Logica Keckermanni, vt multis abſurdis & regulis & exemplis eſt referta, ſic etiam regula, de qua quaeſtio volvitur, eſt abſurdiſſima, exemplumque ſubiectum: *Omnes homines, qui credunt, ſaluantur*, abſurdiſſime ad eam applicatum.

Nam primo contradictio eſt, eſſe vniuerſalem propoſitionem, & eſſe limitatione ad particularitatem reſtrictam. Nam quae ita reſtricta eſt, non tantum aequipollet, ſed reuera & forma ſua eſt particularis. Quae autem particularis eſt, vniuerſalis eſſe nequit, & contra.

Deinde non video, quomodo Vniuerſalis affirmatiua reſtringi poſſit per terminos affirmatiuos, vt vel ſit, vel aequipolleat particulari; & quidem per aequipollentiam Logicam. Per particularem negatiuam NON id fieri poſſe ſcio, ut: *Omnis homo eſt doctus. Non omnis homo*

mo eſt doctus. Vel: *Omnis homo non eſt doctus.* Quae vero non aequipollet particulari affirmatiuae: *Quidam homo eſt doctus*, ſed particulari negatiuae: *Quidam homo non eſt doctus*, quae negatiua eſt, quia praedicatum negatur de ſubiecto: particularis, quia non de toto & omni, ſed tantum de parte. Quod inde fit, quia particula NON, non directe remouet in hac: *Non omnis homo eſt doctus*, praedicatum a ſubiecto, ſed tantum oblique. Directe vero negat, ſignum OMNE coniungi poſſe cum Subiecto, reſpectu Praedicati, quo cum enunciatiue copulatur. In iſta: *Omnis homo non eſt doctus*, rurſus particula NON Praedicato addita, non proprie remouet Praedicatum a re Subiecti, ſed ab eius vniuerſalitate, quam actu expreſſam a Signo OMNIS habet, nempe quod doctus quidem tribuatur Subiecto, ſed non Omni, & ſic non vniuerſaliter. Quod vero non ſit in exemplo regulae Keckermannianae ſubiecto: *Omnes homines, qui credunt, ſaluantur*, & ſimilibus. Nam in illis voces limitantes non reſtringunt particulam, ſiue ſignum vniuerſale OMNIS, proindeque nequaquam faciunt, vt in praeſenti exemplo Praedicatum: *ſaluantur*, particulariter de Subiecto dicatur: ſed ipſam rem Subiecti: *Homines*, limitant ac circumſcribunt, vt non Homo ſimpliciter dictus, ſit ſubiectum, ſed Homo certo reſpectu ac modo ſumptus, nempe *homa credens*, ſiue *qui credit*, ſit verum Subiectum, & *homo* tantum eius pars; idque ideo, vt rei ita limitatae & circumſcriptae, nempe *Homini credenti*

Digitized by Google

denti, praedicatum, *ſaluatur*, vniuerſaliter & non particulariter tribuatur, atque particula OMNIS, re vera & in genuina ſua ſignificatione ac poteſtate vniuerſaliter diſtributiua cum Subiecto iungatur ita, vt non de quibusdam hominibus, qui credunt; ſed de omnibus hominibus, qui credunt, dicatur *ſaluari*.

Vnde tertio liquet, quod falſum ſit Vniuerſalem propoſitionem in hoc exemplo eſſe limitatam, cum vniuerſalitas propoſitionis nequaquam ſit limitatione reſtricta, ſed tantum, vt diximus, res ſubiecti circumſcripta certa limitatione, vt de ea, ita quidem vt deſcripta eſt, & ſic tantum in illa latitudine, praedicatum dici poſſit vniuerſaliter.

Quarto certum quoque inde eſt, Propoſitionem illam: *Omnes homines, qui credunt, ſaluantur*, eſſe vniuerſalem, quia eius vera aequipollens eſt, non, vt volunt nouitii iſti Logici, haec: *Quidam homines ſaluantur*, ſed iſta: *Omnes credentes ſaluantur*. Quis autem diceret, eam particularem eſſe. Illa quidem particularis ex hac poteſt inferri hoc modo:

Omnes credentes ſaluantur.
Quidam homines ſunt credentes.
E. Quidam homines ſaluantur.

Quae vero particularis eodem modo ex altera infertur: *Omnes homines, qui credunt, ſaluantur*, quandoquidem eadem Minor poteſt ſubſumi: *Quidam homines credunt*: ergo etiam eadem particularis ſequitur concluſio: *Ergo quidam homines ſaluantur*. Quae vero Concluſio particularis eſt,

non

non quod idem dicat, quod Maior per aequipollentiam: (tum enim, vt recte mones, idem per idem tavtologice probaretur; neque quia est particularis: essent enim scopae dissolutae: vniversalis ergo re vera est) sed propter particularem Minorem, quam sequitur Conclusio tanquam partem debiliorem.

Quinto: Aequipollentes propositiones debent habere idem Subiectum & idem Praedicatum, licet non quoad verba, semper tamen quoad rem & significationem. Verum hae Propositiones: *Omnes, qui credunt, saluantur*, Et, *Quidam homines saluantur.*, licet habeant idem Praedicatum, non tamen habent idem Subiectum. Nam in priore Subiectum est *Homo, qui credit*: in altera est *Homo* sine limitatione. Quis autem sibi persuadebit, *Hominem* & *Hominem credentem* eundem terminum esse? Quare τὸ *Saluari* in priore dicitur non de omni homine, sed de omni credente: in posteriore vero *saluari* dicitur de *quodam homine*, & non de *quodam homine credente*. Certum ergo est, quod idem Subiectum non habeant, sed diuersa; quare etiam diuerso modo & in diuersa quantitate sumtis, tribuitur Praedicatum vniuersaliter alteri particulariter.

Sexto hanc nostram sententiam confirmat Oppositio Propositionum. Nam huic Propositioni: *Omnis, qui credit, saluatur*, opponitur contrarie: *Nullus, qui credit, saluatur*, idque inde apparet, quia vtraque est falsa, quod contingit in propositionibus contrarie oppositis,

quorum termini non necessario cohaerent, vt in his:

Omnia poma sunt flava:
Nulla poma sunt flava.

Si autem illa affirmans esset particularis, tum esset Oppositio Contradictoria, & esset vera, quandoquidem verum est: *Quidam homines saluantur.* Non autem verum est: *Omnes, qui credunt, saluantur.* Quia ergo haec vniversalis est, & ex parte falsa, eius vera contradictoria particularis est vera, nempe

Non omnes, qui credunt, saluantur. Vel,
Quidam, qui credunt, non saluantur.

Quae certe vera est & Caluinistis opposita, qui dicunt & hanc Thesin affirmant & defendere satagunt tanquam vniuersalem: *Omnes, qui credunt, saluantur*; cum negant, credentes gratia Dei excidere posse, darique temporarios, contra manifestam doctrinam Christi Luc. 8. 13.

Inquis: Hanc vniuersalem esse Christi: *Omnes, qui credunt, saluantur*, dicentis Io. 3. 16: *Omnis, qui credit, habet vitam aeternam.* R. in hoc dicto Christi *τὸ credere* sumi pro *finaliter credere*, quippe qui ita se ipsum explicat Matth. 10. 22: Qui perseuerauerit (nempe fidelis, siue in fide) vsque in finem, ille seruabitur, i. e. Omnis homo, qui perseuerauerit in fide vsque ad finem, salvabitur. Quae vero propositio nequaquam particularis est, sed universalis, licet non ita late pateat, atque illa: *Omnis homo, qui credit, saluabitur.* Quando nimirum illud *credere* generaliter sumitur, quatenus etiam temporarios includit

dit. Tum enim haec particularis est vera: *Quidam homo, qui credit, saluatur,* itidemque vera est illa vniuersalis: Omnis, qui finaliter credit, h. e. in vera fide permanet vsque ad finem, saluatur. Mutantur enim Subiecta, & propter illa, quantitas Praedicationis. Aliud enim subiectum est *credens*; & aliud, *vsque ad finem credens.*

Tandem non obstat (quod haud dubie nouitios istos decipit), quod terminus, *Homo, qui credit*, sit strictior termino, *Homo*, cum non omnis homo, sed tantum quidam homo sit homo credens. In hac enim propositione non est, vel habetur respectus *Hominis credentis* ad Hominem absolute sumtum, sed ad praedicatum *saluari.* Quare non quaestio est: An omnes homines sint credentes, vel: An omnes homines salventur, sed: An omnes homines credentes salventur: Ideoque quaeritur: Non, An τὸ salvari homini vt homini, sed an homini credenti, & sic omni credenti homini insit, & recte tribuatur. Hoc ergo affirmatur vniuersaliter hac propositione: Omnis homo, qui credit, saluatur. Si enim iuxta terminos subordinatos Vniversalitas, vel Particularitas propositionum aestimanda esset, tum tantum illae propositiones, quae constant subiecto, cui praedicatum primo & quatenus tale, inest; vt in hac propositione: *Omnis substantia per se subsistit*, praedicatum *per se subsistit*, tantum vniuersaliter tribueretur subiecto, nempe substantiae, atq; omnes hae propositiones essent particulares: *Omnis spiritus per se subsistit:*

siſtit: Omne corpus per ſe ſubſtitit: Omne animal per ſe ſubſtitit: Omnis homo per ſe ſubſiſtit: Omnis leo per ſe ſubſiſtit. Item tantum vniuerſalis eſſet: *Omne animal ſentit.* Particularis autem iſtae: *Omnis homo ſentit: Omnis bos ſentit: Omnis equus ſentit: Omnis gallina ſentit*, & infinitae aliae. Vt autem hoc ſtatuere eſt abſurdisſimum, ſic quoque abſurdisſimum eſt dicere: *Homo credens* ſubordinatur *Homini*, & eo ſtrictior eſt terminus; ideo cum quocunque etiam praedicato diſponatur, facere propoſitionem particularem. Non ergo Propoſitio propterea particularis dicitur, quia eius ſubiectum ſubordinari poteſt generaliori termino; vt neque vniuerſalis eſt, quia ſubiectum non ſubordinatur termino generaliori. Sed haec eſt vera ratio: Quando praedicatum ponitur, vt dici debeat de ſingulis, quae ſub Subiecto ſubſumuntur ſiue continentur; vel inter ſingula illa diſtribuatur, tum particula OMNIS attribuenda eſt ſubjecto, tanquam ſignum diſtributiuum vniuerſale, eſt efficitur Propoſitio vniuerſalis. Vnde recte dicitur, particulam OMNE, quando eſt nota vniuerſalitatis & facit propoſitionem vniuerſalem, diſtributiue, non collectiue ſumi. Quando autem Praedicatum ita tribuitur Subiecto, vt non inter ſingula, ſed tantum inter quaedam, quae ſub illo ſubſumuntur, diſtribui debeat, tum particula & nota particularis addenda eſt ſubiecto, vt fiat propoſitio particularis.

Tandem, ſi propoſitio haec eſt particularis: *Omnis qui credit, ſaluatur* tum abſurdisſime ſtatuendum

tuendum & dicendum est, plerasque omnes propositiones vniuersales esse paticulares. Quis negabit, hanc propositionem vniuersalem esse: *Omnes electi saluantur*? Verum potest ea mutari in hanc aequipollentem: *Omnes homines, qui electi sunt, saluantur.* Sic *Omnes non credentes damnantur*, & hanc nemo negabit vniuersalem esse, quae etiam potest in hanc aequipollentem mutari: *Omnes homines, qui non credunt, damnantur.* Quis vero has aequipollentes propterea particulares statueret? Sic, quis has Propositiones Christi particulares diceret: *Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo.* It. *Omnis, qui negauerit me coram hominibus, negabitur a me coram Patre meo*, Matth. 10, 32. 33. Sic in negatiuis: *Nullus animalis homo intelligit, quae sunt spiritus Dei.* 1. Cor. 2. Vel: *Nullus homo, qui animalis est, intelligit, quae sunt spiritus Dei.* Quis has propositiones negatiuas particulares esse, vel particulari aequipollere statueret? Stultus, non Logicus.

Haec est breuiter de Quaestione ista, mea & omnium recte sentientium, proindeque meorum quoque Dominor. Collegarum sententia. Si autem nondum quiescere possis, vel etiam aduersarii tui, sed desideratis adhuc totius Collegii Theologici iudicium, peculiari id epistola petatur necesse est. Vt ergo omnia, quae in literis habes, sic quoque, quae in addito Tractatu de hac materia & quaestione continentur, approbo.

T. E.
studiosiss.
Iacobus Martini D.

Si post tantos viros, quid sentiam, dicere liceat, iis omnino calculum do, qui cum Kirchmanno consentiunt, nullum in scirpo nodum quaerentes. Etenim 1) loquitur Kirchmannus de restrictione vera & proprie dicta, qua vel Totum ad notionem Partis vel Genus ad notionem Speciei reducitur. Si aliter se res habeat, nullum Aequipollentia inuenit locum. Quis enim pro vera haberet restrictione, si e. c. diceretur: *Omnes homines, qui ratione gaudent, per peccatum sunt corrupti?* & quis inde hanc aequipollentem esse enunciationem euinceret: *Quidam homines per peccatum sunt corrupti?* 2) Si obiiciatur: *Omnes homines, qui credunt*, idem esse ac *Omnes credentes*, & sic subiectum vniuersale; respondeo: materialiter hoc quidem verum esse, minime formaliter, quamdiu propositio debet dici restrictiua. Sic enim notio restricta debet manere pars princeps subiecti, quod non fit, si *homines* omittam, & tantum notionem restringentem, *qui credunt*, aut *credentes* tali modo ponam, vt quasi extra officium restringendi, aut potius tanquam ipsum subiectum appareat. 3) Metus, in Theologia ad Particularismum delabendi, in hac materia omni caret fundamento. Nam propositio: *Omnes homines, qui credunt, saluantur*, ratione decreti diuini omnino est voluntatis consequentis. Quod si vero ad voluntatem consequentem respiciatur, aequipollens particularis nihil habet, quod sit analogiae fidei contrarium. Sed a Logicis ad Historica.

§. XI.

Digitized by Google

§. XI.

Anno eod. 1620 nouum Schola accepit Collegam, HERMANNVM BILEFELD, Lubecae an. 1576 natum, quem d. 21 Mart. Formulam Concordiae nominis ſubſcriptione approbaſſe, reperio. Functus fideliter munere ſuo per ſex & quinti annos, rude an. 1646. m. Ian. eſt donatus. Docent hoc Acta Miniſt., in quibus ad cit. an. T. V. P. II. p. 61 de Bilefeldio leguntur ſequentia: *Als ein Hochw. Raht erfahren, daß Hermannus Bilefeldius, nachdem er 26 Jahr der Schul-Arbeit getrewlich fürgeſtanden in Claſſe quarta & Choro Petrino, und nun zu hohen Jahren kommen, und Schwachheit der Stimme ſich an ihn befunden, hat man im Raht beſchloſſen, daß er ſeiner Arbeit ſolle erlaſſen ſeyn, ſein Salarium und alle Accidentia ſo wol in der Schulen, als von dem Chor behalten, auch in ſeiner Wohnung biß an ſeines Lebens Ende verbleiben, die Leichen mögte er, wann er könnte und wollte, hinſingen. Solches hat der Dn. Rector M. Sebaſt. Meierus ihm müſſen nomine Senatus anzeigen, welches auch geſchehen.* Vitae reliquae finem an. 1648. d. 8 Ian. habuit. Filium reliquit *Chriſtianum Bilefeldium*, Antiſtitem Wernigerodenſem, de quo vid. Athen. Lubec. P. I. p. 273 ſq.

§. XII.

Annus 1621 memorabilis eſt ob ſolemnem *Legum*, typis excuſarum, promulgationem. Hoc enim anno prodierunt *Leges de Officiis Praeceptorum*, quibus ipſe Magnificus Senatus Praefatio-

fationem, Idibus Ianuariis ſcriptam, praemiſit. Ex ea apparet, quod iam ante fuerint Leges, quodue has Rector (cuius fides ac induſtria laudatur), Magnifici Senatus iuſſu, in chartam coniecerit. *Leges de Officiis Diſcipulorum* videntur iam anno 1620 latae, ſiquidem praefixa iis honoris cauſa denuo nominandi Sena[illegible] Praefatio h. a. octauo Calendarum Martii lit[illegible]is eſt conſignata. Publicam tamen promulgationem ad an. 1621 pertinere, Oratio Kirchmanniana, mox danda, euincit. In laudata Illuſtris Senatus Praefatione, inter alia, haec notatu digna ſunt verba: *Prudenter a maioribus noſtris iam olim leges latae ſunt, quibus iuuentus ſcholaſtica intra modeſtiae ac muneris ſui fines coërceretur. Has leges de voluntate & mandato noſtro recognitas, ac, ne petulantium libidini vllus exeuſandi locus relinqueretur, typis deſcriptas, publice affigi, & ante omnium oculos conſtitui volumus.* Vtraeque Leges, tam Praeceptorum, quam Diſcipulorum, Lubec. 1657. 8 ſunt recuſae. Leges de Officiis Diſcipulorum editae etiam ſunt 1628. 8. cui editioni annexae variae Preces Scholaſticae, Germanica lingua ſcriptae. Ad has Diſcipulorum Leges pertinet Kirchmanni *Oratio, cum Leges Scholaſticae, de voluntate ac mandato Ampliſſ. Senatus recognitae, promulgarentur, habita Lubecae* 1621. Quae ex Kraftiano MSto decerpta, legi integra hic meretur, multa quippe ſtatum, qui fuit hoc tempore, Athenaei noſtri delineantia complectens. Haec autem ſunt, quae Kirchmannus fecit, verba:

Duo

Duo ſunt inſtitutionis literariae & educationis puerilis praecipua opera, ad quae tanquam ad ſcopum aliquem, ii, quibus haec cura commiſſa eſt, omne ſuum ſtudium, omnes cogitationes, omnia conſilia referre debent: *Doctrina & Diſciplina*; quarum illa linguae potiſſimum & ſermoni excolendo ſeruit, haec mores informat, & virtutem cum vera pietate animis tenerae iuuentutis inſtillat. Cum autem vtraque in his triuialium ſcholarum officinis tam neceſſaria ſit, vt, alterutra harum labefactata, fieri non poſſit, quin etiam ipſae ſcholae peſſum eant & labefactentur: tum vero morum maximam & ſummam rationem eſſe habendam, conſentiens eſt omnium, qui de puerili educatione ſcripſerunt, iudicium. Quid enim eruditio, ſi in animum prauis affectibus corruptum inciderit? quid omnino homines morum elegantia deſtituti, niſi ſub ſpecie & ſimilitudine humana immanes beſtiae? Mores autem potiſſimum emendantur diſciplina, cuius fundamentum cum ſint leges, praeclare a maioribus noſtris inſtitutum eſt, vt eae non ſolum publicae proponantur, ſed & iuuentuti ſaepius praelegantur, ne quis eorum, qui ſe nobis in diſciplinam tradiderunt, in legum ignoratione petulantiae & nequitiae ſuae mantellum quaerere, & poenas, quas legum violatores ſibi impendere ſciunt, friuola excuſatione illudere audeant. Has leges de voluntate & mandato Amplisſimi Senatus recognitas & renouatas, hodie, quod, DEUS bene vertat, promulgabimus. Quam ſolemnem

promulgationem, quod vos, Amplisſimi Dnn. Legati, Reu. Clar. & Doctisſim. Viri, honorifica veſtra praeſentia exornatum huc accesſiſtis, magnum humanitatis ac beneuolentiae erga hanc noſtram ſcholam ſpecimen edidiſtis: cuius pars quum ad me quoque redundet, non committam, vt homini ingrato hunc honorem habuiſſe videamini. Veſtrum iam erit, Diſcipuli charisſimi, me vobis has leges recitantem, cum attentione audire, easque animis & memoriae veſtrae ita infigere, vt ſecundum illas veſtram vitam, ſtudia & omnes actiones in poſterum conformetis, nec quicquam committatis, quod a munere ſcholaſticae rationis diſſidere videatur.

LEGES

Audiſtis, ſub quibus legibus Ampliſſ. huius Vrbis Senatus degere velit eos, qui hanc ſcholam frequentare, & vrbis huius hoſpitio frui cupiant. Quae leges cum non ex Lycurgi rhetris, non ex Solonis axonibus, non e decemuiralibus tabulis, ſed ex ipſius Iehouae oraculis maximam partem depromptae ſint, neminem eſſe arbitror tam perfrictae frontis, qui non illis obediendum eſſe, fateri cogatur. Caeterum in quanto honore hae leges hactenus habitae ſint, & adhuc a plerisque habeantur, notius eſt, quam vt de ea re longam orationem inſtituere neceſſe ſit. Conſcientiae veſtrae fidem appello. Ecqua inter omnes haſce leges vel vnica eſt, quae non a plerisque aliquoties violata, ex quaſi pedibus con-

conculcata sit? Non ea pietas erga Deum, non reuerentia erga Praeceptores, non diligentia in studiis, non modestia, non temperantia, non gratitudo reperitur in vobis, quae merito esse debebat: contra vero contemptus Numinis, inobedientia, torpor, ignauia, superbia, petulantia, luxus, ingratitudo, perfidia, mendacium, conspirandi libido & sexcenta alia vitia, tam altas in plerorumque animis radices egerunt, vt nullis fere monitis, nullis objurgationibus euelli & exstirpari possint. Haeret, opinor, in auribus vestris adhuc pia illa & paterna admonitio, qua iussu Amplissimi Senatus, praesentibus quatuor huius Reip. Consulibus, vna cum vtroque Syndico, & Ecclesiarum Pastoribus, superiori aestate ad vos visus fuit Reu. & Cl. Dn. Superintendens, cum vos adhortaretur, cum ad alia vestro ordine in primis digna, tum vero etiam ad deponendos crines, quibus alendis promittendisque aliquas vestrum plus nimio indulgere amplissimus Senatus intellexerat. Quantum ponderis haec admonitio habuerit, res loquitur ipsa. Neque enim quenquam arbitror esse, cui vel in mentem venerit, Amplissimi Senatus mandato hac in parte obtemperare: adeo omnes quasi ex compacto obstinauistis legibus aduersari, & superfluam ac recrementitiam illam capillitii segetem, illos lendium & animalculorum quibus a pedum multitudine nomen est, impuros nidos maiores facere, quam ipsius DEI mandatum, quod magistratui & praeceptoribus obediendum seuere praecipit. In qua obstinatione si perse-

Digitized by Google

perſeueraueritis, ipſi vobis veſtro iumento incommodum accerſetis: aeque ſtulti & extremae dementiae damnandi, quam olim Lycii, quos tanti comam feciſſe legimus, vt non dubitarint quidem ſuis ſe opibus exſpoliare, & grandem mulctam ſoluere Mauſolo, Cariae Regi, quo ſibi liberis eſſe & immunibus liceret a legis imperio, quae crinium tondendorum poteſtatem illis imponebat. Atqui multae cauſae ſunt, quae vos ad hanc crinium luxuriam compeſcendam, atque adeo ad omnes leges ſcholaſticas ſeruandas commouere & extimulare merito debebant: quas omnes ſi recenſere hoc loco inſtituerem, dies, opinor, me deficeret. Etenim vt alia ſublimiora mittam, hoc inſculptum eſſe animis veſtris oportebat, obedientiam, omnis felicitatis & ordinis matrem ac cuſtodem eſſe, quam qui ſtulte contemnat & diſciplinae repagula petulanter conuellat, eum nunquam ſolidum aliquem ſtudii ſui fructum conſecuturum eſſe. Qui enim ad bonam frugem peruenire poſſit is, qui infamiae metum prorſus exuit? qui, quid homines de ſe loquantur, ſusque deque habet? qui denique ipſius Dei vindicem oculum non pertimeſcit? Nam his vitiis, & quidem pluribus atrocioribusque praeditus eſt, qui leges aſpernatur, qui Magiſtratum contemnit, qui Praeceptoribus eam, quam leges requirunt, obedientiam praeſtare petulanter recuſat. Ex luto non fit vrceus, niſi diligenter tundatur; ſic animus diſcentis, niſi diſciplinae obnoxius fuerit, literis informari nunquam poterit.

Quem-

Quemadmodum enim aruum vomere ad frugem reddendam, & lanam medicamentis ad combibendam purpuram praeparari videmus: ita ad doctrinam capeſſendam animus diſciplinae cultura macerandus eſt. Doctrinae igitur amore qui tenentur, quo teneri omnes debent, qui ſcholas frequentant, hoc ſibi perſuaderi patiantur, nihil eſſe, quod magis ſcholaſticum deceat, quam diſciplinae ſe ſubiicere & parere illi, cui parendum leges iubent. Hoc enim ſi feceritis, vti facturos plerosque confido, non ſolum Ampliſſ. Senatus aliorumque Euergetarum fauorem vobis comparabitis, ſed & compotes fietis illorum bonorum, quibus DEUS opt. max. obedientes cumulaturum ſe recepit. Nos etiam, quos DEUS & ampliſſ. Senatus in hac ſtatione collocauit, vt mentibus veſtris honeſtae doctrinae lumina praepanderemus, omnes noſtras curas, cogitationes & vigilias in vtilitate veſtra, ſtudiorumque veſtrorum incrementis defigemus. Hanc veſtrae pietati & obedientiae vicem rependemus, vt re ipſa intelligatis, veſtra ſtudia nobis ſerio cordi & curae eſſe. Caeterum ſi qui pudoris obliti, legum auctoritatem aſpernari, diſciplinae iugum excutere, & ſuo arbitrio, vt hactenus fecerunt, viuere animum induxerunt, illi vtvt nequitiam ſuam occultare laborarint, re ipſa tamen ſentient, nobis nec in inquirendo voluntatem, neque in puniendo facultatem defuiſſe. Quis enim vir bonus diutius conniuere poſſit ad enormia illa delicta, quae a quibusdam

dam veſtrum quotidie fere ſine vllo pudore deſignantur? a quibusdam dico: nam ſcio, pleroſq; tamen eſſe modeſtiae & honeſtatis ſtudioſos, qui talia toto pectore auerſentur, nec cum refractariis illis & legum contemptoribus vllum habere commercium cupiant. Illos intelligo, qui de induſtria modeſtiam & pudorem habent deſpicatui, qui laudem & gloriam pedibus proculcant, qui omnem moleſtiam praeceptoribus exhibere, & hanc Spiritus Sancti officinam in licentiae fanum & petulantiae tabernam conuertere, contra leges ab Ampliſſ. Senatu promulgatas inter ſe conſpirare, ac iis, qui ex legum praeſcripto viuunt, minas intentare non verentur; illos, qui ſcholaſtica hac quiete pro proſtibulo fruuntur; nocte gladiis armati degraſſantur; qui helluationibus crebrius, quam lectionibus interſunt. Illos, qui a nouitiis, & recens in claſſem hanc translatis, nummos extorquere, & eosdem hoc ipſo in loco luto, nonnunquam etiam lapidibus, inceſſere, aut alia quauis moleſtia afficere non erubeſcunt. Illos, qui vt ancillis placeant, capillos, meretricularum in morem, calamiſtris inurunt, criſpant, diſponunt, diſcriminant: qui, commilitonibus ſuis in canendo occupatis, in diuerſa templi parte catervatim obambulant, aut ſubſellia honeſtorum ciuium occupant nec ipſorum Conſulum illac praetereuntium conſpectum verentur. Illos, qui non impetrata a Praeceptoribus poteſtate emanent, & non ſolum diſcipulos ad Scholam vsque comitati ſe furtim ſubducunt, ſed & men-

dacia

dacia illis flagitioſe inſtillant, quibus Praeceptores fallere, & abſentiam ſuam excuſare poſſint. Illos, qui ad nuptialia conuiuia etiam inuocati, tanquam muſcae aduolant, & non ſolum vino ibi ſe ſtrenue ingurgitant, ſed & ſaltare audent, nec prius ſe domum conferunt quam ab iis, qui heris facem praeferunt, in ſoporem ſint collocati. Illos, qui cum iis, qui e ſchola profugerunt, quotidie conuerſantur; quos non literarum amor, ſed ventris ſaginandi ſtudium huc illexit, qui nomine ſcholaſtico ad omne facinus abutuntur: Quos ſi moneas obiurgesue, frontem caperent, ringuntur, verbumque par pro pari referunt: ſi verberes, diris caput boni praeceptoris deuouent. Vt caſtiges, gladiatoria firmitate opus ſit, aut decem lorarii accerſantur oporteat. Hos ego non ſcholaſticos, ſed ſcholaſtici ordinis dehoneſtamenta hac mea oratione perſtringo, iisque nunc iuſſu & auctoritate ampliſſ. Senatus edico, vt aut ad meliorem frugem ſeſe recipiant, aut ſcholam hanc miſſam faciant, ſi putent, aetatem ſibi ex magiſterio noſtro exceſſiſſe: imprimis vero illis, qui ſuperfluam illam capillitii ſegetem contra Senatus mandatum hactenus aluerunt, diſerte praecipio, vt, ſi ciuium noſtrorum liberalitate frui cupiunt, caeduam illam capillorum ſyluam ante Kalendas Ianuarii reſecari curent: & toto pectore ſe ad legum hac hora promulgatarum obſeruationem componant. Haec eſt ampliſſ. Senatus ſententia, cui vt pareatis non tam propter metum poenae, quam propter decus honeſtatis,

per

per vestram salutem, per parentum vestrorum de vobis exspectationem, per quicquid vobis gratum acceptumque esse potest, etiam atque etiam vos hortor. Sed iam audire mihi videor quorundam sermones, qui priusquam legibus his obtemperare velint, se hinc esse discessuros minantur, & in hoc etiam nonnulli fidem obligasse data dextra feruntur. O miselli! an ideo Lubecam orbam & desolatam fore imaginamini? nolite hanc animo fiduciam concipere: non est, quod vobis vsque adeo placeatis. Etsi enim ab vno atque altero maleferiato relinquamur, deseramur, non relinquemus tamen, non deseremus, laboriosam quidem hanc, sed honestam stationem, in qua nos conspirans Amplissimorum virorum suffragatio collocauit. An arbitramini, vobis hinc dilabentibus, scholam hanc corruituram esse? nec alios repertum iri, qui subsellia haec complere, aut ciuium liberos etiam rectius & diligentius, quam a vobis fit, informare possint? mittite amabilem hanc e pectore vestro insaniam: non eget hic ludus noster hisce tibicinibus, nec paedagogorum erit apud nos inopia, modo ciuium nostrorum benignitas quorundam vestrum ingratitudine, & in honesta vita non claudatur. Eant igitur & proficiscantur, quocunque volunt, qui Praeceptoribus fidem datam malitiose frangere & in tabulas refractariorum referri malunt, quam legibus obtemperare, eant, inquam, & nos metu molestiarum, quae quotidie nobis ab illis impendent, primo quoque tempore liberent. Nam quod sperent,

se

se hic latitaturos, & leges iam promulgatas despicatui habituros, frustra sunt. Neque enim amplissimus Senatus hebescere patietur aciem auctoritatis suae, aut committet, vt vnus atque alter contumax ac petulans scholasticus honestam disciplinam, in qua restauranda totis viribus laboratur, tam illiberaliter aspernetur, nec Praeceptorum monitiones magis curet quam

Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Sed mitto hos legum contemptores, daturos satis acres olim poenas suae temeritatis, & quod suae potius libidini, quam seriis Praeceptorum monitis morem gesserint, sero nimis & frustra questuros. Nam quales post modum fiant eiusmodi adolescentes, qui aut inuiti & coacti aliquamdiu recte faciunt, aut petulanter magistrum neglexerunt, licet ex viua quasi pictura prospicere, quam adolescens ille Plautinus sua ipsius manu delineauit:

Nam ego adid frugi vsque & probus fui,
In fabrorum potestate dum fui.
Postea quam immigraui in ingenium meum
Perdidi operam fabrorum illico oppido.
Venit ignauia, ea mihi tempestas fuit,
Ea mihi aduentu suo grandinem imbremque attulit
Haec verecundiam mihi & virtutis modum
Deturbauit detexitque me illico.
Post illa me obtegere negligens fui.
Continuo pro imbre amor aduenit in cor meum.
Is vsque in pectus permanauit, permadefecit
Cor meum, Nunc simul res, fides, fama, virtus

Digitized by Google

Decusque deseruerunt: ego sum in vsu
Factus nimio nequior.

Hoc euenire solet tam bellis homunculis, qui se & lubidinem suam magis, quam praeceptorum monita audiunt; nam vbi semel pudori nuncium remiserunt, in omnia vitia iugi impetu ruunt, & tandem, (si forte ad frugem rediere incipiunt) cum sene illo exclamare coguntur:

O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos!

non dissimiles illas, qui helleborum poscunt, cum insania nimias vires iam sumsit. Vos iam compello, adolescentes optimi, qui modestiam & obedientiam vestram hactenus mihi probastis, & quos imposterum quoque sui similes fore omnino mihi persuasi, Vos, inquam, compello, & pro eo, quo ommes modestos & diligentes discipulos amplector, amore ac beneuolentia hortor ac moneo, vt legum iussa obseruare, & Praeceptoribus debitam obsequelam facere perseueretis. Ita futurum erit, vt & officii vestri partes omnes impleatis, & parentum vota, patronorum benefacta, vestra ipsorum optata aliquando repraesentetis, vt denique & vobis bene conscii, &, quod omnium expetendorum caput est, Deo, legum ac magistratuum conditori, grati atque accepti sitis. Quem Deum trinum & unum supplex oro venerorque vt hanc legum promulgationem ad sanctissimi nominis sui gloriam & collapsae disciplinae restaurationem, dirigat, nobisque, quibus quotidie cum barbarie & ignorantia deluctandum est, & animi & corporis vires largiatur, ne sub

onere

Digitized by Google

onere, quod nobis impositum est, succumbamus, sed id alacriter perferamus, & iuuentutem hanc scholasticam, qua bonis moribus, qua honesta doctrina, ita imbuamus, vt amplissimus Senatus re ipsa intelligat, ex nostra institutione huic Reipubl. non parum vtilitatis accessisse.

Haec Kirchmannus, praeter quem ad condendas Leges M. *Georgium Stampelium*, Superintendentem, & M. *Adam. Helmsium*, Pastorem Petrinum, fuisse adhibitum, docent Act. Min. Lub. T. V. P. I. f. 206. b.

§. XIII.

Eodem anno 1621 prodiit *Grammatica Latina, conscripta olim a Nathane Chytraeo, nunc denuo recognita, & variis Obseruationibus illustrata in vsum Scholae Lubecensis.* Lubec. 8. In qua editione licet nomen Kirchmanni non sit expressum, illius tamen industriae melior haec & auctior editio debetur. Praefixit Kirchmannus hanc Dedicationem: *Nobilibus & eximiae spei Adolescentibus,* Godhardo, Henrico, Nicolao Bromsiis, *nob. & amplis. v. Dn.* Henrici, *Senatoris Lub. F. F. F. &* Theodorico Bromsio, *nob. & clar. v. Dn.* Theodorici, *Patricii Lub. F. Patruelibus, Discipulis suis charissimis Grammaticam hanc a se recognitam & Obseruationibus auctam D. D. D. & aetatis, doctrinae, omniumque virtutum incrementa ex animo praecatur Editor.* Hanc Lubec. 1626. & saepius alias recusam Grammaticam (quae deinceps Kirchmanni nomine ornata, magis semper magisque aucta, ac hodie etiam in Schola nostra

vſurpatur), aeque ac Logicam, acri deinceps excepit cenſura *Io. Rhenius*, Kirchmanni aduerſarius. Quod cum percepiſſet Kirchmannus, ſcripſit anno, ni fallor, 1635 ad Iohannem Crochelium, Paſtorem Huſumenſem, conqueſtus de Rhenio, Grammaticae Lubecenſis, Notis quibusdam a ſe illuſtratae, rigido & iniquo cenſore. Commemorat inter alia, vſurpatam eſſe antea in Schola Lubecenſi Grammaticam Vorſtianam, in cuius locum conſenſu Patronorum certis de cauſis ſucceſſerit Chytraeana. Hanc ſe pasſim potuiſſe immutare & emendare. Sed cum ob nonnullas obſeruationes multorum cenſuras ſit expertus, noluiſſe omnia, quae ſenſerit, proferre, ne nouarum rerum ſtudioſus nonnullis videretur. In Grammatica Rheniana nimiam deſiderat prolixitatem. Haec cognoui ex Epiſtola Kirchmanniana, quam in Bibliotheca Kraftiana legere licuit. Acceſſerunt ad Grammaticam hanc controuerſiam *Petrus Danckwerth*, & alii, quorum litteras aſſeruat Cl. Krafftius, *Hiſtoriae Eccleſiaſticae & Scholaſticae Huſumenſi*, quam molitur, eas aliquando integras inſerturus.

§. XIV.

Secuta Grammaticam eodem anno eſt Rhetorica a Kirchmanno concinnata, quae hodieq; adhibetur. Lucem enim viderunt *Rudimenta Rhetoricae pro captu Scholae Lubecenſis*. Lubec. 1621. 8. Pagina huius editionis auerſa haec habet: *Natalibus, ingenio & litterarum cultu ornatiſſimo adoleſcenti, Franciſco Duſterhopio, Fr. F. Fr. N. Patricio Lunaeburgenſi, diſcipulo ſuo cariſſimo, dedicat Iohannes*

hannes Kirchmannus. Huius Rhetoricae variae extant editiones. Prodiit enim

Lubec. 1633. 8. quae edito correctior dicitur.

Ibid. 1639. 8.

Ibid. 1653. 8. Acceſſere (ſtudio Seb. Meieri) in gratiam eorum, qui in ſcribendis Orationibus exercentur, Formulae ex Cicerone & optimis Oratoribus excerptae, & Vſus Figurarum, monſtrans, vbi, quibus in affectibus mouendis, & quibus in locis topicis eae adhibendae & vſurpandae ſint.

Brem. 1652. 12. Accesſit libellus methodicus de Periodis Caſparis Dornauii. Vidi etiam editionem Bremenſem, Kirchmanni nomen prae ſe ferentem, in cuius titulo annus 1612 extabat, & ſimul *pro captu Scholae Lubecenſis*, vbi in exprimendo numero haud dubie operarum error admiſſus, ſiquidem an. 1612 Kirchmannus nondum fuit Rector Lubecenſis.

Brunsuig. 1663. 8.

Helmeſt. 1686. 8. Notae inſperſae ſunt exigui momenti: Formulaeque, in titulo promiſſae, omiſſae.

Ibid. 1695. 8.

Ibid. 1705. 8. Editionum Helmeſtadienſium adductarum tituli habent verba: *in vſum Scholae Helmeſtadienſis.*

Plures forſan adſunt editiones, quam gratus ſemper fuerit hic libellus comprobantes.

§. XV.

Hoc etiam anno 1621 introductus eſt DAVID TROSTIVS, Lubecenſis, *Thomae Troſtii*, praecocis

cocis Philologi Athen. Lub. P. III. p. 525 ſqq laudati, pater, quem Bangertus l. c. quartae claſſis Praeceptorem appellat. Idem refert, quod d. 12 April. 1621 Formulae Concordiae ſubſcripſerit, anno autem 1638. d. 14 Jul. vitam cum morte commutarit.

§. XVI.

An. 1622 Kirchmannus ſolemnem *Orationem de reuerendi & clariſſimi viri DN. GEORGII STAMPELII, Eccleſiae Lubecenſis Superintendentis vigilantiſſimi, Vita & Obitu* habuit; quae Oratio, Magnifico Senatui a Kirchmanno Idib. Iun. e. a. inſcripta, a ſumme reu. Goetzio Elogiis Germanor. Theologor. Sec. XVI & XVII p. 93--119 inſerta. Merita Stampelii in rem Scholaſticam Lubecenſem his verbis p. 112 ſq a Kirchmanno deſcribuntur: *Neque vero praetereundum, quod inter varias occupationes etiam reſpiciebat ad primam pueritiae inſtitutionem, quae, Cl. V. Otthone Gualtperio ob fractas corporis vires rude donato, mihi eodem tempore demandabatur, quo ille ad clauum Eccleſiae huius ſedere coeperat. Recte autem a prima aetate inſtitutus Stampelius, in plerisque omnibus, quae ad iuuentutis informationem pertinent, mecum ſentiebat: in quibus autem rebus illius opinio a mea diſcrepabat, de his placide ſententias noſtras conferebamus. Neque enim ille in quenquam noſtrum, quibus ſacer hic labor erudiendae iuuentutis a magiſtratu commiſſus eſt, imperium ſibi arrogabat; nec ego aſpernabar, ſi quid boni conſilii in medium attuliſſet: ſed potius ipſum rogabam, vt ſi quid noſſet, quod in rem ſcholaſticam fore putaret, id e prudentiae ſuae ſcrinio depro-*

depromere non grauaretur. Ita Leges Scholasticae, tam quae magistrorum, quam quae discipulorum officia continent, iussu Magistratus a nobis emendatae sunt, & recognitus Lectionum ordo, qui deinceps iuuentutis informatoribus in hoc ludo litterario sequendus esset. Haec Stampelii humanitas magnum mihi alleuamentum attulit in hac laboriosa & aerumnabili scholasticae societatis gubernatione: a qua suscipienda fere me absterruissent perpetua dissidia & simultates, quae a multis annis inter Ecclesiae Antistites & Scholae huius Rectores extiterunt. Sed ille me nutantem confirmabat, & securum esse iubebat eorum omnium, quae forte olim accidissent. Neque me concepta de eius candore spes fefellit. Nam si quid forte, vt fieri solet, a petulante & domestica indulgentia corrupto adolescente designatum esset, quod reprehensionem mereretur, non statim disciplinam violatam clamitabat, nec factum impuri illius Diogenis probabat, qui cum puerum male moratum forte alicubi conspicatus esset, confestim illius paedagogo colaphum impegit, & cur non aliter puerum instituceret, interrogauit: sed vt in omnibus aliis vitae humanae generibus, ita hic quoque aequitate quadam vtendam esse recte iudicabat. Si enim nullus reperitur Magistratus, qui omnes illos, quibus praesunt, legibus & edictis suis obsequentes possit efficere, etiamsi quotidie virgas, ferrum, cruces, rotas intentent, nec est, qui legum violatarum culpam in Magistratum impingat: Si nullus Ecclesiastes, quantumvis eloquens & grauis, qui ex omnium auditorum animis auri famem, dignitatum sitim, voluptatum illecebras, fastum, luxu-

riam, aliaque vitia radicitus euellere, & virtutes eis ingenerare posſit, nec eſt, qui auditorum peccata Eccleſiaſtis imputet: iniquus certe cenſor & rigidus iudex ſit, qui propter leuicula puerorum erratа infelices illorum magiſtros vituperare & ipſorum exiſtimationi detrahere non erubescat. —— pag. 117: *Luget Schola, quae toties te ſuos alumnos ad virtutem & diligentiam adhortantem audiuit,*

§. XVII.

Eodem anno euulgauit Kirchmannus in vſum Scholae *Florilegium Ethicum, ſiue Sententias inſigniores ex optimis quibusque auctoribus Latinis collectas, & in certos Locos diſtributas.* Docet hoc praefixa Dedicatio: *Nobilibus & praeclare indolis adolescentibus, Henrico, Franciſco, Hieronymo Witzendorfiis, Nob. & Amplisſimi Viri Dn. Francisci, Senatoris Lunaeb. F. F. F. laudatisſimorum Reip. Lunaeb. Conſulum Nep. Pronep. Abnepot. Florilegium hoc Ethicum D. D. D. Iohan. Klrchmannus. An.* 1622. Saepius deinceps hoc Florilegium, quod hodieque in Schola noſtra explicatur, eſt recuſum.

§. XVIII.

Nouum meritis ſuis in Athenaeum noſtrum hoc anno conciliauit Kirchmannus incrementum, *Ciceronis Orationibus IV Catilinariis* 1622. 8. euulgatis, eo fine, vt ſtili Latini ſtudioſis eae inſeruirent.

§. XIX.

An. 1624 *peſtilentia* in hac Ciuitate graſſata coetum etiam ſcholaſticum ita afflixit, vt penitus fe-

re

re fuerit disipatus. Desaeuiit tamen anno sequenti lues, quare Io. Kirchmannus publico Programmate Iuuentutem Scholasticam, metu pestis dilapsam, reuocauit. Hoc Programma, ne plane pereat, hic conseruare operae erit pretium. Sic autem se habet:

RECTOR
Scholae Lubecensis
Discipulis suis
S. P.

Quod nautas facere videmus, si quando gravior plurium dierum tempestas adversa ingruit, ut nauem conquassatam & tantum non dissolutam in primum quemque portum vel forte fortuna oblatum appellant, & in littus eiecti tabulas e naufragio superstites colligant, nauemque reparent, & tandem ventos nacti secundos, rursus se mari committant, & institutum cursum absoluant, idipsum nobis quoque hoc tempore faciendum fuit. Nam cum superiori aestate, pestilens lues, ab offenso peccatis nostris Numine Vrbi huic immissa, bonam coetus Scholastici partem disipasset, quibusdam se vel alio conferentibus, quibusdam qui substiterunt, ab heris & parentibus intra domesticos parietes se continere iussis, rem Scholasticam aliqua ex parte proferre, & recitationes nostras ad tempus intermittere coacti sumus, quanquam nemo nostrum fuit, qui non maluerit quotidianos illos & catenatos labores, qui nobis in hac officina Scholastica exantlandi sunt, animo lubenti obire, quam in officio faciendo cessator videri. Et fecimus tamen, quantum potuimus,

si quantum voluimus per temporis iniquitatem non licuit. Postquam vero singulari Dei omnipotentis clementia & benignitate, feralis illa Diuo iam pennas quatere videtur, & a nobis abire (atq; vtinam abeat ad Thracas & Parthos!) partium mearum esse duxi publico quodam programmate, tanquam sublata e portu lampade, dispersos hinc inde nauiculae huius Scholasticae vectores recolligere, & ad cursum studiorum feliciter continuandum excitare. Ac principio quidem non possumus satis dignas Deo opt. max. gratias agere, quod irae suae gladium, quem in nos vibrauit, non cote seueritatis, sed oleo misericordiae exacuit, & formidabile illud contagium, quod longe lateque per omnes vrbis vicos, & angulos serpebat, ac vnicuiq; nostrum praesentem mortem minitabatur, tam clementer a iugulo nostro auertit. Nam etsi quidem hoc anno aliquot funerum millia in Libitinae censum venere; si tamen numerum inimus eorum, qui peste extincti sint, reperiemus, ex iis, qui vel ad gubernacula Reipub. sedent, vel populo coelestia oracula de suggestu interpetrantur, vel bonas literas & elementa pietatis iuuentuti instillant, hac lue periisse neminem, ex ciuibus vero & negotiatoribus primariis oppido paucos. Quod qui non in summi beneficii loco reputat, illum oportet omni diuinae bonitatis sensu orbatum esse. Quare quemadmodum salutem & incolumitatem illam, qua hactenus fruimur, vni Deo, vitae necisq; nostrae arbitro, in solidum acceptum ferimus:

mus: sic eundem toto pectore rogamus, vt porro quoque nostri curam agat, & diram hanc luem plane ab hac vrbe profliget: nec dubitamus, quin misericors Deus clementissime exauditurus sit non modo preces nostras, sed & gemitus ac suspiria eorum, qui liberos ac propinquos fidei nostrae commiserunt, & imposterum committent. Hac igitur spe freti, ad recitationes publicas, a quibus opinione & voto diutius feriati fumus, pridie Kal. Nouembr. reuertemur. Vestrum erit, discipuli charissimi, qui hic remansistis, in officii viam redire, & iis qui fuga saluti suae, vt putant, consultum iuere, ac in vicinia adhuc haerent, de hoc nostro proposito indicium facere. De parentibus & heris vestris eam spem concepimus, quoniam pestis desaeuiit, & rariora iam sunt funera, quam esse in vrbe tam copiosa etiam a lue hac immuni hoc anni tempore solent, fore, vt potestatem redeundi ad intermissa studia vltro vobis sint facturi, nec commissuri, vt ludus hic literarius, in quo tot praestantes viri, qui publicis priuatisque muneribus obeundis seculum hoc ornant, prima pietatis, & bonarum artium fundamenta iecerunt vastitate deformetur & subsellia, quae paulo ante inundabant frequentia discipulorum, solitudine sordescant. Vos modo capillatam discendi occasionem arripite, & quam feciſtis superiori aestate studiorum iacturam, omnibus industriae neruis resarcite. Metimini vos suo quisque modulo ac pede, & diligenter considerate, non quam longe a carceribus processeritis,

sed

sed quam procul adhuc absitis a meta, quam attigisse oportet eum, qui aliquando ad Academias aspirat, & cum fructu in illis versari cupit. Meta haec potissimum consistit in eo, vt praeter capita Religionis Christianae, sermonis Graeci mediocrem, Latini vero & artium dicendi differendique eam vobis comparetis supellectilem, quae sufficiat ad animi sensa non semibarbare, aut σολοικοφανῶς, sed quantum quidem aetas vestra capere potest eleganter, ornate, & prudenter, siue prorsa, siue versa oratione efferenda. Leuia quidem haec nonnullis videntur, sed maioris sunt momenti, quam centesimus quisque arbitretur. Quamdiu enim his literis rudes adolescentum animi in scholis triuialibus ad concipiendam sapientiam imbuuntur, sicut lana suffici ad purpuram combibendam solet, non facile ingruens barbaries regnum obtinebit. Imo qui his artibus non leuiter tinctus in Academias venerit, eum videas in altioribus disciplinis, ad quamcunque harum animum appulerit, maiores vno anno progressus facere, quam aliquem harum imperitum vix toto biennio: Qui vero praeposteris vsus consiliis, haec studia in puerili aetate neglexerit, & aliis minus necessariis bonas horas occuparit, adultior factus in Academiis non sine pudore & gemitu ea reprehendere cogetur, si modo in lustro eruditorum censeri, nec de re quapiam verba facturus scripturusue, etiam pueris se deridendum propinare, & splendorem doctrinae suae, si quam multo labore acquisiuit, minutissimarum rerum ignoratione in-

infuscare velit. Quod ne vobis quoque contingat, ad hanc metam pleno gradu contendite nec nisi perfecta re ex animi sententia, conquiescite. Non credite vobis dormientibus haec confecturum esse Deum. Vigilandum est: audiendi, legendi, loquendi, scribendi quaedam perseuerantia adhibenda est, quod qui facere recusat, audiet peruulgatum illud: Φεύγων μύλον ἅλφιτα φεύγει. Nos quod attinet, operam dabimus sedulo, vt personam ab amplissimo Senatu nobis impositam ita sustineamus, ne exspectationem vestram fefelliſse, aut vestris commodis quicquam praeuertisse videamur. Valete. P.P. Lubecae X Kalend. Novemb. Anno 1625.

Publicae gratiarum actionis pro sedata peste a Subrectore factae mentio fit in Act. Min. T. V. P. I. f. 220. a.

§. XX.

An. 1625. d. 24 Febr. Kirchmannus nouum Subrectorem, M. MARTINVM, WILDE, Lubecensem, sequenti Oratione, adhuc inedita, introduxit:

Multa sunt & varia boni & laudati Magistratus officia: sed nullum est, quo praeclarius de Republica mereri & ciues suos arctius sibi deuincire possit, quam si det operam, vt iuuentus ad pietatem in Deum, omneque genus virtutum a teneris annis informetur, & simul rectis principiis bonarum litterarum imbuatur. Etenim bonas leges condere, conuiuiorum & vestium luxum frenare, mendicantium importunitatem coercere, pauperes liberaliter alere, muni-

munitionibus vrbes circumdare, hostium machinationes praeuidere, illisque mature obuiam ire, magnam quidem laudem habet, at multo maiorem praestare, vt liberalis disciplina & praeclara iuuentutis educandae ratio in Republica semper exstet. Illis enim tantum externa subditorum bona augentur, & ab iniuria defenduntur: hac vero animae salus doctrinae coelestis puritas, & totius Reipublicae tranquillitas quaeritur & propagatur. Cum vero, quotquot clarissimarum ciuitatum mores descripserunt, vno ore omnes adfirment, iuuentutis educationem nullibi rectius & commodius suscipi & tractari posse, quam in publicis scholis bene constitutis, quae ob id virtutum officinae & honestarum artium fontes merito appellantur, magnam sane laudem merentur illi Magistratus, qui scholas vel ipsi aperiunt, vel a maioribus suis apertas liberaliter fouent & sustentant, nec quicquam in se desiderari patiuntur, quod ad illarum conseruationem pertinere videatur. In horum numerum merito etiam censeri potest Amplisſ. huius Reipublicae Senatus, qui cum praeclare intelligeret, quantum momenti in iuventutis, quae instar veris & germinum spem & messem futurae reipublicae continet, recta educatione positum esset, omni studio hactenus in id incubuit, vt hic ludus litterarius, bonis auspiciis ab anteceſſoribus suis fundatus, magis magisque floreret, & ciuium liberi rectam institutionem adepti ad eam doctrinae cognitionem peruenirent, vt aliquando bene de Ecclesiis & Rebus-

Rebuspublicis promereri posſint. Huius ſuae erga hanc Scholam curae Ampliſſ. Senatus hodierno die illuſtre documentum edit. Cum enim, Reuerendo Viro THOMA BALTHASARO ad verbum Dei in templo Mariano docendum nuper vocato, ludus hic noſter denuo fideli Collega deſtituatur, Ampliſſ. Senatus nihil antiquius ſibi putauit, quam vt primo quoq; tempore alius illi ſurrogaretur, qui partem aliquam operarum ſcholaſticarum in ſe reciperet & in pellendis ex animis iuuenum ignorantiae tenebris iuxta nobiscum ſtrenue laboraret. Praereliquis autem dignus, cui partes hae commendarentur, Amplisſimis Scholarchis viſus eſt, quem hic praeſentem videtis, doctiſſ. MARTINVS VILDIVS, quem etſi quidem non ignoro iis litteris, quae in iuuentutis informatore requiruntur, non leuiter tinctum, ſed penitus imbutum eſſe: tamen cum more receptum ſit, ne prius alicui officium ſcholaſticum demandetur, quam eruditionis ſuae & dexteritatis in docendo ſpecimen aliquod ediderit, ne morem illum migraſſe videamur tuum iam erit, doctiſſ. MARTINE VILDI, huic conſuetudini obtemperare & primam Horatii Oden Lib. I ad C. Cilnium Maecenatem hac hora interpretari, & quidem ita, vt Ampliſſ. huius Reipublicae Legati, vna cum admodum Reuerendo Superintendente ac reliquis Paſtoribus ἐκ τέτων τῶν ὀνύχων de cetera tua eruditione & induſtria iudicare, & ſuper hac re ad Ampliſſ. huius Reipublicae Senatum referre posſint. Vos autem, Amplisſimi Viri,

Viri, etiam atque etiam rogo vt exigui temporis vſuram nobis ne denegetis.

Interpretatio Odae.

Quae res huic Scholae, adeoq; toti Reipublicae bene feliciterque vertat, cum ex veſtro Clariſſimi &c. Viri, iudicio Magnificus huius vrbis Senatus intellexerit, doctiſſimum Virum, MARTINVM VILDIVM, tale nuper ſpecimen dexteritatis ſuae in docendo edidiſſe, vt recte ipſi Subconrectoratus officium demandari poſſit, ego iam iuſſu & auctoritate Ampliſſ. Senatus ipſum hodie in poſſeſſionem huius muneris immittam. Muneris, inquam, non vilis, non ſordidi, non deſpicabilis; ſed honeſti, ſed ardui, & ex quo non minor in genus humanum redundat utilitas, quam ſi quis magni alicuius Principis Conſiliarius ſit, vel multarum Eccleſiarum Inſpector. Imo cuius neceſſitas & vſus tam late patet, vt ſi hoc ex hominum conſortio tollere quis cupiat, non minus horrenda futura ſit confuſio, quam ſi ipſum ſolem e mundo ſublatum velit. Quid enim in familia Pater, in Republica Ciuis, in Curia Senatus, in Imperio Princeps, &, quod maximum eſt, in Eccleſia Doctor recte facit, niſi boni Praeceptoris beneficio? Non ignoro, quosdam eſſe, qui nos & noſtras operas exagitent, quaſi in vmbra verſantes, nihil in publicum conferamus, nec communi ſocietate proſimus. Sed qui ita iudicant, ſtultitiam ſuam produnt, nec ſapiunt inſtar *bimuli tremula patris dormientis in vina.* Nos audiamus potius M. Tullium Ciceronem: *Nullum munus*

munus Reipublicae afferre maius meliusue possumus, quam si doceamus atque erudiamus iuuentutem iis praesertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, vt omnium opibus refrenanda atque coercenda sit. Audiamus Erasmum Roterodamum, qui cum quidam sapidus artium doctor sortem suam laboriosam & tragicam appellasset, his illum verbis consolatur: *Sortem tuam vt laboriosam esse non negauerim, ita tragicam aut deplorandam esse prorsus infitior. Ludi literarii magistrum esse proximum regno munus est. An tu putas sordidam esse functionem, primam illam aetatem tuorum ciuium optimis literis & Christo statim imbuere, totque probos & integros Viros patriae tuae reddere? stultorum humilius opinione est, re longe splendidissimum. Etenim si Ethnicis quoque semper praeclarum & magnificum fuit, de republica bene mereri, dicam audacter, nemo melius de ea meretur, quam rudis pueritiae formator, modo doctus & integer.* Et alibi ad alium pro eiusdem functionis dignitate commendanda: *Fac memineris, secundum Principes & Episcopos neminem magnificentius posse mereri de Republica, quam ludi literarii Magistrum, si rudibus adhuc & in quemuis habitum sequaribus animis mentem instillet Christo dignam easque literas, quae optime cuique placuerunt.* Quae quidem aliis dicta, nobis quoque dicta putemus & nobis gratulemur, officia nostra inter maxime necessaria haberi. De Brachmanis, Indorum Ludimagistris, narrat Diodorus Siculus, illos post Regem principem locum obtinuisse inter septem illas tribus, in quas omnis Indorum populus erat distributus. Ipse Alexander Magnus,

gnus, cum aliquando palam diceret, se Diogenem esse velle, si Alexander non esset, quid aliud indigitare voluit, quam se, si regiam suam dignitatem cum alia vitae conditione permutare vellet, scholasticam, siue Philosophicam electurum fuisse. Etsi autem hodie aliter se res habet, & praemii parum, honoris fere nihil Ludimagistris exhibetur, non tamen ideo nos oportet deserere stationem, in qua nos DEUS collocauit. Nam & exiguum illud, quod nobis forte ex stipendiis supereſt, Deus liberis nostris liberaliter benedicet, & post hanc vitam merces nostra longe vberrima, beata, sempiterna erit in coelis. In huius igitur tam honesti & generi humano necessarii muneris possessionem vt te immittam, principio tibi trado leges scholasticas, tam Praeceptorum, quam Discipulorum, vna cum *Oeconomia* seu *Distributione Lectionum & Exercitiorum*, quae in Schola hac Senatus proponenda statuit. Iuxta hanc iuuentutem tibi commissam docebis nec latum vnguem ab ea discedes. Virgam quoque vna cum ferula tibi offero, quibus, tanquam sceptris, vsos fuisse, omnes scholarum magistros vniuersa antiquitas vno ore testatur. Neque enim audiendi sunt nouatores illi, qui moti auctoritate Quintiliani, virgas e scholis sublatas volunt, & nescio quibus nominibus appellitare solent eos, qui virgarum ministerio petulantiam puerorum coërcent. Quod sane qui faciunt, insignem iniuriam facere Spiritui sancto existimandi sunt, qui virgarum vsum

vsum parentibus serio in sacris literis inculcat Salomon, non Regum modo, sed omnium mortalium sapientissimus, in Prouerbiis cap. 13: Qui cohibet virgam, odit filium. Et cap. 22: stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinae fugabit eam. Et cap. 23: Ne subtrahas a puero castigationem, si percusseris eum virga, non morietur. Tu virga percutito eum, & animam eius a sepulchro eripies. Ad quem locum, quae diuinus Lutherus in margine suorum Bibliorum notauit, multa veriora sunt, quam Pythia, quae tripode ex Phoebi lauruque profatur. Eius autem verba, parentem quemlibet compellantis, haec sunt: *si tu filium tuum virga caedas, non opus erit, vt deinceps a carnifice castigetur. Castigatione enim pueritia carere nulla ratione neque potest, neque debet. Si igitur pater hoc facere negligat, necessario id postea faciendum erit carnifici, quod quidem aliter fieri nequit Dei ipsius iudicio, quod nemo euitare aut effugere vnquam potuit.* Quae vero parentibus hic dicuntur, ea Praeceptoribus quoque dicta esse existimabimus, cum hi in illorum locum succedant, & quae parentes vel rectae institutionis ignari, vel aliis negotiis occupati praestare non possunt, ad ea supplenda atque adeo parentum vices gerendas Praeceptores, quasi sacramento quodam conducti sunt. Dicant igitur, quicquid velint nouatores isti; Orbilios rigorosos, seueros, tetricos, plagosos magistros appellent eos, qui virgis in vindicanda discipulorum petulantia vtuntur; Nos scimus, hanc puniendae iuuentutis ratio-

nem ipsi Deo placere, ab omnibus gentibus vsurpatam & adhuc vsurpari ab iis, qui rectam instituendae iuuentutis rationem norunt. Scimus hac pudorem, optimum virtutis magistrum, incuti, hac auctoritatem docentis ali, hac amoris fiduciam excusitari. Scimus, hanc esse sceptrum paterni imperii, non seueritatis fulmen: non fasces praetorios, sed materni pectoris simulachrum, quod intuens discipulus exoscularí, & ceu numen scholasticum colere ac venerari debeat. Hac itaque virga ac ferula potestatem tibi facio animaduertendi in eos, quos videbis petulanter contra leges delinquere. Tu vero iam sume parentis animum erga discipulos, & cum succedas in locum eorum, a quibus liberi nobis commissi sunt, si quid minus tibi ex animi sententia successerit, vt multa huiusmodi nobis in puluere scholastico versantibus quotidie accidere solent, non semper a ferula & virgea suppellectile, interdum etiam a patientia dolori tuo remedium quaere, omnique studio in id incumbe, vt spartam, quam nactus es, ornare & personam impositam ita sustinere possis, ne videamus nostram de te exspectationem destituisse. Vos autem, discipuli charissimi, hortor & moneo, vt quem Magnificus & Amplissi. huius Reipublicae Senatus dignum iudicavit, cuius fidei munus hoc scholasticum demandaretur, eundem vos quoque non indignum iudicetis, cui omnem obseruantiam, honorem, obedientiam exhibeatis, quem in oculis feratis, ad cuius nutum vestras actiones componatis

nihil-

nihilque omnino designetis, quod ipsi taediosissimas puluerulentae huius officinae molestias taediosiores reddat. Sic studia vestra gubernabit omnium bonorum auctor & dator, Deus optimus maximus, quem toto pectore oro venerorque, vt hanc noui Subconrectoris inaugurationem fortunet, Scholam clementer conseruet, & ipsam a cunctis, quae quacunque ratione vel coetum docentium ac discentium dissipare, vel disciplinam magis labefactare, vel studia doctrinae coelestis ac bonarum artium corrumpere, vel quoduis aliud damni genus afferre possunt, defendat, omnesque tam discentium, quam docentium cogitationes, studia, labores, curas omnes dirigat ad sui nominis gloriam, Ecclesiae & Reipublicae commodum atque emolumentum.

Hac Oratione Kirchmannus initiauit Wildium in Academia Wittebergensi sanctiori doctrina imbutum. Apparet hoc ex *Disputatione Theologica de Baptismi Sacramento, Photinianis erroribus oppositа*, quam sub *Nicol. Hunnii* praesidio an. 1618 defendit; nec non ex *Collegii Anti-Smalciani pro Augustana Confessione Disputatione septima, quae est I. de Bonis Operibus*, quae an. 1620 contra dissentientes ab ipso vindicata. Sanis igitur dogmatibus assuefactus, Symbolicis libris sincera mente nomen dare non renuit. Vnde in saepius citato Formulae concordiae codice haec eius verba leguntur: *M. Martinus Wilde, Scholae patriae Subrector, animo & calamo subscribo A.* 1625. 3 *Mart.* In consessu totius Ministerii hoc esse factum,

ctum, docent Act. Minist. Lubec. T. V. P. I. p. 140. Vale muneri scholastico dixit d. 15 Octobr. 1629, Gibelii loco Pastor & Inspector Femariensis vocatus. Obiisse eum an. 1640, & per novennium fere paralyticum fuisse, ex Agend. Eccles. Femariens. mihi significauit Hilmerus, qui possidet ipsius effigiem, cui haec adscripta verba: *Anno Christi* 1628. *Aetatis suae* 36. Pereximium, quo Bangertus Wildium ornauit, elogium vid. Athen. Lub. P. III. p. 470.

§. XXI.

Post Wildium an. 1625 in Collegium Scholasticum receptus est ANDREAS HERLICIVS, Stralesundensis, vocatus ex vrbe Kilonienſi ad Cantoris munia obeunda, quae vsque ad annum 1630, ipsi fatalem, administrauit. Formulae Concordiae nomen dedit mense Aprili dicti anni 1625, quo in ciuitatem Lubecensem adscriptus.

§. XXII.

Annum 1626 commemorabilem reddit munificentia Viri nobiss. generos. ac prudentiss. THOMAE de WICKEDE, Haereditarii in Castorff, Senatoris de Rep. Lubecensi meritissimi, d. 30 Mart. eiusd. anni pie defuncti. Is enim laudanda valde liberalitate & amore erga artes liberales, earumque cultores, vehementer praedicando fecit Testamentum, in quo Lubecenses marcas, vt vocant, quadraginta per singulos annos (adeoque per vnumquodq; semestre viginti) legauit iuuenibus ex classe inferiori ad superiorem translatis, ita tamen, vt

post

Digitized by Google

post Examen a Rectore libri boni & vtiles coëmantur, & inter iuuenes distribuantur. Quare tanti Viri memoria non solum in Republica, sed etiam in Athenaeo nostro hodieque superest: imo toties renouatur, quoties libris distribuendis imprimitur Signum, in quo haec verba: LEGATVM DNI THOM. DE WICKEDE. SEN. 1626. Quis sit finis huius Legati, facile apparet, scilicet excitare & inflammare iuuenes ad industriam ac litterarum amorem. Μεγάλη χάρις αὐτῷ.

§. XXIII.

An. 1627 m. Iul. Ministerium non solum de variis Scholae defectibus est conquestum, verum petiit etiam a Senatu, vt intermissa (sine dubio ob grassentem ante biennium luem, & turbas bellicas) Examina, eademque secutae Visitationes, redintegrarentur. Litterae ad Senatum, manu B. Nic. Hunnii scriptae, occurunt in Act. Minist. T. III. f. 548. Superintendens porro & Pastores d. 10 Aug. cum tribus Collegis superioribus in templo Cathariniano sunt collocuti, Vid. l. c. fol. 549. Eodem quoque tempore litteris consignarunt prolixum iudicium de re scholastica, & quomodo ea sit instauranda, quod l. c. fol. 551-560 est insertum, vocatumque: *Bericht von etlichen Punctten, so bey den Examinibus Scholae Lubecensis, und sonsten, ab Anno 1623 obseruiret, und in Besserung zu bringen.* Conf. Act. Min. T. IV. f. 804 sqq vbi idem hoc scriptum, prout manu Hunnii prima vice exaratum, legitur. Quae animadvertis-

se autem partim, partim introducenda esse & exequenda per publicos doctores putant in hoc scripto, sunt sequentia: (1) Classis primae alumnos memoriae quidem mandare praecepta Logica & Rhetorica, verum autem sensum ignorare, saltem propriis verbis commode reddere non posse. (2) Disputatoria exercitia institui nulla, etsi ea sint valde necessaria, quod nonnullis rationibus ostenditur. (3) Primanos ad methodicam thematis per Synthesin & analysin tractationem esse assuefaciendos. (4) Extemporanea, vt vocant, oratoria exercitia non esse omittenda, sed nonnunquam instituenda. (5) Linguam Germanicam, aeque ac Latinam, esse excolendam. (6) Ebraeae linguae studium, plane omissum, necessario esse restaurandum. (7) Propter Graecae linguae studium maiorem Nouo Testamento, quam auctoribus Ethnicis, operam nauandam. (8) In classibus, prima saltem & secunda, iuuenes semper debere Latinis verbis loqui. (9) In prima classe Exercitia non superiorum solum, sed etiam inferiorum (qui cum superiorum emendatis exercitiis sua contulerunt) esse corrigenda. (10) Memoriam iuuenum non amplius integris Epistolis, aut aliis prolixis locis, ex Cicerone, Xenophonte & aliis auctoribus memoriae impressis, esse onerandam. (11) Exercitium Biblicum, pietatis causa, quotidie institui oportere. (12) *Chytraei Catechesin* (quae hoc tempore doceatur, etsi olim alia Compendia Theologica, nempe *Sigwarti Enchiridion*, in Oeconomia Lectionum Lubecensium

censium secundae Classi assignatum, & *Iudicio Corpus Doctrinae*, introducta) retineri quidem posse, licet ad praesentem Ecclesiae, & controversiarum in ea, statum non sit accommodata, dummodo iuuenes non solum verba, sed etiam sensum eius discant, & intra anni spatium haec Catechesis absoluatur. (13) Lectiones neutiquam esse confundendas, sed in singulis classibus eas tantum pertractandas, quae vnicuique classi praescriptae. (14) Neminem, nisi idoneum & satis praeparatum, ad classem superiorem transferendum. (15) Praeceptores iusto tempore debere adesse. (16) Discipulos esse coërcendos, vt in puncto horae constitutae conveniant. (17) Musices studium, valde neglectum, esse restituendum, & quos oportet in templis canere, ad officium cogendos, discipulosque negligentes poena afficiendos. (18) Collapsam plane disciplinam scholasticam esse renouandam. (19) Visitationum Decreta esse obseruanda, & iuuenes a vestitu indecoro, vano, superbiam prodente arcendos. (20) Plures morum censores in Schola constituendos esse. (21) Propter petulantes singulis hebdomadibus diem criticum habendum. (22) Coricaeos rursus esse declarandos. (23) Prohibendum esse, ne adolescentes ad classem superiorem translati exagitentur. (24) Iuuenum vitam, quam extra Scholam agunt, obseruandam, in eosdemque ob compotationes & diuerberationes animaduertendum. (25) Puniendos quoque eos, a quibus nuper Comoedia

non ſine ſpurcitie & impietate acta. (26) Poena ſimiliter dignos iudicari eos paedagogos, qui erga beneficos Ciues ſint ingrati, iisdemque moleſtias creare non vereantur. (27) Calligraphum, qui in Schola ornate ſcribendi artem doceat, requiri. (28) Iuuenes in Examinibus ex libro, aut ore ſuggerentis reſpondere. (29) Exercitia, quae in Examinibus exhibentur, quod ad ſingula fere verba inter ſe conuenire, & vix ac ne vix quidem differre, vnde ſuſpicio quaedam oriatur. (30) Grammaticam Latinam in prima claſſe non amplius tractandam, & neminem ad eam admittendum, niſi eius fuerit gnarus. (31) Repetitionem Catecheticam debere eſſe frequentiorem, quo, in Examinibus praeſertim, Catecheſis ſine haeſitatione queat recitari. Haec ſunt potiora contenta prolixi Scripti, quod Senatui tradere in animo habuere, non autem tradiderunt. Docent hoc verba, quae In cit. Act. f. 562 offenduntur: *Concept eines Schreibens, ſo ad Iuclytum Senatum wegen des Schulweſens hat ſollen abgehen, aber verblieben.* Cauſa fuit, quod eodem anno Caeſareus exercitus Holſatiam inuiſeret: vnde Magnifico Senatui permulta negotia valde neceſſaria obortа. Vid. Act. Min. T. IV. f. 800. n. 17.

§. XXIV.

Sub ipſum anni 1630 initium Athenaeum noſtrum, in quo olim didicerat, docendi cauſa ingreſſus eſt M. SEBASTIANVS MEIERVS, Lubecenſis, & Martini Wildii, Subrectoris, locum occupauit. Sed per anni modo quadrantem

tem tenuit, defunctoq; tandem venerabili sene, Ioachimo Dreiero, Conrectoris munia est consecutus. Plura in subsequenti Cap. XV de eo in medium proferam. Hic tantum addo memorabilia verba Formulae concordiae ipsius manu subscripta: *Ego M. Sebastianus Meier, Lubec. me sancta fide omnia, quae in Formula Concordiae continentur, amplecti, & cum bono DEo ad extremum usque vitae meae halitum amplexurum promitto. Lubecae A.* 1630. 4 *Ianuar.*

§. XXV.

Eod. an. 1630. d. 13 Febr. D. *Nicolaus Hunnius* Superintendens. M. *Adamus Helms*, Senior, M. *Ioh. Reiche*, Past. Aegid., M. *Michael Siricius*, Past. Marian., M. *Bernh. Blume*, Past. Cathedr., & M. *Gerh. Winter*, Past. Iacob. prolixum de re Scholastica Magnifici Senatus Commissariis tradiderunt scriptum, quod manu B. Hunnii (qui eius auctor est) exaratum reperitur in Act. Minist. T. V. P. I. f. 206—235. In eo Magnifico Senatui aguntur gratiae pro opera instaurandae Scholae laudatissime nauata, diuersisq; capitibus varia tam prudenter, quam salutariter proponuntur. Agitur autem cap. I. de Mediis & Modo docendi, in quo f. 211 ex *Oeconomia Lectionum* vsitatae isto tempore Lectiones sic exhibentur:

In Classe 7.	*In Classe 6.*
1. Donatus { Alphabet. Lectio, &c.	1. Donatus { Declinat. Coniugat.
2. Vocabularium.	2. Vocabularium.
3. Catechismus Luth.	3. Pictura litterarum.
	4. Psal-

4. Pſalmi.
5. Euangelia Dominicalia
6. Hymni funebres.
7. Epiſt. Dominicales.

In Claſſe 5.

1. Donatus.
2. Vocabularium.
3. Diſticha Catonis.
4. Sententiae Publ. Syri.
5. Muſica.
6. Epiſtolae Ciceronis.
7. Pſalmi.
8. Catechismus Latin.
9. Pictura literarum.
10. Analyſis Euangelii.

In Claſſe 3.

1. Grammatica.
2. Colloquia Lud. Vivis.
3. Illuſtres Sententiae.
4. Terentius.
5. Muſica.
6. Nomenclator.
7. Exercitium ad imitationem.
8. Epiſtolae Ciceronis.
9. Erasm. de Ciuilit. Morum.
10. Leges Scholaſticae.
11. Fabulae Phaedri.
4. Catechismus.
5. Pſalmi.
6. Dicta Scripturae.
7. Hymni funebres.
8. Euangelia.

In Claſſe 4.

1. Donatus, Syntaxis.
2. Vocabularium.
3. Terentianae Sententiae.
4. Epiſtolae Ciceronis.
5. Cato.
6. Muſica.
7. Catechismus.
8. Pſalmi.
9. Dicta Scripturae.
0. Euangelium.

In Claſſe 2.

1. Grammatica.
2. Ouidius.
3. Bucolica Virgilii.
4. Terentius.
5. Muſica.
6. Nomenclator.
7. Verſus diſiectus.
8. Grammatica Graeca.
9. Iſocrates, aut Sententiae Graecae.
10. Epiſtolae Ciceronis
11. Arithmetica.
12. Eraſm. de Ciuilit. Mor.

12. Cate-

Digitized by Google

12. Catechismus Lutheri.
13. Enchirid. Sigwarti.
14. Euangelium Latinum.
15. Euangelium Graecum.

13. Fabulae Phaedri.
14. Catechism. Lutheri.
15. Verſus antiquorum Poëtarum.
16. Exercitium.
17. Euangelium Latin.
18. Euangelium Graec.
19. Enchiridion Sigwarti.

In Claſſe 1.

1. Epiſtolae Ciceronis.
2. Exercitium verſionis e Latino, vel Exercitium Graecum.
3. Logica.
4. Muſica.
5. Homerus, vel Heſiodus, &c.
6. Exercitium Styli.
7. Xenophontis, Plutarchi, Demoſthenis aut Iſocratis libelli, &c.
8. Exercitium Graecum.
9. Proſodia & Genera Carminum.
10. Declamatio.
11. Grammatica Latina.
12. Rhetorica.
13. Grammatica Graeca.
14. Sententiae Latinae in Graecam translatio.
15. Oratio Ciceronis.
16. Horatius, aut Virgilius.
17. Catechismus Chytraei.
18. Arithmetica.
19. Doctrina Sphaerica.

Cap. II de Diſtinctione & Ordine Claſſium.

III.

Digitized by Google

III. de Doctrina Linguarum, vbi male in primis habet Hunnium Hebraeae linguae neglectio. IV. de Exercitio artium Dicendi; in quo capite vehementer vrgetur exercitium disputandi; vernaculae etiam linguae exercitium, nonnunquam instituendum, suadetur. V. de Musica. VI. de Studio Pietatis & Principiorum doctrinae fidei, ex quo capite ea merentur excerpi, quae ad *Lectionem Theologicam* spectant, de qua HVNNIVS sic commentatur:

„Dieweil Lectio Theologica in die Schul ver„ordnet, die auch mir, dem Superintendenti, „oblieget, soll ich davon den Herrn Commissa„riis diese meine Gedancken, so meinen Colle„gis, den Herrn Pastoribus, auch beliebet, an„zeigen. Als ich in Novembri des 1624 Jahres „ins officium getreten, habe ich das folgende „Jahr mir fürgenommen, *Catechesin Chytraei*, so „in der Schul getrieben wird, zu interpretiren; „und dafs ich die discipulos nicht mit dictirn „aufhielte, habe ich ihnen die explication al„lein mündlich fürtragen wollen, wie ich denn „also die mehrste *prolegomena* absolvirt. Weil „mich aber der Auditorum etliche, cummuni „discipulorum nomine, baten, nachdem sie nicht „alles so balden fassen und behalten könnten, „ich möchte es ihnen dictirn, habe ich mich ih„rem captui accommodirt, und etliche tracta„tus, *de optima ratione Studii Theologici*, *de Princi„piis Theologiae* und *de Deo*, dictirt (wiewol ich „postremum articulum nicht zu Ende ge„bracht). Und ob es ihnen schon so deutlich

„und

„und langſamb vorgegeben worden, als mög-
„lich ſeyn kan, habe ich doch aus ihren ge-
„ſchriebenen concepten deren ich etliche zur
„Handt gebracht, befunden es ſey alſo excipirt,
„daſs weder ſie ſelbſt, noch einiger Menſch,
„einigen ſenſum oder Verſtand daraus nehmen
„kônne; und, da in der claſſe bey 70 diſcipuli
„geſeſſen. jedoch kaum 10 oder 12 zu meiner
„lection ſich eingeſtellet, unter denen über drey
„nicht geweſen, denen (wegen groſſer ruditet)
„meine lectio hâtte kônnen nûtzlich ſeyn, dar-
„umb ich eine ſo vergebliche Arbeit zu verrich-
„ten, Bedencken getragen, und die lectionem
„anſtehen laſſen. Nun will ich den Nahmen
„nicht haben, daſs ich dieſes falls mein officium
„negligire, gleichwol ſehe ich billig dahin, daſs
„die Arbeit alſo angeſtellet werde, damit ſie
„nicht gantz vergeblich ſey, ſondern zu einem
„nûtzlichen effect gerichtet werde; gebe dem-
„nach meinen groſsgûnſtigen Herrn dieſen fûr-
ſchlag zu bedencken:

„1. Es iſt ein ſehr nötiges Stûck, daſs die Scho-
„lares primae claſſis die principia Theologica
„recht begreiffen, ehe ſie ad Academias ziehen,
„theils, daſs die Theologiam gedencken fortzu-
„ſetzen, ihres principalis ſtudii, bey zimblichen
„Alter, nicht allerdings rudes, noch dem gleich
„ſeyn, der vom Pflug herkompt: theils, daſs,
„die Iura oder Medicinam ſtudiren wollen, ein
„fundament legen, daſs ihnen nûtzlich ſey,
„wann ſie in peregrinationibus, und ſonſten,
„durch mancherley ſeductionis pericula gehen,

oder

„oder zu Regimenten gelangen, dann es die „Erfahrung gibet, keine Leute seyn der Reli„gion schädlicher, dann die im weltlichen Stand „von der Religion urtheilen sollen und wollen, „aber derselbigen rechte fundamenta nicht ver„stehen. Und ist einmahl gewiss, wann sie in „Academiis ihr praecipuum studium für die „Hand nehmen, alsdenn die allermehrste das „Compendium Theologicum, so sie das nicht „albereit gelesen und gelernet; gäntzlich bey „Seite legen.

„2. Zu dessen Fortsetzung aber wäre dienlich, „wann in Clasibus septima & sexta allein der „Catechismus, in quinta & quarta ein solches „deutsches Compendium gelehret würde, das „fast wie das Corpus Doctrinae Iudicis, der „nothwendigsten articulorum extremas lineas, „iedoch etwas weitleufftiger, als der Catechis„mus, explicirte: in tertia & secunda aber ein „Deutsches oder Lateinisches (wie man das am „besten erachten wird), das etlicher massen ad „capita controuersa Anleitung gebe; in prima „ein plenius Compendium, darinnen contro„versiarum fundamenta nach Nothdurfft deut„licher und weitleufftiger, als in vorigen gesche„hen, der Jugend proponirt würde: welche „compendia doch alle dermassen müsten ge„stellet seyn, dass sie einander sämptlich corre„spondirten, und die Knaben, wann sie von „einer Classe zur andern kommen, in diesem „studio nicht turbirt werden.

3. Der

„3. Der modus docendi iſt alſo anzuſtellen, „daſs man angezeigte compendia die Knaben in „den vier infimis clasſibus laſſe auſswendig ler„nen, in den tribus ſuperioribus aber nur „quoad ſenſum inculcire, auch ſie examinando „gewehne, allein den ſenſum anzuzeigen, und „verbis propriis, aliis aliisque, denſelben zu „reddirn, damit ſie einen Verſtand der Sachen „ſelbſten erlangeten, und hâtten ein vtile exer„citium darneben, etwas promte & plane zu „efferirn, da ſie es recht gefaſſet haben.

„4. In claſſe prima müſte man dahin laborirn, „daſs das Compendium Theologicum in einem „Jahr gantz zu Ende gebracht werde, welches „deſto leichtlicher zu erlangen, wann Dn. Re„ctor, der das Compendium Sonnabendts ho„ra octaua treiben ſoll, ſampt mir zugleich ei„ne materiam tractirte, und wir operas con„jungirten, das bisſhero nicht geſchehen, den „diſcipulis aber eine ſchâdliche diſtraction ver„urſachet, wann der Rector eine beſondere, „und ich eine beſondere materiam unter Han„den haben.

„5. Und iſt am beſten, man enthalte ſich alles di„ctirens, das viél Zeit nimbt, und wenig Nutzen „hat, ſtelle aber auf mûndliche information, daſs „den Diſcipulis, nach Anleitung des Compendii, „die materia ſo lange explicirt, ſtetiges examinirt, „repetirt, und inculcirt werde, biſs man ſiehet, „die Knaben verſtehens recht, da man alsdann „zu folgender materia ſchreiten kan, jedoch, „daſs die praeterita monathlich einmahl repe-

„tirt werden. Davon erlangen die Knaben auch „dieſen Nutzen, daſs ſie gewohnen, ad inter„rogata expedite zu antworten, und receptas „loquendi formulas zu gebrauchen, darinnen „non-excercitati leichtlich verſtoſſen, zu dem „ſie kûhne werden, in examinibus animo prae„ſente zu handeln, daran es manchem, zu ſei„nem Schaden, zu mangeln pfleget.

„6. Zu dem Ende aber mûſte mir die gantze „prima claſſis in mein Auditorium gewieſen „werden, oder (quod commodius videtur) ich „in prima claſſe docirn, da der coetus am fûg„lichſten beyſamen bleiben könnte. Weil aber „die mehrſte primani praetendirn, ſie mûſſen „tempore lectionis meae (hora nona, Montags „und Dienſtags) ihre kleine diſcipulos nach „Hauſe bringen, und wollen ihre hoſpites „nicht geſtatten, daſs ſie dieſelbe Stunde ûber „von den Kindern ab ſeyn ſollen, damit dann „meine inſtitutio gar zu nichte gemachet wird, „als bitte ich, zu bedencken, ob nicht meine in„formatio auf eine andere Stunde, auch wol auf „einen andern Tag, zu verlegen ſey, das mir „dann gleich gelten ſoll; und habe ich gedacht auf die horam vacuam Donnerſtags und Frey„tags, die meines Erachtens an die lectionem „Theologicam wol könnte angeleget werden.

„7. Und weil zu dieſem Werck, bey guten „tüchtigen ingeniis, Diſputationes viel thun, „wie bey allen literatis öffentlich bekannt, als „ſoll mich nicht verdrieſſen, die primanos in „dem fürgegebenen Compendio Theologico diſpu-

„disputando zu exercirn, das ohn allen Zweifel „seinen grossen Nutzen haben wird, wo das an„ders für gut angesehen, und mir aufgetragen „wird, dann ich bishero dergleichen etwas ohne „Befehl und Beruff nicht habe fürnehmen wol„len.„ Haec de Lectione Theologica, quae hic inserenda esse duxi.

Cap. VII. de Disciplina Scholastica. VIII. de ornato ductu Litterarum. IX. de Examinibus. X. de priuatis Paedagogis. XI. de Visitationis aut Reformationis executione. Est hoc scriptum Commentarius in illud, quod an. 1627. m. Iul. consignatum. Consilia, quae in vtroque dantur, sunt plane egregia. Vtinam res scholasticae haud essent, & semper fuissent, ita comparatae, vt non foret facilius, recta consilia dare, quam data exequi. Interim laudandi valde sunt, qui salutariter suadent, monent, reprehendunt.

§. XXVI.

Sequenti mense Martio huius anni 1630 in societatem Scholasticam, delato ipsi Cantoris munere, MARTINVS LINCKE, Iuterbocensis Saxo, fuit cooptatus. Concordiaeq; Formulae d. 7 Mart. subscripsit. Obiit haec munia per integros fere tres & triginta annos, anno 1662. d. 31 Decembr. hora 10 vespertina e veteri anno & mundo per beatam mortem egressus. Annotauit hoc Sebastianus Meierus in fronte Carminum, quibus Linckius post fata a quibusdam Collegis honoratus *Martinus Linckius*, Lubecensis, qui Wittebergae. 1659 *Methodicae Au-*

Digitized by Google

guſtanae Confeſſionis Repetitionis Diſputationem XVII ex Articulo de Coena Domini, praeſide *Ioan. Deuſchmanno* disquirendam propoſuit, haud dubie eſt ipſius filius.

§. XXVII.

Poſt Linckium menſe Iunio eiusd. an. 1630 introductus eſt IACOBVS KOCKERTVS, Lubecenſis, Subrectoris (non Conrectoris, vt habet Sigism. Iac. Apinus in Nott. ad Io. Iac. Grynaei Epiſtol. p. 64) officium conſecutus. Erat ille filius *Auguſtini Kockerti* (quod ſubdubitans refert etiam Apinus l. c. p. 65), ICti litteratiſſimi, cuius nonnullae Epiſtolae a Gabbema ſunt conſeruatae; pater autem *Ioannis Kockerti*, Medici praeſtantiſſimi, Athen. Lub P. III. 252 ſqq a nobis laudati. Philologiam & Poëſin tam egregie callebat, vt ab Hinckelmanno in Progr. Funebr. Io. Kockerti rectiſſime *Philologus & Poëta excellentiſſimus, Gymnaſii noſtri Subrector celeberrimus* vocetur, Fidem huic elogio conciliant

1. *Index Terentianus*, in gratiam iuuenum litteris, in Schola praeſertim Lubecenſi, operam nauantium eleganter admodum concinnatus, in cuius laudem vide quae ſcripſi Athen. Lubec. P. I. p. 104.
2. *Scanderbegus, id eſt, Carmen* Εγκωμιαστικὸν *de Georgii Caſtrioti, quondam Epirotarum Principis fortiſſimi, & Chriſtianorum aduerſus Turcas defenſoris acerrimi, Natalibus, Vita & Morte, antehac in Schola Lubecenſi exercitii causa diſcipulis propoſitum, nunc vero auctum & maiori ſtudio elaboratum*

ratum. Lubec. 1643. 4. In Praef. ad Magnificum Senatum laudat Io. Kirchmannum, praeceptorem & in ſtudio poëtico anteſignanum, ſingularem erga poëſin (cuius ſummam ſimul oſtendit vtilitatem neceſsitatemque) amorem declarat, rationemque reddit laborum poëticorum in Schola exantlatorum. Praefixum quoque, praeter honorificum Auguſti Buchneri Carmen gratulatorium, ipſius Kockerti Programma, quo 3. Kal. Sept. 1643 ad Poëticum hunc Panegyricum, in Auditorio Cathariniano habitum, inuitauit.

3. *Carmen de Pace publica Deo O. M. auſpice per Germaniam in Monaſterienſi Conuentu inſtaurata, anno Chriſti* 1650 *compoſitum, & nunc accuratius recognitum.* Lubec. 1653 4. In praefixo Programmate, an. 1650. pridie Kalend. Auguſti publice propoſito, inſtitutum ſuum his declarat verbis: *Ceterum vt etiam Schola noſtra ſibi de hoc tanto DEI beneficio gratulari, ac vota ſua cum Eccleſiae votis coniungere, videatur, Carmen Euchariſticum de hac ipſa pace Publica, ac muneris huius a DEO nobis conceſſi magnitudine compoſui, illudque, DEO volente, cras mane hora IX in Auditorio Cathariniano recitare decreui.*

Taceo reliqua Kockerti Carmina, mole quidem, non virtute minora. Neque ea repeto, quae de Kockerti, an. 1654, aet. 58. repetina morte abrepti, vita ac meritis attuli Ath. Lub. P. I. p. 102 ſqq. P. III. p. 450. Sola addo pia iſta verba, quae Formulae Concordiae ſubſcripſit: *Ego Iacobus Kockert, Lub. Subrector, me Formulam Con-*

cordiae hanc & amplecti, & ad extremum vsque vitae ſpiritum amplexurum cum bono Deo, confiteor an. 1630. *d.* 20. *Iun.*

§. XXVIII.

Hoc etiam an. 1630 factus eſt *Receſſus de emendanda Schola*, qui poſteaquam cum *Nicol. Hunnio*, Superintendente, & Paſtoribus fuit communicatus, Hunnius *Conſilium de inſtauranda Schola* ad Magnificum Conſulem Protoſcholarcham m. Nov. perſcripſit. Vtile, ſalutare & neceſſarium ipſi viſum eſt, inſpectionem eſſe quotidianam (5): horas publicas hiberno tempore paulo ſerius incipi: Lexica in ſcholam introduci: inſtitui crebro Diſputationes, & quidem Logicas, Rhetoricas, Ethicas, Politicas, Phyſicas: neminem in claſſem primam transferri, qui Grammaticam non calleat: in eadem claſſe praxin Rhetoricam & Logicam in Geneſi & Analyſi diligenter exerceri: lectioni Hebraicae non vnam, ſed duas horas attribui, de quo momento ipſa Hunii verba adſcribam, quoniam plura docent: *Die Lectio Hebraea iſt zwar als ordinaria beliebet worden,*

(5) Alii, religione ac conſcientia doctorum omnia abſolui exiſtimantes, aliter ſentiunt, putantque, nimiam inſpectionem Praeceptoribus in ſuſpicionem neglecti officii adductis moleſtiſſimi laboris ſcholaſtici afferre taedium, rerum ſuarum ſatagentes affligere, maleuolisque ſcholarum hoſtibus, cui nunquam deſunt, & illegitimis magiſtris vmbraticis ac clancularijs anſam calumniandi ſcholes publicas ſuppeditare. Quis vero nolit bonam intentionem, quae eſt in conſilio Hunniano, laudare, licet optatum inde non ſemper ſequatur commodum?

Digitized by Google

den, wegen der Stunden aber nunmehr dahin geſchloſſen, daß ſie auf ſecundam pomeridianam diei Saturni zu legen. Weil dann dieſe einige Stunde zu ſolchem ſtudio nicht allein zu wenig beſondern auch gantz unbequem, dann auf dieſelbe Zeit der gantze coetus nicht zuſammen kommt, welcher ſie als ferias achtet und gebrauchet. Wie ſie eben darumb ad lectionem Arithmetices, *welche der* Subrector *hora prima zu halten pfleget, nicht erſcheinen, und er in derſelben kaum zehn auditores, und offt weniger haben ſoll, daß von der lectione Hebraea anders nichts zu erwarten; — — — als iſt inſonderheit von nöthen, ſoll dieſe lectio eingeführet und erhalten werden, daß man ihr zwo Stunden aſſignire, und zwar zu ſolcher Zeit, da der coetus ordinaire zuſammen kommt* &c. omnem clasſium confuſionem eſſe ſummo ſtudio euitandam: Lectionem Theologicam a Superintendente rurſus habendam, de qua re ita ſcribit: *Ich habe mich, ſo viel die lectionem Theologicam betrifft, nach dem, was angeordnet, zu richten, will auch darauff bedacht ſeyn, wie ich mit göttlicher Verleihung dieſelbe wieder vor die Hand nehme, ob iemand wäre, der ſich derſelben gebrauchen wollte. Weil aber ſolcher geſtalt dem Compendio Theologico die gantze Woche durch eine einige Stunde verbleibet, daß nicht wol ein diſcipulus cognitionem totius Compendii mit ſich wird können aus dieſer Schul bringen. ſo wollte die Noth erfordern, daß es mit derſelben lectione anders angeſtellet würde, aus Urſachen, die in vormahls übergebener Erinnerung angezeiget:* facta Scholae reformatione Praeceptoribus, quo-

rum probata dexteritas, diligenter esse prospiciendum ne reformatio sit irrita & exoptato successu careat. Integrum hoc Consilium ipsius Hunnii manu scriptum, extat Tom. IV Act. Minist. Lubec. fol. 158 -- 162. Anno etiam 1630 *Recessus* typis est exscriptus, ex quo nonnulla in Recess. an. 1662 sunt repetita.

§. XXIX.

Ad annum denique 1630 referendum videtur *initium Programmatum Funebrium Lubecensium*, quae deinceps semper, ad nostram vsque aetatem, ordinarie a Rectoribus, vel, his absentibus, aut, vacante Rectoris munere, a Conrectoribus, litteris sunt consignata. Lucem enim vidit *Programma in Exequiis, quas honestiss. & lectissimae Feminae, Elisabethae Haniae, clarissimi Viri Dn. Friderici Heini, I. V. D. relictae Viduae, Filiae suae charissimae, Parentes moestissimi Amplissimi & Cl. V. Dn. Albertus Heinius, I. V. D. & Professor in Academia Rostochiensi, nec non lectissima Femina Anna Luscouia, Lubecae 20 Decembr. 1630 parabant, P. P. a Iohanne Kirchmanno, Scholae Lubecensis Rectore.* Lubec. 4. pl. 1. Quo Programmate antiquius vix inuenietur. Mihi saltem, sedulo licet inquirenti, non occurrit. Quoniam vero hoc Programma Rostochiensis Professor elaborandum & publicandum curauit, a Rostochiensi Academia morem hunc, Academiis fere proprium, Lubeca videtur accepisse.

§. XXX.

An. 1634 d. 26 Sept. e Regiomontana ad patriam Scholam vocatus est IOANNES LINOVIVS,

VIVS, Lubecenſis, qui d. 13 Dec. Formulae Concordiae ſe adſtrinxit, anno autem 1663. d. 7 Sept. mortalitatem reliquit. Vid. Bangert. Catal. p. D 4. Edidit

Felicis Imaginem Mortis. Lubec. 1662. 4. Quod ſcriptum haud inelegans Magnifico viro, Gothardo ab Höveln, Conſuli, quem promotorem ſuum dicit, dedicauit.

§. XXXI.

An. 1635 *Defectus* quidam ſcholaſtici denuo ſunt obſeruati, & in Act. Miniſt. T. IV. f. 431 annotati. Quoniam ſcriptum hoc mera continet odioſa, malo iſtud l. c. quam hic legi.

§. XXXII.

Eodem anno introductus eſt DANIEL LIPPIVS, Wismarienſis, de quo infra Cap. XVIII. §. 10 ad an. 1682 plura commemorabo.

§. XXXIII.

Notatu in primis dignus eſt hic annus ob *Aerarium Viduarum & Orphanorum* inſtitutum. Equidem iam an. 1632 Collegae de eodem ex Legatis, quae ipſis data, erigendo cogitarunt, & inter ſe conſenſerunt; hoc tamen anno demum Aerarii inſtitutio ad finem eſt perducta, Collegis ea, quae ſibi legata, cedentibus, & proprio inſtinctu Aerario addicentibus, Legibus etiam ſubſcribentibus. Factum eſt igitur Aerarium primo ex Legatis, quae Collegis donata, deinde ex propriis ſumtibus, qui in hunc vsque diem a Collegis ad illud quotannis impenduntur. Cum vero iis, quorum munificentia & liberali-

Digitized by Google

tas hic merito est valde praedicanda, aliud gratissimae mentis monumentum erigere non possim, honoris saltem causa eosdem nominabo, & eo quidem ordine, quo successu temporis Legatorum numerus creuit. Munifici autem fuerunt legatores, aeterna digni memoria, suisq; omnes honorum titulis insigniendi

An. 1568 PAVLVS WIBBEKING, Consul.
1577 IOANNES STROKRANTZ, Ecclesiastes Iacobaeus.
1584 LAVRENTIVS RVSSE, Ciuis.
1586 HANS GRANSIN, Ciuis.
1609 GOTHARDT von HÖVELEN, Consul primarius; qui donauit, praeter certam pecuniae summam, Hortum, ex quo vendito parata pecunia reditus Aerarii auxit.
1628 IOACHIMVS WIBBEKING, Senator primarius.
1637 IOANNES FÜCHTING, Senator.
1641 CHRISTOPHORVS NEWKIRCHEN, Consiliarius Pomeranicus, Haereditarius in Möllentin & Vorwerck.
HANS SCHILDER, Ciuis.
1645 GYLLIES DANIELSSEN, Ciuis.
1654 HENRICVS SCHLÜTER, Ciuis.
1664 HERMANNVS WARLHOFF, Ciuis.
1670 M. BVRCHARD. MVSCVLVS, Studios.

1674

1674 MARGARETA MORITZEN, Ciuis & Herbarii Lubec. Vxor.

1681 TIES BARTELSEN.

Faxit benignisſimus DEus, qui viduarum & orphanorum curam gerit, vt haec Evergetarum nomina in poſterum valde augeantur! Laudanda ſane eſt maiorum noſtrorum cura, qui hac ratione Viduis & Orphanis proſpexerunt. Laudandus eſt Kirchmannus, quo Rectore Leges ad Aerarium pertinentes hoc anno 1635. Calend. Mai. perfectae. Primi autem octo Collegae, qui illis ſancta fide ſubſcripſerunt, ſunt

M. *Iohannes Kirchmannus*, Rector.
M. *Sebaſtianus Meier*, Conrector.
Iacobus Kockertus, Subrector.
Martinus Lincke, Cantor.
David Troſtius.
Hermannus Bilefeld.
Iohannes Linovius.
Daniel Lippius.

Hos Reliqui deinceps, ad noſtra vsque tempora ſunt ſecuti.

§. XXXIV.

An. 1636. d. 28 Mart. publici doctores de numero praeceptorum priuatorum ſunt conqueſti, & damnum inde ad Scholam publicam redundans Miniſterio ſequentibus litteris quae aſſervantur in Act. Miniſt. T. IV. fol. 596 ſq. expoſuerunt:

„Ehrwürdige, Groſsachtbahre, Hoch und „Wollgelahrte, inſonders groſsgünſtige Her„ren, und hochgeehrte wehrte Freunde. Denſelben

„ſelben ſeind unſere bereitwillige Dienſte, und „was wir ſonſten liebes und gutes vermûgen, „mit Wûnſchung von GOtt dem Allmechtigen „beſtendiger Leibes Geſundheit und aller er„ſprieſslicher Wolfahrt iederzeit bevor, und „kônnen denſelben auſs hôchſtdringender „Noth nicht verhalten, welcher geſtalt nun„mehr der Numerus privatorum Praeceptorum „in dieſer Stadt ſo ſehr zugenommen, und an„noch tâglich wâchſet, daſs wir mit unſer aller „euſſerſten Mûhe und Sorge keinem Paedago„go: wenn er ſchon ehrliches Herkommens iſt, „und ſeines Verhaltens gute Gezeugnis fûhret, „bey den Bürgern notturfftige Unterhaltung „verſchaffen können. Wann denn nun durch „ſolche Einnehmung der Hoſpitiorum nicht al„lein unſere Schule, welche von vielen Jahren „in gutem Beruff geweſen, ûber alle maſſen „ſehr geſchwechet, unſer, die wir daran arbei„ten, ehrlicher Nahme, den wir auff unſere „Kinder und Nachkommen zu erben uns hôhe„ſtes Fleiſſes bis auff dieſe Stunde angelegen „ſein laſſen, bey der gemeinen Bürgerſchafft „ſehr verſchmälert und verunglimpffet, und „dabeneben unſere accidentia, welche uns, wie „geringe ſie auch ſein, in unſern Stipendiis mit„gerechnet werden, benommen werden: ſon„dern auch ſolche privat-Schulen e diametro der „Kirchen-Ordnung zu wiederlauffen (6), und „wir uns beſorgen müſſen, das bei ſolchem Zuſtande

(6) Vid. ſupra Cap. II. §. 2. p. 18.

„ſtande wir die hohen Feſte, ûblichen Gebrauch
„nach, mit der Muſica figurata in der Kirchen
„hinferner nicht celebriren kônnen; Und ûber
„das mit unſern Augen anſehen, wie ein Theil
„unſer Schûler, wann ſie ihres Verbrechens hal-
„ber zur gebûhrlichen Straffe ſollen gezogen
„werden, ſich an die priuatos praeceptores hân-
„gen, und uns zu Trotz ihrer Unterrichtung
„gebrauchen, auch andere aus der Schulen zu
„verfûhren, und ſonſten auff viele andere Art
„und Weiſe der publicae Scholae Schaden und
„Nachtheil zuzufûgen ſich freventlich belieben
„laſſen: Als haben wir Ordinarii Praeceptores
„publicae Scholae rathſam zu ſein vermeinet,
„dieſe unſere uns auff dem Halſe liegende groſ-
„ſe Noth und Unglimpff Einem Hochweiſen Ra-
„the dieſer Stadt klagende zu entdecken, und
„deſſelben Hûlffe in Abſchaffung der Priuat-
„Schulen unterdienſtlich anzuruffen. Wann
„wir aber uns nicht unbillig auch dabey erin-
„nert, wie das Ewre Ehrwûrde und Groſsachtb.
„Gunſten in dieſem Fall, wan ſie uns groſs-
„gûnſtig die Handt bieten, und mit recommen-
„dirung der Scholae publicae beiſpringen wol-
„len, ein groſſes nutzen, und unſer propoſitum
„mechtig befordern kônnen; Als haben wir
„aus gröſſeſtem Vertrauen und Zuverſicht, die
„zu E. E. V. G. G. wir ſampt und ſonders geſe-
„tzet haben, nicht unterlaſſen wollen, dieſes
„unſer wolgemeintes conſilium ihnen zu offen-
„bahren, und höheſtes Fleiſſes zu bitten, das
„ſie der nahen cognation und geneigten affe-
ction

„ction nach. damit ein Ehrwûrdiges Miniſte-
„rium mit der Schulen allewege verbunden,
„und derſelben wol zugethan geweſen, uns in
„unſer gerechten Sache beyſpringen und befor-
„derlich ſein wollen, damit wir zu unſern vor-
„genommenen Ziel und Zweck gelangen, und
„unſere labores in guter Ruhe ohn einigen de-
„ſpect der Priuatorum verrichten mùgen. Sol-
„ches wie es der lôblichen Kirchen-Ordnunge
„und der hôheſten Billigkeit gemeſs, und zu
„E. E. und G. G. wir uns aller maſſen verſehen;
„als thun wir uns auch gewiſſe Hülffe und Bey-
„ſtandt verheiſſen, und ſolches umb E. E. und
„G. G. ſampt und ſonders, deroſelben geliebte
„Kinder, nach unſern euſſerſten Vermùgen mit
„fleisſiger inſtitution und andern angenehmen
„Dienſten hinwiederùmb zu verſchulden, ſeind
„wir iederzeit willig und gefliſſen, E. E. u. G. G.
„und uns ſemptlich des Allerhôheſten Schutz
„und Gnaden, zu langwiriger beſtendiger Ge-
„ſundheit und allen Wollergehen trewlich em-
„pfhelende. Datum Lubecae A. 1636. 28 Mart.

§. XXXV.

An. 1638 IVSTVS TRIBBECHO, ſiue, ut nonnunqnam expreſit, TRIBBECHOVIVS, Mollenſis Scholae patriae moderator, Lubecam, praevia Kirchmanni commendatione, ab Henrico Colero, Conſule, vocatus eſt, vt publicis doctoribus accenſeretur. Quam ſpartam ita ornauit, vt Caſp. Sagittarius in Hiſtor. Gothan. p. 190 eum *Collegam Gymnaſii Lubecenſis pium, doctum-*

doctumque, *ac Poëtam nobilem* vocare nullus dubitauerit. Aliud Tribbechouii noſtri elogium non minus honorificum iam attuli Athen. Lub. P. II. p. 363. Pietatem ſane ſpirat ſubſcriptio Formulae Concordiae, his verbis facta: *Ego Juſtus Tribbecho, Mollenſis, Lub. Schol. Collega, haec puriorum Eccleſiarum Symbola ſincero cordis affectu amplector, id quod mea ſubſcriptione teſtor.* 12 *Dec.* 1639. Locum igitur meruiſſet inter *claros luſtos*, a Cl. M. Chriſtiano Mündenio in erudita *Diſſertatione Epiſtolica de iuſta* luſtorum Memoriam poſt fata *conſeruandi ratione*, occaſione obitus *Iuſti Henrici Langſchmidii*, Paſtoris Elbingerod. primarii (Gymnaſii noſtri quondam alumni) Götting. 1720. fol. edita, commendatos. Poëtam eum comprobabunt *Carmina* quaedam ſelecta, *Deliciis Poëtarum Lubecenſium* inſerenda. Obiit an. 1674. d. 8 Iul., relicto filio, *Adamo Tribbechouio*, famae immortalis Philologo ac Theologo, Athen. Lubec. P. II. p. 363 ſqq iure collaudato.

§. XXXVI.

An. 1639 *Peſtis* Kirchmanni tempore iterum circulos ſcholaſticos turbauit, totumque discentium coetum diſſipauit. Quae cum ſaeuire deſiiſſet, Kirchmannus ſuo non deerat officio, ſed ſub ipſum anni 1640 initium publico Programmate Iuuentutem Scholaſticam metu peſtis dilapſam reuocabat. Hoc Programma cum hodie ſit rariſſimum, & facile

cile queat interire, conseruari meretur. Ita autem habet:

RECTOR
Scholae Lubecensis
Discipulis suis
S. P.

Quod ante annum & plus eo, duobus maximis exercitibus in vicinia nostra haerentibus, cum miseri agrestes omnibus fortunis exuti, fame &, quae eam comitari plerumque solet, pestilentia perirent, omnes futurum augurabamur, vt lues illa nostram quoque Vrbem inuaderet, id superiori aestate, proh dolor, euentus comprobauit. Nam quae initio in paucas tantum domos irrepserat, paulatim, vt fieri amat, longe lateque serpendo ita inualuit, vt totam fere Vrbem & omnes eius angulos infestarit. Etsi vero, quod grata merito mente agnoscimus, mitius nobiscum Deus egit, quam peccata nostra merebantur, & funera multo rariora fuerunt, quam pro fama alibi locorum a maleuolis sparsa: factam tamen, vt quorundam Scholae Collegarum aedibus hac lue correptis coetus Scholasticus paulatim dissiparetur, quibusdam contagii metu, vel in loca tutiora se recipientibus, vel intra domesticos parietes se continentibus, quibusdam etiam hinc occasionem arripientibus subducendi se iugo Scholasticae disciplinae, cuius se pertaesos fuisse iam pridem non obscura documenta dederant. Neque etiam aliter interpretari possumus illorum emansionem, qui Scholam, tanquam locum inauspicatum fugerunt, interim tamen in plateis hinc inde oberrare visi, sunt,

Digitized by Google

sunt, non solum interdiu sed & noctu, quo tempore ex infectis aedibus omnis generis sordes efferri solent. Nos quidem diuino praesidio muniti nullum diem a publicis lectionibus feriati sumus: & quamquam plerique nos deseruerunt, nos tamen non deseruimus stationem, in qua post Deum, nos amplissimus Magistratus collocauit. Perstitimus in officio, hac spe ducti, fore vt nostro & eorum, qui remanserant, exemplo commoti etiam alii ad officium redirent, & discendi occasionem amplexarentur. Sed aliter res cecidit, & videmus desidiam ab aliis quoque iam amari, quibus antehac inuisa erat. Cum vero ἁλομένη haec νῆσος saevitiam suam, Dei benignitate, deposuerit, & Hygieiae nos reuisentis certissima signa adsint, mearum esse partium duxi, publico hoc Programmate iuuentutem Scholasticam officii sui admonere. Etenim non ignoro quosdam, si per ipsos staret, aegrae adduci posse, vt ad publicas lectiones reuertantur siue quod vana eruditionis persuasione imbuti, nihil amplius restare putent, quod in hac schola discere queant: vel si quid restet, id se priuato studio facilius assecuturos, quam si praeceptoribus operam dent, siue quod dulcedine inescati malint, ad multam lucem in lecto iacere, ac in Museo calefacto cum suis congerronibus fabulari & nugas agere, quam in ludo literario seuera lege proficere. Verum hos velim cogitare, quid scita Scholasticarum legum iubeant, quibus se adstrinxerunt, cum in numerum alumnorum huius Scholae adscriberentur,

rentur. Nam si eos in capitibus Christianae Religionis, in linguis & artibus, quibus iuventus Scholastica impertiri solet, progressus fecerunt, vt arbitrentur se metam studiorum, in hac schola praefixam, iam attigisse, cur non ad capessendum vberiorem ingenii cultum in Academiarum aliquam migrant & aliis dant locum, qui heriles filios ad Scholam deducant, & in templis iusto tempore solemnibus sacris intersint? Ceterum hi, si tenuitatem suam paulo accuratius excusserint, & quam curta sit illa liberalis doctrinae suppellex, quam se possidere existimant, secum considerauerint fateri cogentur, se vix in vestibulo versari illarum artium, in quarum adyta se penetrasse falso sibi persuadent. In quorum vero animo haec fatua inoleuit opinio, se ex istis inscitiae salebris, in quibus adhuc haerent, suo pte Marte emersuros esse, illi grauissimo errore ducuntur. Etenim quotus quisq; est ea ingenii praestantia praeditus, vt sine doctore aut ductore absoluere hoc triuialis scientiae stadium queat. Et si quem forte natura iis dotibus ornavit, vt facile quid arripiat, fieri tamen non potest, vt ipsi in mentem veniant, quae doctus & industrius praeceptor in variis auctoribus multo labore, & longo vsu obseruata subiicere auditoribus suis solet. Praeterea verissimum est, & tanquam ex tripode Delphico prolatum, quod vulgo dici solet, viuam magistri vocem magis afficere, & altius in animum discentis descendere, tenaciusque haerere quae ipsa pronunciatio, vultus, habitus, gestus docentis affigit. Nihil

hil dico de ſtyli ſcribendiq; ratione, in qua qui ſine perito vtriusq; linguae magiſtro & induſtrio correctore, ſine quotidiana & nunquam intermiſſa exercitatione feliciter ſe progreſſurum ſperet, idem faciat, ac ſi absq; pennis volare, aut ebur atramento candefacere poſtulet. Cum igitur ſublato jam contagii metu, nullam quis idoneam diutius emanendi cauſam habeat, pro eo, quo modeſtos & probos diſcipulos ſemper amplexus ſum, amore, omnes & ſingulos hortor & moneo, vt primo quoq; die ad neglectum aliquamdiu frequentandae Scholae officium redeant, nec ſe otii dulcedine, nec quocunq; alio praetextu, ab eo auocari ſinant. Satis diu deſerta haec auditoria ſqualere, & ſcamna ipſa ſolitudinem ſuam lamentari viſa ſunt. Satis diu a plerisq; veſtrum, o diſcipuli, in ſtudiorum curſu ceſſatum eſt: a nonnullis etiam in contagii metu mantellum licentiae quaeſitum. Nolite committere, vt Schola haec, tot doctorum virorum, & de Eccleſiis & Rebuspubl. bene meritorum olim altrix, veſtra culpa ad vaſtitatem redacta dicatur. Nolite deſidiae locum dare, quae ſi ſemel in hac tenera aetate animos veſtros occupauerit, omnem ſtatim diſcendi ardorem in vobis extinguet, & vbi adoleueritis, ad quasuis honeſtas actiones cum laude obeundas, vos plane ineptos reddet. Fugite hanc improbam Sirenem, & ne vitae nauigium, quod iam aſcendere coepiſtis, in ſcopulos impingatis, ad illius dulcem cantum cera ſalutarium praeceptionum aures veſtras mature obſtruite. In

Digitized by Google

memoriam vobis reuocate, cur huc a parentibus & tutoribus veſtris miſi ſitis, & quo fine illi vos litterarum ſtudiis conſecrarint. Cupiunt illi, niſi me animus fallit, nec vos, opinor, negabitis, vt in hoc ludo literario fundamenta linguarum & artium cum elementis pietatis fideliter iaciatis, iiſq; iactis tuto aliquam ſuperiorum diſciplinarum ſuperſtruatis. At hunc finem non otiando, non dormitando, non domi latitando aſſequemini. Laborandum eſt, dum aetas ad diſcendum, & ad perferendos labores apta eſt. Audiendi quotidie, & conſulendi crebro ſunt talium artium doctores, qui ſint & ea facultate praediti, vt poſſint, & fide, vt velint vobis ſapientiae arculas recludere. Hos qui ſuberbe aſpernatur, aut cum ſupercilio praeterit, neq; mentem ab ignorantia, neq; linguam a barbarie unquam expurgabit. Nos quidem vt hactenus nihil praetermiſimus, ita impoſterum quoque, quamdiu vires nobis ſuppetent, nihil praetermittemus, quod ad ſtudia veſtra re, opera, conſilio iuuanda pertinebit. Quare ſi ea vobis cordi ſunt, ſi parentum & tutorum veſtrorum ſpes ac vota explere, ſi aliquando ad bonam frugem peruenire cupitis, mementote, quae veſtrae iam partes ſint, & omni cura in id incumbite, vt quales eſſe decet eos, qui ſe ſtudiis literarum addixerunt, quorumq; opera ad ciuium filios, & domi, qua literis, qua moribus bonis informandos, & in Scholam ac templum iuſto tempore deducendos conducta eſt, tales

tales vos cum noſtra & herorum veſtrorum approbatione praebeatis.

Quod reliquum eſt, cum triſtis hic, & multis luctuoſus annus iam exactus ſit, DEO ter. opt. max. immortales gratias agimus, quod pro ſuo ineffabili in nos amore in ipſo irae ſuae curſu habenas miſericordiae effuderit, & formidabile hoc ſaeuientis contagii venenum, quo paucorum ſaepe menſium ſpatio totae vrbes ciuibus ſuis viduari ſolent, ita temperarit, vt poena ad paucos, terror ad omnes peruenerit, eundemque ſupplices oramus & obteſtamur, vt hoc etiam, quem hodie in ſacratiſſimo IESV Immanuelis nomine, auſpicati ſumus, anno multisq; aliis conſequentibus inclytam hanc vrbem, laudatiſſimosq; eius rectores, cum venerandis Eccleſiae miniſtris, omnibusq; ciuibus & incolis, clementer tueri, & profligatis, ſi quae adhuc ſuperſunt, luis peſtiferae reliquiis, Scholae noſtrae priſtinum florem reſtituere, omnia noxia ab aris focisq; noſtris arcere & tandem aliquando infelici Germaniae, tot aedibus exhauſtae, tot incendiis vaſtatae, tot aliis malis tantum non exanimatae, & niſi is eam de coelo ſuo clementi oculo reſpexerit, propediem efferendae, fidam & multis gemitibus diu exoptatam pacem largiri velit. Valete. P. P. Lubecae Kalendis Ianuarii inchoantibus annum a nato Chriſto cIↃ IↃc XX.

§. XXVII.

An. 1640. tempore quadrageſimali D. Nicol. Hunnius, Superintendens, habuit Conciones

Catecheticas, in quibus cum quartum Decalogi praeceptum interpretaretur, in noſtra Schola varios, & ſatis enormes defectus, notauit. Patet hoc ex *Beantwortung und Erklerung derjenigen Punctten, welche mir D. Nicolao Hunnio, Superintendenti, d. 9 Mart. 1640 von eines Hochweiſen Raths Deputirten vorgehalten worden.* Extat hoc prolixum ſcriptum (in quo multa in vita diſcipulorum, in inſtitutione praeceptorum; imo in conditione totius rei ſcholaſticae Lubecenſis reprehenduntur) in Act. Miniſt. Lubec. T. IV. f. 800 ſqq. Plenius autem & accuratius litteris conſignatum illud Amicus quidam, Hunnium cognatione attingens, mecum communicauit. Rectorem cauſam rei ſcholaſticae egiſſe; Magnificum autem Senatum contentioni anſam praecluſiſſe, ex eodem ſcripto apparet.

§. XXXVIII.

Eſto autem, rei ſcholaſticae conditionem Kirchmanno Rectore non fuiſſe (vt nunquam eſt, & nunquam erit) omnibus numeris abſolutam, hoc tamen ne liuor quidem ipſe negabit, quod Kirchmannus de Athenaeo noſtro immortaliter ſit promeritus. Probant hoc, praeter iam adducta, alia, breuiter porro commemoranda ante, quam Rectoratum Kirchmanni mittamus. Sic auditoribus ſuis dictauit *Theologiam Thetico-Polemicam*, quam ipſe in Bibliotheca Krafftiana perluſtraui, & egregia multa habere animaduerti. Eorundem quoque gratiam *Commentarios in praecipuos auctores claſſicos, Graecos ac Latinos*, elaborauit, cumque illis per

prae-

praelectiones communicauit, de quibus vid. Athen. Lubec. P. III. pag. 448 ſqq. His vt porro inſeruiret, *Conſilium de Methodo Studiorum* dedit, quod citatur & laudatur in Act. Miniſt. T. V. P. I. f. 212. b. Taceo merita eius pereximia in *Bibliothecam* publicam Catharinianam, inter cuius primos & praecipuos auctores & ſtatores non ſolum locum obtinet, verum per multos quoq; annos eius curam ſumma cum laude geſſit, ad claros idcirco etiam Bibliothecarios ſumma cum laude referendus. Sed haec res in *Hiſtoria Bibliothecae publicae Lubecenſis* fuſius meretur enarrari. Obiter addo, quod ex Rectoribus Lubecenſibus ſolus Kirchmannus Bibliothecae publicae fuerit praefectus: poſt illum munia Bibliothecarii ſemper adminiſtrauerint Subrectores.

§. XXXIX.

Laudabilis quoque mos concinnandi *Catalogos Lectionum* Kirchmanni tempore iam fuit, licet Catalogi tum typis nondum ſint exſcripti. Duos eiusmodi Catalogos αὐτογεάφως venerand. Mellius mihi donauit, quos hic iuuat inſerere, quoniam nonnulla docent nondum obſeruata:

„ *Series Lectionum*
„ *hoc ſemeſtri hiberno*
„ *in Schola Lubec. habitarum*
„ *A.* 1615.
„ *Exhibita* 1 *Maii in Examine Verno.*
„ Rector
„ in Catecheſi.
„Propoſuit Locum de Creatione, & pri-

„mam partem Loci, qui agit de Lege Dei in „genere.

„ In Logicis

„Ea, quae in parte Logices communi reſta„bant abſoluit, videlicet Regulas Conſequen„tiarum, doctrinam de Reductione Syllogis„morum, de Syllogismis Hypotheticis & reli„quis formis Argumentationum. In Parte ve„ro propria, praeter doctrinam de Demonſtra„tione, quam leuiter ſaltem attigit, magnam „partem Locorum Dialecticorum propoſuit.

„ In Graecis.

„Abſoluto libro 1 Xenophontis, Iliada Ho„meri interpretari coepit, in cuius libro primo „ſpecimen dabit.

„ In Rhetoricis.

„Doctrinam de Figuris Dictionis & Senten„tiae, de triplici dicendi Charactere, de Memo„ria & Pronuntiatione explicauit & exemplis il„luſtrauit. His ſubiungere coepit rationem va„riandi & amplificandi, ſeu de Copia verborum „& rerum: in qua adhuc haeret.

„ In Cicerone.

„Duas poſtremas Orationes Catilinarias in„terpretatus eſt.

„Praeterea ſingulis diebus Saturni examen „inſtituit eorum, quae per totam ſeptimanam „diſcipulis ſuis propoſuit.

Subrector

„In claſſe prima propoſuit librum primum „Aeneidos & abſoluit.

In

„In secunda duas Eclogas priores Bucolicor. „Virgilii explanauit.

„In secunda & tertia coniunctis XXXIV Epi„stolas priores, quae continentur lib. 1 Epist. „colligente Sturmio, expeditas dedit.

Cantor

„Cuius professio in secunda & tertia classibus „potissimum Grammatica est, semestri hoc hye„mali proposuit pueris Etymologiam Nominis „& Verbi, tum etiam Syntaxin Verborum, quam „exemplis vernaculis Latine a pueris ex tempo„re reddendis, & e bonis auctoribus Latinis in „vernaculum statim conuertendis illustrauit. „Vsum praeterea reliquarum tam Etymologiae, „quam Syntaxeos Regularum diligenter mon„strando in Corderii lib. 5. 2 Colloq. bene lon„gis suae fidei commissos exercuit, Styli exerci„tiis vernaculi sermonis Latinae reddendis & „Latinis e Cic., aliisque probatis autoribus in „Germanicum vertendis diebus ☿ & Sat. alter„nis interim non neglectis.

Praeceptor quartae Classis.

„Hac praeterita hyeme discipulis suis horis „matutinis dierum ☽ & ♂ proposuit & praele„git 7ma Grammaticam, inque ea absoluit qua„tuor partes orationes declinabiles: ab octaua „vero in nonam eos in declinando exercuit, ad„iunctis sex aut octo vocabulis, quae recitaue„runt.

„Dieb. ☿ hora 7 Catechismus & Psalmus ali-

„quis Germanicus recitatur. 8va proponit „exempla aliquot regularum Syntaxeos germa„nica, quae Latine vertunt & exhibent. Idem „etiam fit diebus ♄: hora 8 corrigit, quae dieb. „☿ compoſuerunt, & vocabula repetuntur, quae „per ſeptimanam didicerunt.

„☿. hora 7 propoſuit regulas Syntaxeos, & „peruenit vsque ad regulas de Infinitiuo. Hora „vero octaua exercuit eos in coniugando, ad„iunctis Diſtichis moralibus Catonis.

„Poſt meridiem diebus ☽ & ♂ hora 1 prae„legit Epiſtolas Ciceronis, quarum ſeptem abſol„vit, facto initio ab illa, quae incipit: O gra„tam famam. Hora 2, vbi nulla funera ſunt, „quarta & quinta claſſes coniunguntur, & exer„citium declinandi & coniugandi inſtituitur, & „hora 3 Colloquia Corderi praeleguntur. Idem „etiam fit diebus 24 & ☿.

„Dieb. ♄ hora 1 explicatur Euangelium. &c.

„Quintae Claſis Praeceptor explicauit

„1. Donatum, ſiue Progymnasmata Grammat. „Latinae.

„2. Librum 4tum Catonis, a verſu: Diſce aliquid „&c. vsque ad verſum: Quod potes, id ten„ta &c.

„3. Ciceronis Epiſtolas 10 ordine, facto initio ab „Epiſtola: Si quid haberem &c.

„4. Librum primum Colloq. Corderi, a Colloq. „46, cuius initium: Da mihi 2 aſſes, vsq; ad „59 Colloquium: Euge &c.

5. Cate-

„5. Catecheſin Lutheri recitarunt; Germani-
„cam quidem integre, Latinam ex parte.
„6. Vocabula 350 ordine didicerunt á titulo de
„Herbis, vsque ad titulum de Sudore.
„7. Verba ſparſim ex lectionibus tabulae inſcri-
„pſit, eaque coniuganda propoſuit.

Albertus Maſsdorff.

In ſexta Claſſe.

„Diebus ☽ & ♂, horis matutinis, pueris ſenten-
„tiolam Latine & Germanice ex Euangelio Do-
„minicali deſumptam recitauerunt. 2. Paradi-
„gmata Declinationum non tantum edidicerunt,
„ſed etiam ad ſingulas paradigmatum termina-
„tiones aliquot exempla a me propoſita applica-
„verunt, qua recitatione finita legendo ſe exer-
„cuerunt.

„A meridie vocabula rerum, quorum 260 per
„hoc ſemeſtre memoriae mandauerunt, reci-
„tant & repetunt, quo exercitio peracto itidem,
„vt mane in declinando, ſic etiam in coniugando
„ad ſingula paradigmata aliquot exemplis ap-
„plicatis, & in legendo exercentur.

„Diebus ☿ Cathechismus Lutheri, quem fe-
„re omnes exacte tenent, recitatur; deinde ſcri-
„pta corriguntur.

„Diebus 24 & ♀ eadem, quae diebus ☽ & ♂
„tractata ſunt, exercentur.

„Diebus Sabbathi mane Catechismus recitatur:
„deinde ſcripta corriguntur.

„A meridie Euangelium Latinum exponitur,

&

„& dictum aliquod ediſcendum proponitur, de-
„inde ad templum pueri deducuntur.

Ioannes Brauns.
A. 1615. d. 26 April.

„Collega ſeptimae Clasſis nullas habet pueris
„praelegendas lectiones, ſed tantum eos exercet
„in recitatione.
„1. Catechismi Lutheri.
„2. Lectione & recitatione Euangeliorum & Epi-
„ſtolarum Dominicalium.
„3. Vocabulis ediſcendis & recitandis.
„4. In ediſcendis & recitandis paradigmatibus
„declinationum & coniugationum.
„5. Superiores etiam in litteris pingendis.
„6. Partim in legendo; partim litteris colli-
„gendis.
„Veluti haec omnia certo tempore pro puero-
„rum captu perficienda a Dn. Rect. praeſcripta
„ſunt.

Bened. Böckmann.

„*Catalogus Lectionum*
„*hac aeſtate*
„*in Schol. Lubec. habitarum.*
„*A.* 1615. 10 *Octobr.*

„Rector.

„In Catecheſi

„Explicauit virtutes trium priorum prae-
„ceptorum Decalogi.

„In Logicis.

„Abſoluit doctrinam de Locis Topicis & So-
phiſticis Elenchis. „In

„In Graecis

„Peruenit ad orationem Mineruae ſedaturae „iram Achillis, quae extat Iliad. A.

„In Rhetoricis

„Praeter doctrinam de Copia Verborum, „quam παρέργως tractauit, duas partes Rheto- „rices, videlicet Inuentionem & Diſpoſitionem „exemplis illuſtrauit.

„In Cicerone.

„Orationem pro M. Marcello interpretatus eſt.

„Conrector.

„In Claſſe prima

„1. Poſtremam partem lib 3. Officior. cum Para- „doxo primo interpretatus eſt.

„2. Epiſtolas Ariſtotelis Graecas abſoluit, cum „repetitione Gram. Graecae.

„In Claſſe ſecunda

„1. Praecepta Proſodiae, cum explicatione trium „Elegiarum, videlicet 11. 12. 13 libri V. Triſt.

„2. Grammaticam Graecam & priorem partem „Orationis ad Daemonicum.

„In Claſſe ſecunda & tertia

„Terentii Heautontim. Actus IIII ſcenas „3. 4. 5. 6. 7. 8 & Act. V. ſcen. I.

„Subrector.

„In prima Claſſe propoſuit lib. 3 Odar. Ho- „ratii.

„In ſecunda explicauit Eclogam 3. 4. 5.

„In ſecunda & tertia abſoluit ea, quae reſta- „bant

„bant in libro primo Epiſtolarum, ac finem illi „impoſuit.

„Cantor.

„Tertiae & Secundae clasſis diſcipulis ſeme„ſtri hoc aeſtiuo propoſuit Syntaxin partium „Indeclinabilium, praemiſſa tamen repetitione „Etymol. Nominis & Verbi, item Regularum „de Syntaxi Verborum, vſum iſtarum praece„ptionum per analyſin & geneſin Grammaticam „Tertianis monſtrando in Colloquiis Corderi „7. Styli interim exercitiis vernaculi ſermonis, „ex iisdem Colloquiis Latine reddendis, & vi„ciſſim Latinis e Cic. & aliis probatis autoribus in „Germanicum vertendis, alternis diebus non „neglectis.

„Quartae claſſis Praeceptor

„Hac aeſtate praeterita, horis a Dno Recto„re ſibi deſtinatis.

„1. Diſcipulis ſuis partes Grammaticae indecli„nabiles propoſuit, his abſolutis, de nouo re„petendo & declinabiles adiunxit, atque ita „Grammaticam abſoluit.

„2. Epiſtolas Ciceronis praelegit quinque, facto „initio ab illa: Etſi mihi litterae tuae iucun„diſſimae ſunt, &c. & ſingula ex illis vocabu„la difficiliora cum phraſibus praeſcripſit & „repetiuit.

„3. Singulis ſeptimanis dieb. ☿ exempla aliquot „ex regulis ſyntacticis germanica propoſuit, „quae ex tempore verterunt & exhibuerunt, quae-

„quaeq; sequenti die ♄ correxit, atque vsum „regularum monstrauit.

„4. Catechismum Lutheri cum explicatione „quoq; repetiuit, & Psalmos aliquot Germa„nicos edisc endos adiunxit.

„5. Tempus, si quod post lectionum recitatio„nem superfuit, reliquum singulis diebus „exercitio declinationum & coniugationum „impendit.

„6. Vocabula quoque 500, quorum singulis „diebus 8, aut circiter memoriae mandarunt, „praescripsit.

„7. Colloquia Corderi quartae & quintae clas„sium praeceptoribus communis lectio fu„erunt.

„Quintae clasis Praeceptor

„1. Explicauit Donatum, siue Progymnasmata „Grammaticae Chytraei vsq; ad Coniunctio„nem.

„2. Epistolas Ciceronis 7 ordine, facto initio ab „Epistola: Pub. Cornelius &c. vsq; ad Epistola„lam: Ad IX Calend. Iunias &c.

„3. Ex primo Coloq. Corderi libro colloq. 10; „a 59 colloq: Euge &c. vsque ad 69: Repe„tamus &c.

„4. Catechesin Lutheri Germanicam plene, La„tinam sine explicatione recitarunt.

„5. Vocabula 317 ordine memoriae mandarunt, „a titulo de Herbis, vsq; ad tit. de Senatu.

„6. Phrases, verba & vocabula difficiliora ex le„ctio-

„ctionibus excerptas tabulae inſcripſit, eaq; „inflecti curauit.

„ Clasſis Sexta

„Diebus ☽ & ♂ pueri horis matutinis in de„clinando & legendo exercentur.

„Horis pomeridianis vocabula, quorum „fere 400 per hoc ſemeſtre memoriae manda„vere, recitant.

„Deinde in coniugando exercentur; quibus „exercitiis finitis reliquum tempus legendo con„ſumunt.

„Idem fit die ♃ & ♀.

„Die autem ☿ Catechismum cum explicatio„ne Lutheri recitant, & ſcripta exhibent.

„Die ♄ horis matutinis idem fit.

„A meridie pars quaedam Euangelii Latini „pro illorum captu explicatur.

„Clasſis ſeptima.

„1. Catechismum cum explicatione Lutheri ger„manice recitant omnes, exceptis paucis, qui „tamen absque explicatione recitare ſciunt.

2. Omnes quidem ferme in Latina & Germanica „lectione exercentur, paruuli tamen, qui „incipiunt, litteras discunt colligere.

„3. Maiores paradigmata declinandi norunt.

„4. Iidemque hoc ſemianno trecenta addidi„cere vocabula.

Praeter hos Catalogos ſine dubio plures Patronis olim in Examinibus ſunt exhibiti, qui, ſi in iis priuatarum etiam lectionum ratio fuiſſet habita, plura de Athenaei ſtatu poſſent docere. Intelli-

Digitized by Google

telligens lector, qui hos Catalogos, publicarum modo lectionum indices, cum hodiernis contulerit, tempora, me non monente, distinguet. Sic de antiquioribus, pro aequitate sua, rite iudicabit, iisdemque debitam laudem attribuet; recentioribus vero temporibus litterarum incrementa, si quae forte deprehenderit, non invidebit.

§. XL.

Accedebat tandem tempus, quo supremus rerum scholasticarum Rector Kirchmannum, cum multa, vt in omni reliqua vita, ita praesertim in scholastica peregrie feciſſet, multa etiam patienter tuliſſet, ad scholam coelestem, omnis miseriae, calamitatis, molestiae, inuidiae, censurae expertem volebat translocare, in quam scholam noster per beatam mortem an. 1643. d. 20 Mart. est introductus. Etsi vero Kirchmannus ex Ephebeo nostro egrediebatur, non tamen statim eius gloria simul ex orbe exibat. Instaurabat illam, demonstrabat & contra maleuolos asserebat *Iacobus Stolterfothius* habita a.e. 4 Non. Mai. in Auditorio Cathariniano Oratione Funebri, qua ipsius memoriam celebrauit. Supereſt illa hodieque in orbe erudito: supereſt in ciuitate nostra: supereſt in Athenaeo nostro: supereſt in tot aliis Scholis, in quibus libelli Kirchmanniani adhibentur: supereſt in Bibliotheca, effigie etiam Kirchmanni ornata: supereſt in Templo Mariano, vbi in ipsius Epitaphio haec leguntur verba:

MONVMENTVM NOMINI CL. VIRI IOANNIS KIRCHMANNI, LVDI LITTERARII IN HAC VRBE XXX ANNOS RECTORIS OPTIME MERITI, ANNO CHRISTI clɔ Iɔ LXXV. DIE XVIII IAN. LVBECAE NATI, ET AN. clɔ Iɔc XLIII. DIE XX MARTII IBIDEM PIE DEFVNCTI, ERECTVM.

Kirchmannus quondam faciem hanc, haec ora gerebat,
Dum carus doctis viueret atque suis.
Ingenium dotesque viri tibi scripta probabunt,
Lector, non vllo dissaritura die.

CAPVT XV.

DE

Rectoratu

M. SEBASTIANI MEIERI.

A. 1643—1664.

§. I.

DIgnus, qui Kirchmanno succederet, iudicabatur M. SEBASTIANVS MEIERVS, Lubecensis, cuius virtus ac eruditio satis iam erat cognita. Hanc enim probauerat Gustrouiensibus, apud quos Rectoris munia non sine laude singulari obierat: probauerat

verat etiam Lubecenſibus, apud quos ab an. 1630 per quadrantem anni Subrectoris, & per tredecim annos Conrectoris ſpartam egregie ornauerat. In primis Graecae linguae, cuius fuit peritisſimus, ſtudium promouere contenderat noua, & Magnifico Senatui Lubecenſi dedicata editione, iam diu in Athenaeo noſtro vſurpatae, *Othonis Gualtperii Grammaticae Graecae, recognitae, plurimis, maximeque neceſſariis obſeruationibus per totum opus diſperſis; tum Regulis & Exemplis de formationibus & deductionibus Verborum nec non doctrina de Accentibus: & Dialectorum ad ipſa Paradigmata adiectione illuſtratae & auctae.* Lubec. 1641. 8 (1) Ob quam diligentiam, & alia ipſius merita, Patres Conſcripti non dubitarunt, praecipuum munus ſcholaſticum illi deferre, eundemque Rectorem conſtituere. Factum illud eſſe an. 1643. d. 24 Iul. ſolemni inauguratione, verbaque nomine Magnifici Senatus feciſſe D. Bened. Winclerum, Syndicum, in Act. Min. Lubec. T. V. P. II. f. 12. b. eſt annotatum. De vita Meieri omnium optime egit Henricus Bangertus in Programmate, quod ob praeſtantiam Athen. Lub. P. III. p. 459—479 integrum inſerui. Conf. quae dixi P. I. p. 58 ſq. Ad iuueniles ipſius conatus pertinet *Diſputatio Logica de Demonſtrationis Definitione, Conditionibus & tribus Legibus Neceſſitatis*, quam ſub praeſidio M. *Gerhardi Tidemanni*, Lubecenſis, an. 1613 Roſtochii publico candide philoſophantium examini propo-

(1) Recuſa eſt Brunſuigae. 1649. 8.

fuit; ad labores autem Guſtrouienſes *Oratio de Sanctis Angelis*, ex ipſius informatione ſcripta & pronunciata a Ioanne Gerdes, Guſtrouienſi. 1621. 4. Sed ratio hic in primis habenda ſcriptorum Meieri Lubecenſium, e quibus ſimul apparebit, quam praeclare *Studium Oratorium* ipſius auſpiciis per Actus publicos, a tempore Meieri ad noſtram vsque aetatem diuina gratia continuatos, fuerit excultum.

§. II.

Edita autem ſunt a Meiero noſtro per illud tempus, quo Rectoris Lubecenſis munia adminiſtrauit

Programma de Natalium & Emortualium Dierum Honore. Lub. 1643. 4 Octob. 4. (pl. 1). Inuitauit hoc Programmate ad ſubſequentem de Nicolao Hunnio Orationem.

Oratio Funebris, qua Vitam & praeclara in Eccleſiam merita magni & incomparabilis Viri Dn. NICOLAI HVNNII, Theologi, & Eccleſiarum Lubecenſium quondam Superintendentis celeberrimi, publico in Auditorio 3 Non. Octobr. anno 1643 proſequi voluit. Lub. 4. (pl. 6). Inſerta etiam eſt haec Oratio Wittenii Memor. Theologor. Dec. V. p. 580--612. Praeter alia multa in Hunnio Meierus curam Scholarum laudauit. *Et ut Scholas*, inquit, *ex quibus, tanquam foecundiſſimo quodam viridario, decerpi poſſunt ſurculi, quos maturior aetas vel in Politiae, vel Eccleſiae hortos transponat, magnae ſibi curae eſſe teſtaretur, in auditoria docentium ſe conferebat, operas eorum inſpiciebat, & ſi-*

cubi

cubi vel languere eas, vel perperam geri animaduerte-bat, vt aliarem via aggrederentur, comiter monebat. Ipſe etiam primis annis, hoc in Auditorio, le-ctionibus ſacris deſtinato, vtiliſſimum de Studio Theologiae recte inchoando, feliciterque pertexendo Conſilium propo-nebat. Leguntur haec verba apud Witte-nium p. 602. Aliud Hunii in rem Scholaſti-cam meritum praedicatur ab auctore anony-mo Praefat. libri, qui inſcribitur: *Pſalmen vnde Geiſtlyke Geſenge D. Mart. Luth. ock ande-rer Gottſeligen Lehrer.* Lûb. 1630. 12, pag. A ij his verbis: *Vnde wat dat Evangelien Böckeſthen anlangend, ys noch beth darher nenes in Nedder-ſaſſiſche Sprake tho finden, darin alle Evangelia vnde Epiſteln, wo de ſülve alhyr gebrücklyck, richtig ſind gedrücket geweſen: beth nu vor weinich Jah-ren in der Latiniſchen Scholen den Knaben in Latini-ſcher vnde Hochdûdeſcher Sprake, in ein Boke, van vnſerm Herrn Superintendente Doct. Nic. Hunnio ein ſölk Böcklin in richtige Ordening ys gebracht.* In eadem Praefatione pag. A iiij commemo-ratur *Catechismus Geſangs-wyſe, welcken de Lati-niſche Schôler gebruken.*

Compendium Grammaticae Graecae ex D. Othonis Gualtperii Grammatica maiori, nuper recognita, adornatum in vſum Scholae Lubecenſis, pro Secun-da & Tertia Claſſe. Lubec. 1646. 8. Diſcipulis ſuis, *Chriſtophoro Gerdeſio, Iohanni Beck, Georgio Groen, Theodoro Hacks, Petro Meier, Georgio Prues, Franciſco Printzer, Iohanni Haſenhart,*

Digitized by Google

Bartholdo Grunewald, *Balthasari Iawert*, *Lucae Stolterfohto*, *Iohanni Teggeman*, *Iohanni Belitz*, *Christophoro Siricio*, *Gerhardo Hinrichsen*, *Bernhardo Vetten*, *Henrico Zeidlero*, *Georgio Lengerken*, *Friderico Plonnies*, *Hermanno Schwedern* hoc Compendium Meierus dedicauit.

Programma in funere M. Ioannis Reichii, *Past. Aegidiani.* Lubec. 1649. d. 2 Ian. 4. (pl. 1). Reperitur etiam in Goetzii Elogg. Germ. Theologor. p. 189 sqq.

Grammatica Chytraeo-Kirchmanniana, *aucta Tractatu de Elegantia in Compositione obseruanda.* Lubec. 1649. 4.

Programma de Otio bene collocando. Lub. 1649. 4. (pl. 1.) Inuitauit hoc Programmate ad *Carmen Heroicum de Salutifera Resurrectione IESV CHRISTI*, *Sospitatoris nostri*, *eiusdemque gloriosa Ascensione*, quod d. 30 April. IVSTVS TRIBBECHOVIVS, Scholae Collega, in Auditorio Cathariniano pronunciauit.

Programma in funere Iohannis Braunjohan, *Reip. Lubec. Protonotarii.* Lubec. 1649. prid. Id. Quintil. 4. (pl. 2).

Programma in funere Barbarae Schürerin, *Io. Georg. Laurentii*, *Med. Doct. Coniugis.* Lubec. 1650. VI Kal. April. 4. (pl. 3).

Programma de non fugienda Luce. Lub. 1650. 4. (pl. 1). Praemisit *Carmini Heroico de Veteris & Novae Pentecostes augustissimo die festo*, *deque visibili Spiritus Sancti super Apostolos Effusione*, quod d. 30 Maii in Auditorio Cathariniano pronunciavit laudatus I. TRIBBECHOVIVS.

Program-

Digitized by Google

Programma in funere M. Adami Helmſii, Senior. & Paſt. Petrini. Lub. 1653: Cal. Iun. 4. Reperitur apud Goetzium l. c. pag. 222-234.

Programma in funere Iacobi Kockerti, Lycei Lubecenſis Subrectoris. Lubec. 1654. III. Cal. Mart. 4. (pl. 2½).

Programma in exequiis Margaretae Iungiae a Chriſtophoro Gerdeſio, I. V. D. & Conſule primario, pamtis. Lub. 1654. 27 Iul. 4. (pl. 3).

Programma de Bacchanaliorum Ethnica origine & turpitudine. Lubec. 1655. 4. (pl. 1). Praemiſit *Carmini Heroico de Baccho Delirante, in quo deteſtandae ſeculi noſtri ineptiae deploratae*, quod M. *Dionyſius Stropius* (2) Lubecenſis, SS. Theol. Studioſus, d. 27 Febr. in Auditorio Cathariniano recitauit.

Programma de Verbis Perſii: Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc, ſciat alter. Lubec. 1655. 4. (pl. 1½.) Praemiſit *Carmini Heroico de Iona, eiusdemque fato, cui breui ſubiicitur, qua ratione Ionas Chriſti ſepulti & tertia die reſuſcitati typus fuerit*, quod *eruditiſſimus* (retineo Meieri verba) *inque bonis literis & poëtarum ſcriptis probe exercitatus Dn. IVSTVS TRIBBECHOVIVS, Scholae Lubecenſis Collega induſtrius* d. 17. Mai. in Auditorio Cathariniano recitauit. Elegans hoc Carmen eod. an. Lubec. 4. (pl. 4.) lucem aſpexit.

(2) Hic Stropius, Paſtor deinceps Geiſthachtenſis, luci etiam expoſuit *Bacchum Turbantem, hoc eſt, Diſſertationem, in qua moderni ſeculi mores deſcribuntur, & ſub viſionis velamine, veluti Somnio ſine Somno, repraeſentantur.* Roſtoch. 1653. 4.

Digitized by Google

Programma in funere Ioannis Henrici Meibomii, Med. D. & Physici Lubecensis. Lub. 1655. m. Mai 4.

Programma in exequiis Magdalenae Brokes a Gothofredo Critwitz, I. V. D. & Consiliar. Megapol., paratis. Lub. 1655. 27 Sept. 4. pl. 3.

Programma in funere Henrici Balemanni, Comit. Palatini & Reip. Lubec. Protonotarii. Lubec. 1656. d. 22 Dec. 4. (pl. 2½).

Programma in funere Georgii Reichii Med. Doct. Lubec. 1657. m. Ian. 4.

Programma in exequiis Iohannis Poppingii, Consiliar. Caesar. & Reip. Lubec. Senatoris. Lubec. 1657. d. 16. Octob. 4. (pl. 2½).

Nomenclator in vsum Scholae Lubecensis editus. Lubec. 1659. 8. Dedicauit discipulis suis.

Programma de Lingua rite assuefacienda ad Pronunciationem. Lubec. 1659. 4. pl. 1. Praemisit hoc Programma Meierus *Orationi Valedictoriae de Gratitudine, Virtutum omnium matre*, quam d. 25 August. memoriter pronunciauit *Iohannes Mauritius*, Tunderensis. Ipsa oratio eodem anno Lubec. 4. pl. 4½ prodiit hoc titulo: *Oratio de Gratitudine, Virtutum omnium matre, in Schola Lubecensi, quae est ad Divae Catharinae, habita VIII Calend. Septembr. Anni* 1659 *a Iohanne Mauritio, Tunderensi Holsato.* Res egregie est descripta, etsi forsan Gratitudinis vocabulum non omnibus arrideat.

Programma in funere M. Gerhardi Winteri, Sen. & Past. Iacob. Lub. 1661. VII. Cal. April. 4. Extat ap. Goetzium l. c. p. 274--283.

Pro-

Programma de Officiis erga Defunctos. Lub. 1661. 4. (pl. 1). Praemisit Orationi subsequenti.

Oratio Funebris Magnifico, praenobili, amplissimo & consultissimo viro, Dn. Christophoro Gerdesio, Consuli Reipubl. Lubecensis primario, scripta. Lubec. 1661. 4. pl. 12. Pronunciata est in Auditorio Cathariniano d. 27 Sept.

Ioannis Kirchmanni Rudimenta Logicae Peripateticae, nunc denuo recognita, & compluribus Obseruationibus, Notisq; aucta. Pro Schola Lubecensi. Lubec. 1661. 8. maj.

Programma de Ritu Vale dicendi. Lubec. 1662. 4. pl. 1. Praemissum est *Orationi Valedictoriae de Origine & Laudibus Vrbis Lubecae*, quam suo Marte conscriptam d. 26 Mai. recitauit *Caspar Sagittarius*, Luneburgensis, magnus ille deinceps Historicus & Polyhistor.

Programma de Honore Viris meritissimis olim exhibito. Lubec. 1662. 4. (pl. 1). Inuitauit hoc Programmate ad *Carmen Heroicum de Vita, Rebusq; gestis Dn. Christophori Gerdesii*, I. V. D. & Reip. Lub. Consulis primarii, d. 26 Iun. in Auditorio Cathariniano a *Davide van der Brügge*, Lubecensi, SS. Theolog. & Humanitatis Studios. recitatum.

Programma de Verbis Quintiliani: Multi ad solidam eruditionem peruenire possent, nisi se peruenisse putarent. Lubec. 1662. 4. (pl. 1). Praemisit *Benedicti Georgii Schröderi*, Slesvic. Holsati, *Orationi Valedictoriae, quam de Iuditha, Holofernem in Castris interficiente, conscripsit, & conscriptam publice & memoriter recitauit prid. Id. Septembr. in*

Auditorio Scholae Lubecenſ. ſupremo. Edita eſt Oratio eod. an. Lubec. 4. (pl. 4), atq; condiſcipulis, *Andreae Bilderbeck, Iacobo Nyſſen, Bernhardo Plönnies, Ioachimo a Dohren, Bernhardo Wedenhoff, Hieronymo a Dohren Alberto a Daſſeln ac Hermanno a Dohren* dedicata. Sub finem fere orationem proſam in ligatam conuertit Schröderus, & gratum animum Praeceptoribus ſic declarauit:

Viuat Meierus! Viuat Bangertus, & ille
Polzius! o viuant haec tria fulcra Scholae!
Viuant & niteant tam ſplendida Luminanoſtri
Gymnaſii! o viuant! o valeantque diu!

Programma de verſu: Plures Thyrſigeros, paucos eſt cernere Bacchos. Lub. 1663. 4. (pl. 1½). Praemiſit *Orationi Valedictoriae de Graecae Linguae Praeſtantia*, quam. d. 17 Sept. *Adamus Laurentius Nicolai*, Lubecenſis, memoriter pronunciauit.

Programma de Vi Orationis. Lubec. 1663. 4. (pl. 1½). Inuitauit hoc Programmate ad *Bernhardi Plönnies*, Lubecenſis, *Orationem de dicto Micipſae ad Regem Iugurtham: Concordia paruae res creſcunt, diſcordia maximae dilabuntur.*

Rudimenta Rhetoricae, a clariſſimo Dn. M. Ioh. Kirchmanno p. m. adornata. In vſum Scholae Lubecenſis. Iam vero acceſſere in gratiam eorum, qui in ſcribendis Orationibus exercentur, Formulae ex Cicerone & optimis oratoribus excerptae: & vſus Figurarum, monſtrans, vbi, quibus in affectibus movendis, & quibus in locis Topicis eae adhibendae & vſurpandae ſint. Lubec. 1663. 8 Maj.

Haec ſunt Meieri ſcripta, quae mihi licuit inuenire.

nire. Pergo ad enarrandas alias res, ipsius tempore gestas.

§. III.

Collegas iam habebat Meierus IACOBVM KOCKERTVM, Subrectorem, MARTINVM LINCKIVM, Cantorem, HERMANNVM BILEFELDT, IOANNEM LINOVIVM (qui Meiero Rectore mortui sunt), DANIELEM LIPPIVM ac IVSTVM TRIBBECHOVIVM; alios autem successu temporis accepit. Hos inter primus fuit M. HENRICVS BANGERTVS, qui eodem die, quo Meierus Rector creatus, Conrector est introductus. Vid. Act. Min. Lub. T. V. P. II. f. 12. b. Erat ille dies 24 Iul., quo etiam Symbolis Lutheranis nomen dedit his verbis: *Ego M. Henricus Bangertus, Waldeccus, Scholae Lubec. Prorector, huic Formulae Concordiae, in qua invariata Aug. Confessio, &c. mente & calamo subscribo Lubecae 24 Iul. an.* 1643. Rerum ab ipso Conrectore praeclare gestarum aliquae infra ad ann. 1644. 1660 & 1662 occurrent. Quas vero Rector constitutus egit, eas subsequenti Capiti XV reseruamus.

§. IV.

Celebranda autem statim venit *Oratio Funebris Magnifico & Nobiliss. Viro Dn.* Henrico Colero, *Consuli quondam liberae ac Imperialis Reipublicae Lubecensis primario III. Id. Ian.* 1644 *in Auditorio Cathariniano a Bangerto habita.* Quae Oratio & nitore & rerum notatu dignarum multitudine se commendat. Egregium ex ea locum, qui docet,

Digitized by Google

cet, Colerum hunc laudatisſimo inſtituto *Diſputationes Logicas* atq; *Hebraeam Linguam* in Gymnaſium noſtrum introduci curaſſe, dedi Athen. Lubec. P. I. p. 141 ſq.

§. V.

Merito hic quoque praedicanda eſt laudabilis valde cura *M. Adami Helmſii*, Senioris & Paſtoris Petrini, qua ſaluti ſcholaſticae iuit proſpectum. Sic enim legitur in Act. Min. T. V. P. II. f. 14. a: *An.* 1644 *d.* 7 *Mart. in Conuentu Rdi Miniſterii admonitio facta ad omnes Dnn. Confratres de ſalute Scholae publicae couſeruanda, & Dnn. Praeceptoribus a calumniis vindicandis. Si vero quaedam de illis audirentur emendanda, referantur ad Collegium Dnn. Paſtorum, qui Dn. Rectorem & Collegas de auditis deberent monere.* Profecto poſt fata etiam colendus eſt Helmſius ob rarum amorem, quo ſcholaſtici ordinis viros eſt proſecutus.

§. VI.

Examinis d. 8 & 9 April. habiti mentio occurrit l. c. f. 17, ſimulque refertur, D. *Ioan. Marquardum*, Senatorem, Magnifici Senatus Legatum, nitida iſtud Oratione ſub finem ornaſſe.

§. VII.

Eod. an. Collegas Catharinianos offendit, M. *Herbordus Rudolphi*, Hannoveranus, praeceptor clancularius, ineptus, rudis, & Scholae publicae calumniator. Quare doctores publici iniuriam ſibi ac Scholae factam Magnifico Senatui ſupplici-

ter

citer indicarunt; a Rev. autem Miniſterio petierunt, vt a ſacris concionibus habendis arceretur, donec mentem mutaret. Litteras ad Seniorem & Miniſterium datas ex Act. Miniſt. T. V. P. II. Beylag. Q. ſubiiciam:

„Admodum Reverendi, Clariſſimi & Praeſtantiſſimi Viri, Dn. Fautores & Amici pl. colendi. Cum nullum non, quod a Magiſtratu viris bonis delegatur, officium, multis laboribus, curis & aerumnis eſt implicitum: tum haud ſcio, an vllum cum munere iſto, quo, qui in pube erudienda operam atque induſtriam ſuam collocant, funguntur, aliqua ex parte ſit comparandum. Etſi enim alii ſuo in munere non prorſus ab omni onere ſunt vacui, hoc tamen in puluere ſcholaſtico contabeſcentibus praeſtant, quod dignum ſemper laboribus ſuis reportant praemium, neque aliquam ſolicitudinem habent aut ſuſcipiunt, quin ea largo redhoſtimento, honore inſuper, fauore & ſingulari beneuolentia compenſetur. Contra vero quantum moleſtiarum aequo deuorare animo coguntur illi, qui ex agreſtibus politos, ex indomitis manſuetos, & ex ſtupidis, imo brutis nonnunquam deterioribus, ſolertes, ſcientesque, DEI beneficio, efficiunt! At quam huius aſſiduitatis & moleſtiae dicam eos metere meſſem aliam, quam plauſtra ſcommatibus convitiisque referta, tabem artus depaſcentem, & praeceps ſollicitumque ſenium? Hi enim pleriſque cuiuscunq; etiam conditionis ſunt, hominibus digni videntur, in quos illudant, in quos calamum

„calamum ſtringant, & quos immerentes per „ora hominum traducant. Exemplo, ne lon„gius abeamus, nobis eſſe poteſt *M. Herbordus „Rudolphi*, homo ſi quis alius in notandis, vocis„que libertate perſtringendis viris bonis: in ſe „autem efferrendo, praedicandoq; facetisſimus. „Hic cum a nemine noſtrum vllo verbo, nedum „opprobrio laeſus ſit, tamen vt proiecta ad ſu„gillandam aliorum famam eſt audacia, ſuo, „quod non ita pridem piis manibus Dn. D. a „Werlen dicare voluit, carmine lugubri, in no„ſtram tanta verborum libertate exiſtimationem „incurrere auſus eſt, vt niſi contumeliam hanc, „praeter aequum in nos coniectam, in iugulum „ipſius retorqueamus, nunquam ſalui eſſe pos„ſimus. Quis enim aequo ferre poteſt animo, „ſe publice 1. momum, 2. calumniatorem, 3. ru„dem atque indoctum proclamari? Quibus, „ſi Dis placet, honorum titulis & inſignibus „nos ornare non dubitauit, dum vel expreſſis „verbis nos Momos appellitat, mox piplo dif„ferre, & linguaj futile virus ſpirare, mox lip„pos oculis male inunctis noſtra non videre af„firmat. Quae ſane ſi accurata rectae rationis „trutina examinentur omnia, tanta tamque „enormia ſunt opprobria, vt qui in illis vlciſcen„dis animum ſuum vincere intendat, famam „non immerito proſtituiſſe videatur. At quisquis „etiam ille eſt, quantum ſibi, absq; doctorum ſuf„fragio, arrogat; hoc certe inficiari non poteſt, car„mine, quod calumnia obſtetricante enixus eſt, „tam turpiter ſe dediſſe, vt conceptis verbis optan-

dum

„dum esset, infelicem istum partum, imo abor-
„tum, lucem nunquam aspexisse. Quod licet
„Vobis satis superque cognitum esse sciamus,
„hoc tamen breui Catalogo, ne & nos ignora-
„re videamur, probare voluimus. Cum vero
„ante annos non ita multos Amplissimus huius
„Reipubl. Magistratus Scholae a se fundatae in-
„spectionem vestrae fidei commiserit, volue-
„ritque, vt non minus iustissimos iniuriarum
„nobis illatarum vindices, quam aequissimos
„laborum nostrorum censores vos praebeatis,
„per communia Musarum sacra, per arctissimam
„illam, qua cum Rev. Ministerio Schola haec
„publica conglutinatur, necessitudinem, Vos
„etiam atque etiam rogatos volumus, vt hanc
„iniuriam, quantum in vobis est, a cervicibus
„nostris propulsare, nostram existimationem
„vbi meretur, ire defensum, nostroque Ad-
„versario aditum ad suggestum, donec ad me-
„liorem mentem redeat, intercludere non de-
„dignemini. Hoc vestrum cum aequitatis,
„tum humanitatis praestitum nobis officium vt
„grato semper agnoscemus animo, ita etiam
„omni officiorum genere demereri nunquam
„non annitemur. Dabantur Lubecae A. 1644.
II. Maii.

„ R.R.R. D.D.D. V V Vrarum
„ obseruantiss. studiosissimi
„ M. Sebastianus Meier, Lubecensis,
„ Scholae Rector, caeteriq; eiusdem
„ Collegae.

Prae-

„ *Praecipua & maxime enormia vitia*
„ *a M. Herbordo Rudolphi in fu-*
„ *nebri Carmine commissa.*

„11. 1. *Quot possit*, pro, quot possint.

„24. 2. Pro verbo *fugillatis*, quod primam productam habet (cum diminutiuum sit a fugo, cuius prima longa est), tanquam vitiose a typographo impressum sit, *fuggillatis*, fuisse ponendum, docet in erratis ad calcem carminum adiectis, & ita suo semet indicio, vti sorex, prodit, suaque ipse caedit vineta.

„24. 3. In Substantiuo, *Solum*, primam extendit contra omnium Poëtarum ac doctorum virorum auctoritatem.

„25. 4. *Adiuvat* impersonaliter adhibet, pro, *iuvat*, quod sine exemplo veterum fieri opinamur.

„28. 5. Versus hic: *In me spiraſtis quoties linguai futile virus*, septem pedum est.

„34. 6. Post paulo in versu: *Tantis pro meritis tu hinc indictus abibis* synaloephen neglexit.

„50. 7. *Pyeriis* pro *Pieriis*, cum in Graeco πιερίοις sit iota.

8. Idem versus iusto longior est, & septenis incedit pedibus.

„58. 9. Versus: *Te edoctum vidit, rapaci Rhodanus vnda* duobus, aut tribus vix in puero tolerandis erroribus constat.

1. In

1. In *rapaci* enim primam esse correptam deriuatione, quotusquisque
10. puerorum ignorat? 2. In *Rhodanus* item primam extendit contra 1) autoritatem Horatii, qui lib. 2 Od. 20 eandem corripit. 2) naturam vocis, cum in Graeco Ῥοδανὸς omicron
11. sit. Praeterea primam versus eiusdem syllabam elidit, quod maxime deforme esse statuunt Poëtica Giessensium pag. 611.

59. 12. In *Bicornis* διάστημα primae syllabae, ignorauit, quam corripiendam esse, elementa artis metricae docent, ipse vero produxit.

69. 13. *Mercem* laborum ferre, pro *mercedem*.

70. 14. *Trophaea* pro *tropaea*. Est enim Graecum τρόπαια vel τροπαῖα. Gerh. Io. Vossius L. II de Art Gramm. cap. 11.

85. 15. *Vilis* cum prima porrecta semper legatur, hic corripit.

90. 16. Versus hic: *Verba miser precibus quis fata moueri*, pedis sexti inops est.

91. 17 & 18. In *fata* priorem corripuit: in *probo* priorem contra praecepta prosodiae produxit.

107. 19. *mus* in *ficcemus* porrectum est in penultimo versu hoc: *Ergo ficcemus oculos, gratemur gaudia nostro*, qui etiam est Heptameter. Praeterea in vltimi

108. 20. versus prima voce *Vouentes* primam

„ syllabam extendi, quis vnquam, nisi
„ prosodiae ignarus, putauerit?
„ Caetera de genere hoc adeo sunt multa,
„ loquacem Delassare queant Fabium.

Quid cum maledicentissimo hoc homine & ineptissimo poëta tam in Curia, quam in Conventu Ministerii sit actum, memoriae prodidit B. M. Adamus Helms, Senior & Past. Petrinus, in Act. Minist. T. V. P. II. p. 13 sqq his verbis:

„Den 20 Maii hat der Herr Syndicus D. Dauid „Gloxinius mich zur Commission auf Befehl ei„nes Hochweisen Raths auf die Cantzeley ge„fordert, da M. Herbordo Rudolphi, Hanno„verano, SS. Theolog Studioso bey S. Hermann „Warlhoffs Wittwen sich aufhaltend, fürgehal„ten worden:

„1. Dass ein Hochweiser Rath sich billig der „Collaboratorum Scholae Catharinianae müste „annehmen, alss welche dermassen durch Got„tes Gnade bestellet wäre, dass die Bürger nicht „Ursache hätten, ihre Kinder priuatis Studio„sis zu untergeben, auch nicht wollte leiden, „dass einer mehr, dann des Hospitis Kinder an „sich zöge. Weil er nun dawider gethan, und „seiner hospitae Bruder Kinder zur institution „angenommen, sollte er solches als ein unbil„liges Werck abschaffen, und die Eltern er„mahnen, dieselbe publicae Scholae zu unter„geben.

„2. Weil er auch neulich in obitum D. Iohan„nis a Werlen ein Carmen drucken lassen, dar„über die Herren Collegae Scholae sich be-

schwe-

„schweret befunden in Supplica ad Senatum,
„auch viele vitia darinnen gesetzet, sollte er er-
„mahnet seyn, solch famosum scriptum zu er-
„kennen, und die Herren Collegas mündlich
„oder schrifftlich dahin zu bringen, dass sie ihre
„Klag fahren liessen, oder sich sonsten also ge-
„gen sie erklären, dass sie mit ihm zufrieden
„wären, oder ein E. Rath würde die Mittel für
„die Hand nehmen, dass er solches müste ein-
„stellen und enderen.

„Darauff er geantwortet:

„(1) Die frembden Kinder hätte er auf Bitte
„seiner Hospitae und ihrer Eltern ungerne
„angenommen, begehrte sie nich zu behalten.

„(2) Dass er die Herrn Collegas sollte in Car-
„mine haben mit einem Worte beleidiget, ge-
„stünde er nicht. Er hätte der Momorum al-
„leine gedacht, wann sie sich des Worts woll-
„ten annehmen, stellet er dahin, er hätte sie
„nicht genennet: bath copiam der Supplication,
„dann wollte er sich verantworten.

„Der Herr Syndicus sagte, copiam der Sup-
„plication ihm zu ertheilen, wäre nicht befoh-
„len. Es wäre befindtlich aus seinen Worten,
„dass er die Herrn Collegas hätte gemei-
„net, denn er hätte die Momos genennet,
„welche den priuatis praeceptoribus zu wie-
der wären. Nun nehmen sich publicae
„Scholae an, und widersetzten sich priuat-prae-
„ceptoribus dreyerley Personen. 1. Ein Hoch-
„weiser Rath. 2. Das Ehrw. Ministerium, und
„3. die Herren Collegae Scholae vom Hochwei-

„sen Rath zu solchen Diensten bestellet. Die „beyden ersten wûrde er ja nicht für Momos „halten. Ergo so müste er den dritten Hauffen „meinen. Wolte er seinen Unfug nicht erken„nen, so würde man dem Fiscali das Carmen „hingeben, und vor dem Nieder-Gerichte dar„auff erkennen lassen. Darauff antwortet er: „Er hâtte die Herrn Collegas nimmer gemeinet, „sondern diejenigen, davon ihm S. D. von Wer„len gesagt. Er hätte viele aduersarios, hâtte „aber die Nahmen derselben nicht kônnen erfah„ren. GOtt sollte ihn dafûr bewahren, dass er „einen Hochw. Rath, oder das Ehrw. Minister„rium, oder die Collegas mit dem Nahmen Mo„morum sollte nennen. Wâren etliche vitia „darinnen, so könnte er derselbigen etliche ge„ringe auctoritate Barthii & Rutgersii defendi„ren. Ein ander hâtte auch wol vitia in seinem „Carmine gelassen.

„Endlich ward ihm gesagt, es wâre besser, er „hâtte das Carmen zurück gelassen: er sollte sich „gegen die Herrn Collegas mit einem Epistolio „also erklâren, dass sie mit ihm môgten zu frie„den seyn, und den constitutionibus Amplissi„mi Senatus nicht zu wider handeln, und damit „Weitlâufftigkeit vermeiden.

„Den 18 Iul. ward Conuentus Ministerii in lo„co solito gehalten, da von mir, als Seniore, „proponiret worden der Dnor. Scholae Colle„garum Schreiben an das gantze Ministerium, „so verlesen worden, in causa contra M. Her„bordum.

Decre-

„Decretum. M. Winterus & M. Hermannus „Weber ſollen ihm daſſelbe fürhalten und er„mahnen, die Herrn Collegas, wie in Commis„ſione Senatus geſchehen, zu placitiren.

Quo facto a Wintero & Webero, miſer homo iuramento ſe purgare ſtuduit. Sic enim ſcripſit Helmſius l. c. p. 22.

„Den 6 Auguſt. gaben M. Gerhardus Winte„rus und M. Iohannes Weberus im Chor zum „Thum dem gantzen Ehrw. Miniſterio die Ant„wort: M. Herbordus hätte ſich erkläret bey „dem höchſten Theil ſeiner Seeligkeit, er hätte „mit den Herren Collegis Scholae im Unguten „nichts zu thun, hätte ſie in ſeinem Carmine „nicht gemeinet, ſo wahr ihm GOtt zur ewi„gen Seeligkeit ſollte verhelffen (3). Solchen „Beſcheid hab ich dem Herrn Rectori in meinem „Hauſe den 8 Aug. vermeldet, der ſich erkläret, „er wollte erwarten, was die deputirte Herrn „Commiſſarii des Raths ferner dabey thun „würden.

§. VIII.

Anni huius *Autumnale Examen* d. 21 & 22 Octob. habitum commemoratur in cit. Act. T. V. P. II. p. 24, narraturque de Dn. *Gothardo ab Höveln*, Sen. & Legato, quod ad Rectoris gratia-

(3) Non ſine horrore hoc iuramentum cum ipſo Carmine, in publicos doctores aperte ſatis iniurio, contuli.
—— Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

Digitized by Google

rum actionem peregregie reſponderit, totique Examini finem impoſuerit.

§. IX.

Eodem anno *Studium Hebraicum* in noſtro Athenaeo eſt inſtauratum. Lucem enim vidit *Compendium Lexici Hebraei a Wilhelmo Schickardo olim editum, nunc vero in vſum Scholae Lubecenſis ſeorſim excuſum.* Lubec. 1644. 8. Nomen editoris non eſt expreſſum. Forſan ipſe Meierus in gratiam Athenaei noſtri hoc Compendium euulgauit.

§. X.

Anni 1645 *Vernum Examen*, d. 27 & 28 Mart. inſtitutum laudatur in Act. Miniſt. l. c. p. 28 ob tres in eodem d. 28 Mart. poſt horam quartam habitas Orationes (ad quas audiendas Rector doctos quosdam viros per ſchedulam inuitauit), nec non ob elegantem ſermonem, quo Dn. *Henricus Saſſius*, Senator, riuulos ſcholaſticos clauſit. Idem honor obtigit huius anni *Examini Autumnali*, de quo l. c. p. 56 memoriae prodita ſunt ſequentia: *Dnn. Legati erant Dn. Gothardus ab Hövelen, iun. & Dn. Henricus Saſſius. Recitationi trium* Orationum de Summo Bono *aderant, praeter Dnn. Legatos & Verbi miniſtros, duo Doctores Iuris, vnus Doctor Medicinae, vnus Secretarius & duo Advocati. Dn. Hövelius claudebat actum pulchra Oratione Latina.*

§. XI.

Digitized by Google

§. XI.

An. 1646 mens. Ian. *Chorus Symphoniacus*, tempore Crugerii sublatus (vid. supra Cap. XI. §. IX.) Magnifici Senatus auctoritate est instauratus, & ita quidem, vt ad haec vsque tempora potuerit Musicam sanctiorem, qua templa personant, conseruare, multisq; litterarum cultoribus, quibus res angusta domi, esse adiumento. Nouum hoc Chori initium in Act. Min. T. V. P. II. p. 61 est annotatum. Idem confirmant *Leges Chori Symphoniaci Gymnasii Lubecensis Anno* 1646. *d.* 3 *Ianuar.*, manu scriptae & Libro Chori praefixae. De *Simone Georgio Steinmetzio*, Chori Praefecto, ob praestantissimas virtutes singularem honorem consequuto, vid. Cap. XVI. §. II.

§. XII.

Tertio Februarii die huius an. 1646 Meierus IOACHIMVM SCHEVIVM, Mollensem, Substituti nomine introduxit, vt gereret vices *Hermanni Bilefeldii*, rude donati. Moderanda ipsi ante biennium erat tradita Schola patria, posteaquam an. 1644. d. 16 Mai. in Colloquio laudabiliter res suas egerat. Sic enim scripsit Helmsius Act. Min. T. V. P. II. p. 18: *Den 16 Maii hab ich und M. Iohannes Reiche das Colloquium mitgedachtem Schevio in meinem Hause gehalten, ihn quoad religionem orthodoxum befunden, weil er von dreyen Locis Theologicis de S. Scriptura, de DEo & de Persona Christi gute responsa gegeben. Ich habe ihm auch etliche Vers ex Christiano Poëta fürgelegt, welche*

er etymologice, ſyntactice und proſodiace wol erkläret. Eodem die Formulae Concordiae ſubſcripſit hac ratione: *Ego Ioachimus Schevius, Mollenſis Saxo, Scholae Mollenſis deſignatus Collega, haec puriorum Eccleſiarum Symbola ſincero corde amplector, idem mea manu teſtor.* 16 *Maii. an.* 44. Ex patria an. 1646 auſpiciis Magnifici viri, Chriſtophori Gerdeſii, Conſulis primarii, per litteras Meieri Lubecam vocatus eſt, vbi, poſt Bilefeldii mortem, ex Subſtituto an. 648 factus eſt Collega & ſeptimae Claſſis Praeceptor. Vid. Act. Min. l. c. p. 61. In hac vero claſſe, & deiinceps aliis, tanta cum laude docuit, vt an. 1679. d. 28 Febr. e ſcholaſtico puluere per beatam mortem, aet. an. 60, egreſſus, praeconem nactus ſit ipſum ſummum Morhofium, ita canentem:

Muſarum e media te nunc, vir docte, palaeſtra
Deque Scholae raptum puluere fata vocant.
Puluis & vmbra ſumus. Tibi quondam in puluere tota
Inque vmbra, SCHEVI, vita, diesque perit.
Et nunc ipſe tuo commiſtus puluere puluis
Mergeris, ac vmbris adderis vmbra tuis.
Et nunc illa tui ſub terras ibit imago:
Plenior aſt ipſo e puluere vita redit.
Lux tibi, lux aliis doctas quae ſparſa per vmbras
Aethereae ſignat nunc tibi lucis iter.

Vid. Morhofii Opp. Poëtic. pag. 551 ſq.

§. XIII.

Vtriusque *Examinis* an. 1646 habiti memoria in Act. Miniſt. l. c. ſupereſt. De priori, 16 & 17 Mart. inſtituto, p. 68 refertur, quod Legati iſtud orna-

ornarint Dnn. *Henricus Saſſius*, & *Ioannes Pöppingius*, quorum ille in fine oratoris vices ſuſtinuerit. De poſteriori, d. 19 & 20 Octobr. peracto, inter alia p. 81 eſt annotatum, quod D. *Meno Hannekenius*, Superintendens, iſtud docta *Oratione de Fontibus Apertis* clauſerit.

§. XIV.

An. 1654 d. 2 Nov. IOANNES POLZIVS, Belziga-Saxo, Rector Wismarienſis, Athenaei noſtri Subrector, in locum defuncti Kockerti, eſt inauguratus, cum d. 8. Octobr. Formulam Concordiae hac ſubſcriptione approbaſſet: *Ego, Iohannes Polzius, Belziga-Saxo, Scholae Lubec. vocatus Sub-Rector, hanc Formulam Concordiae, quae invariatam & primam Auguſtanam Confeſſionem complectitur, mente animoque comprobo, amplector & hac mea manu ſubſcribo.* Plura de eo in Capp. ſqq. occurrent. Conf. quae dixi Athen. Lubec. P. I. p. 16. 86. 87. 88, vbi pag. 87. lin. 17 pro 1664 lege 1654: corrige etiam annum, quo Rectoris Wismarienſis munia Polzius ſuſcepit. Ego de hac re ſcribens, Hinckelmanni Progr. Funebr. Polzianum ſum ſecutus.

§. XV.

Eod. an. 1654 D. MENO HANNEKENIVS, Superintendens, *Hebraicas*, *Biblicas & Symbolicas in Auditorio Cathariniano Lectiones* habuit, ad quas M. Sebaſtianus Meierus, Rector, hoc inuitauit Programmate:

Digitized by Google

M. SEBASTIANVS MEIER,

Lubec.

Scholae patriae Rector,

Beniuolo Lectori Salutem.

Omnem Rerumpublicarum & Ecclesiarum fortunam in sola iuuentutis educatione verti, cum hi, qui vt omnia bene se haberent, & prospere feliciterque cuncta caderent, animitus optarunt: tum illi quoque, qui vt cum Religione Respubl. intercideret, omniaque ad vastitatem vocarentur, machinati sunt, probe intellexerunt. Cum infensissimus Christianae Religionis hostis & famosissimus Apostata, Iulianus, Religionem Christianam abolere, omnemque Sospitatoris nostri memoriam, ex animis subditorum suorum delere moliretur, nullo id citius modo se impetraturum confidebat, quam si omnibus, qui sub imperio suo erant, Scholarum vsu interdiceret. Et certe hoc consilium nunquam eum fefellisset, nisi diuina illud prouidentia clementer anteuertisset, eiusque nefarios conatus sufflaminasset. Scholae enim nihil aliud sunt, quam seminaria, in quibus temporis progressu plantae & surculi progerminant & succrescunt, qui maximo cum fructu in hortos Rerumpublicarum & Ecclesiarum transponi, & hoc pacto imperia & Regna feliciter, & ex subditorum voto administrari, tum apti & idonei ad sacerdotia viri deligi possunt. Hoc inter Ethnicos animo suo praecepit praeuiditque Numa Pompilius, qui cum post fata Romuli rerum potiretur, in

eam

eam potisſimum curam incubuit, vt quae ciuitas a Romulo fauſtis condi auſpiciis, partimque vallis foſſis moenibusque cingi & muniri coepta erat: certo quodam Deorum cultu, & Religione aſtringeretur, & populus, quod in actionibus ſuis omni Magiſtratus poena grauius extimeſceret, haberet. Praeterquam igitur quod ſacra, & caerimonias, omnemque cultum Deorum immortalium docuit; Ancilia, atque Palladium, ſecreta quaedam Imperii pignora, dedit, in ſpem certam ingreſſus fore, vt his ſacris quaſi praeſidiis inprimis vero Palladis ſimulachro ſancte religioſeque habito & cuſtodito, res ciuitatis ſint in vado ſalutis, quae opinio ipſum etiam non fruſtrata eſt. Hoc Ethnicum licet: at religioſo tamen animo ſuſceptum a Numa Pompilio inſtitutum maximi faciunt, & accurate adhuc obſeruant, qui in Rebus publicis ad gubernacula ſedent, & clauum torquentes ex ſententia puppim gubernare intendunt, ſuamque in eo curam configunt, vt Palladium h. e. Scholam bene conſtitutam, cum orthodoxa Religione, ſua in ciuitate habeant: quo tenerior aetas ſtatim a primordio vitae, ad pietatem verique Dei cultum, honeſtatem & caeteras virtutes recte informetur. Atque hoc ſi in ſuo quis Magiſtratu per Germaniam commendare: nos certe in noſtro, quem clementiſsimus Deus diu ſalvum atque incolumem benigne ſoſpitet, optimo iure meritoque praedicare poſſumus. Praeterquam enim quod inclutus huius Reipublicae Magiſtratus ciuitatem hanc a Maioribus laudabiliter

biliter fundatam aequis legibus moderatur & gubernat, quicquid periculi ingruere, eique imminere videtur, pro virili sua, secundum Deum, auerruncare contendit, & salutem ciuium, quibuscunque potest modis prouehere & promouere, eorumque opes & fortunas auctare, stabilire, inque solido locare, nimium quantum laborat; Iuuentutis salutem maximae sibi curae esse, non obscuris, sed expressis minimeque adumbratis documentis prodit. Hoc cum alia innumera laudabiliter sancita, tum maxime illud testari videtur, quod paucis abhinc annis, vt ab ineunte vterque sexus aetate, in fundamentis Religionis, publice in templo ab Ecclesiae Ministris erudiatur, instituit, & publicae Scholae splendorem, nunquam non reddere illustriorem, eiusque honestissimam famam in remotissimas etiam transfundere regiones desudat. Hanc paternam Magistratus curam, dum ad se quoque Reuerendum Ministerium pertinere iudicat, rectaque secum via reputat, suam Amplissimo Magistratui opem & operam, vbi ea exigitur, ferre & commodare nequaquam detrectat; quin quae ad salutem Scholae eiusque commodum facere possint, monet, & pro re nata, salutari consilio succurrit. Inprimis vero *Plurimum Reuerendus, Clarissimus & Exellentissimus Dn: MENO HANNEKENIVS S. S Theologiae Doctor celeberrimus, & Ecclesiae Lubecens. tum adiunctarum Superintendens grauissimus*, beniuolam voluntatis suae inclinationem, qua toto isto tempore, quo satis felicibus vrbem hanc ingressus

ſus eſt, in Scholam hanc propéndit, magis atque magis aperire & teſtari non deſiſtit, dum praeter taedioſos illos labores, quos hactenus in *Tabulis* ſuis, miranda quadam dexteritate, nec ſine ſingulari mentis acumine conſignatis, publice deſcribendis, earumque legitimo vſu iterum ac ſaepius monſtrando impendit: Vt Iuuentutis ſtudiis quam rectisſime conſulatur, atque paulo adultior aetas ſolido cui olim innitatur, fundamento gaudeat, ipſe *lectionem Hebraeam* publice in Auditorio Cathariniano, *diebus Martis & Veneris a 1 in 2. pomeridianam* profiteri, ſimulque cum ea perſpicuam ad *lectionem Biblicam & libros Symbolicos* manuductionem proponere ſecum decreuit. Opus ſane, quo quid ſalutarius, & ere Iuuentutis magis dicam non reperio. Cum enim omnis eius labor, qui animum ad Theologiae ſtudium applicare, & Miniſtrum Euangelii olim agere conſtituit, omniaque eiusdem virtutis inſtrumenta, & ſubſidia in lectione ſacrorum Bibliorum conſumenda ſint, quo pacto cum fructu ea leget, aut quae legit, intelliget; niſi idioma illud, quo primitus Biblia expreſſa ſunt, calleat, nulloque adhibito arbitro, ſeu interprete, ea legere poſſit? Equidem, qui ipſe viſu non vsque adeo praeditus ductorem ſequitur, ne in foueam aut ſpecum imprudens delabatur, cauet: at qui ipſe recte oculis ſuis vtitur, omnia praetentare, & quocunque modo ne hallucinetur, prouidere poteſt: eodem quoque pacto

pacto, qui aliorum in Bibliis interpretandis vtitur subsidio, habet quod sequatur, ne in praecipitia & abrupta rapiatur, at qui ipse Hebraea legere & intelligere potis est Biblia, is minutissima quaeque accuratissime scrutatur & obseruat. Hebraea igitur gustanda & excolenda sunt ei, qui spartam olim, ad quam anhelat, ornare & commodis Ecclesiae vsui esse intendit. Sed nec Hebraea tantum lingua discenda est: verum etiam quo pacto Biblia cum fructu legenda, & praeter Biblia, qui libri euoluendi, & noctu & interdiu manibus versandi, & qua via in iis euoluendis incedendum sit, scire oportet eum, qui linguam suam aliis in Ecclesia docendis deuouit. Multi quidem, si paulo vltra institutiones Catecheticas sapiunt, se ad grande hoc munus obeundum satis instructos esse arbitrantur, sed toto coelo errant. Quomodo enim alios quid credendum sit, docere poterunt, qui quid in Synodis vnanimi consentientium suffragio comprobatum sit, ignorant? Quomodo haereticorum dogmata elident, eorumque prauitatis mysteria leuato velo patefacient, qui, quid in Conciliis damnatum sit, nunquam legerunt? Non, credite mihi, per aliquot octerniones extensae Disputationes: non compendia defunctorie lecta, vestrum olim in petitione Ministerii honorem asserent. Non ex compendiis, & vestrae, & eorum, quibus praeficiemini, fidei rationem reddetis & exigetis: Biblia & Symbolici libri vestrum honorem defendent & tuebuntur. Ex his, quicquid ad rem respondebitis, licet diuer-

sum

sum a vobis sentientes saluo honore ei accedere non possint, nunquam tamen intercedere postulabunt, neque contra hiscere, aut mutire audebunt. Quapropter, qui ad Theologiae mysteria tractanda animum adiungere constituistis, hoc plurimum Reuerendi & Excellentissimi D. Superintendentis beneficium, grato animo amplectimini, & quantum in vobis est, gratificandi eius studium, iugi industria, assiduitate, obsequio & obseruantia excitare & expergefacere annitimini: nec committite, vt quod paratissimo susceptit animo, vestra socordia aut negligentia intermittere cogatur. Tu vero, clementissime Deus, & animi & corporis vires suffice, vt omnia ad nominis tui gloriam, Scholae nostrae incrementum, & Iuuentutis in vera pietate informationem feliciter cedant & dirigantur, atque ex hac Schola nunquam non prodeant viri qui Ecclesiae salutem, & Reipublicae authoritatem tueri, & propugnare possint. P. P. Lub. anno M. DC. LIV. III Id. Nouembr.

Tabulae Hannekenianae, paulo ante laudatae, hodieque superstant. Quam male quosdam habuerit cessans earum tempore Hinckelmanni vsus, legi potest in Act. Minist. T. VII. f. 13. a. b. 17. b. Neque solum Tabulae, sed ipsa etiam *Hannekeniana Grammatica* in nostro Gymnasio fuit vsurpata. Docet hoc iterata eius editio, cui hic praefixus titulus: *Grammatica Hebraea cum Tabulis Synopticis viri admodum reu. & excellentiss. D. Menonis Hannekenii, SS. Theol. Doct.*

Doct. & Eccles. Lubecens. Superintendentis grauissimi, in gratiam Scholarum auctior, & noua forma, eaque Tabulis accommodata, edita, accurante M. Henrico Bangerto. Lubec. 1660. fol. Dedicauit hanc editionem Bangertus toti venerabili Ministerio, & post laudatam, ob summum vsum, depulsa barbarie, Hebraeae linguae instaurationem, *Sicut igitur*, inquit, *aeterno digni encomio censendi illi Magistratus sunt, qui exemplo Caroli M. iubent, vt in publicis scholis, praeter ceteras, etiam Hebraea lingua discentibus proponatur: sic illos praeclare de re literaria pariter & Christiana mereri existimandum est, qui imitatione Capnionis, istius trium linguarum Phoenicis, vt Erasmus appellat, contra contemptum sanctae linguae depugnant, & summam eius dignitatem & necessitatem, quibus possunt modis, inculcant. In his merito numeramus Virum pl. reuerend. ampliss. & excellentiss.* Menonem Hannekenium, *ss. Theol. Doctorem celeberrimum, & iam Superintendentem Ecclesiae Lubecensis vigilantissimum, Patronum ac amicum meum honoratissimum. Qui non modo, praeter Theologiam, etiam Hebraeam linguam annos viginti in florentissima quondam Marpurgensi Academia summa dexteritate & eximio cum fructu docuit, verum etiam linguae eiusdem praecepta methodo concinna & succincta complexus, in gratiam discentium, potissimum tamen eorum, qui tunc se ei erudiendos in illa tradiderant, in lucem emisit. Cuius libri cum propter distracta exemplaria iteranda iam esset editio, voluit Vir boni publici amantissimus, vt, cum munus Hebraea docendi iam mihi in Lyceo nostro iniunctum sit, illum recensitum*

Digitized by Google

tum denuo publici iuris facerem. Prodit igitur ille non auctior modo, sed & correctior, & nitidioribus typis, eaque forma, quae Tabulis accommodata, adeoque talis, qui singulari cum fructu discentium in scholis proponi, & legi a studiosis huius linguae possit. Ceterum Hannekenius etiam ob redditum Athenaeo nostro studium Hebraicum a Wasmutho valde est laudatus. Locum dedi iam Athen. Lubec. P. III. p. 528.

§. XVI.

An. 1656 mense Novembri factus & Collegis traditus est nouus *Recessus*, in quo varii defectus, in cultu sacro, vita & moribus discipulorum, institutione ac studiis obseruati vt emendentur, seuere praecipitur. Extat manu scriptus T. VI. P. I. Act. Min. f. 205 — 213. Typis vero etiam est excusus & Recessui de an. 1662 (de quo mox) annexus.

§. XVII.

An. 1662 lucem viderunt *Euangelia & Epistolae Dominicorum ac Festorum dierum, cum nonnullis Lectionibus aliis, tam ex veteri, quam nouo Testamento, certis temporibus Lubecae quibusdam diebus etiam professis publice explicari solitis, quae in aliis Euangeliorum libris non reperiuntur. Accesserunt Districha Iohannis Stigelii Dominicalibus, & Bernhardi Bomgardii Festivalibus Euangeliis praefixa. Omnia Graece & Latine diligenter edita. Pro Schola Lubecense.* Lubec. 8. Additae sunt quatuor vniuersalium Conciliorum, Nicaeni, CPolitani primi, Ephesini & Chalcedonensis Ἐκθέσεις πίστεως, veluti Euangelicae doctrinae Summae.

Digitized by Google

§. XVIII.

Eod. an. 1662 prodiit Receſſus hoc titulo: *Receſſus nouiſſimus pro emendandis corrigendisque defectibus Scholae Lubecenſis, item Leges de officiis Praeceptorum & Diſcipulorum de Anno 21 & 28, ſambt darauff erfolgeten übrigen Viſitations- und andern Receſſen de Anno 30 & 56. Iuſſa Ampliſſimi Senatus recognitus & publicatus.* Lubec. 8. Edita hoc anno ſimul eſt *Noua Oeconomia, ſiue Diſtributio Lectionum & Exercitiorum, quae in Schola Lubecenſi proponuntur ſecundum horas & dies per Claſſes ſingulas.* Quae Oeconomia licet non pauca complectatur, quae hodie multo aliter ſe habent, tamen quia ad hiſtoriam huius temporis ſcholaſticam omnino pertinet, integra ob raritatem hic eſt inſerenda & conſeruanda. Ita vero habet:

EXERCITIA CLASSIS SEPTIMAE.

Diebus Lunae & Veneris.

Matut.
7 Lectio.
8 Auſcultatio ad Exercitia Sextae Claſſis.
9 Vocabula & Declinationes.

Pomerid.
12 Pictura literarum docente Calligrapho, & Catecheſeos Germanicae recitatio.
1 Lectio.
2 Auſcultatio.
3 Vocabula & Coniugationes.

Die Mercurii.

Matut.
7 Lectio Euangelii Latino-Germ.
8 Auſcultatio.
9 Catecheſis Germanica cum Pſalmis.

Diebus

Digitized by Google

Diebus Martis & Iovis,

Matut.
7 Lectio.
8 Auscultatio ad Exercitia sextae classis.
9 Vocabula & Declinationes.

Pomeridiana conveniunt cum diebus Lunae & Veneris.

Die Saturni.

Matut.
7 Lectio Evangelii & Epistolae Latino-Germ.
8 Auscultatio.
9 Repetitio Catech. Psalm. & Vocabulorum.

Pomerid.
12 Pictura literarum & Modulatio Hymnorum funebrium.
1 Lectio Evangelii Latini.
2 Templum petitur.

EXERCITIA SEXTAE CLASSIS.

Diebus Lunae & Veneris.

Matut.
7 Lectio & Vocabula.
8 Paradigmata Declinationum & Recitatio Nominis & Pronominis.
9 Analysis Grammatica.

Pomerid.
12 Pictura literarum docente Calligrapho, & Catecheseos Germanicae recitatio.
1 Paradigmata Coniugationum.
2 Vocabuli & Recitatio Verbi, vel Participii.
3 Auscultatio.

Die Mercurii.

Matut. 7 Lectio scriptae Analysis.
8 Catechesis Germanica cum Psalmis.
9 Analysis Grammatica.

Diebus Martis & Iouis.

Matut. 7 Lectio & Vocabula.
8 Paradigmata Declinationum & Recitatio praeceptorum Donati.
9 Analysis Grammatica.

Pomeridiana conueniunt cum diebus Lunae & Veneris.

Die Saturni.

Matut. 7 Repetitio Vocabulorum & Emendatio scriptae Analysis.
8 Repetitio Catech. Psalm. & picturae literarum inspectio.
9 Analysis Grammatica.

Pomerid. 12 Pictura Literarum & Modulatio Hymnorum funebrium.
1 Lectio Euang. Latini & interpretatio breuis dicti cum Analysi.
2 Templum petitur.

EXERCITIA QVINTAE CLASSIS.

Diebus Lunae & Veneris.

Matut. 7 Donati praecepta, notata cum Declinationibus.
8 Initia compositionis Latinae.
9 Vocabula.

Pictu-

Pomerid.
12 Pictura literarum docente Calligrapho, & Musicae initia.
1 Colloquium lib. 1. & 2.
2 In coniugandis phrasibus exercentur.
3 Colloquiorum lib. 1 & 2 cum genesi.

Die Mercurii.

Matut.
7 Syntaxis, Praeterita.
8 Initia compositionis Latinae.
9 Emendatio compositionis.

Diebus Martis & Iouis.

Matut.
7 Donati praecepta, notata cum Coniugatione.
8 Initia compositionis Latinae.
9 Tirocinium Latinae linguae.

Pomeridiana conueniunt cum diebus Lunae & Veneris.

Die Saturni.

Matut.
7 Repetitio Catech. Psalm. & Praeteritorum.
8 Exercitia ex Colloquiis.
9 Emendatio Exercitiorum.

Pomerid.
12 Musica Choralis & pictura literarum.
1 Euangelici dicti interpretatio cum Analysi Etymologica.
2 Templum petitur.

EXERCITIA QVARTAE CLASSIS,

Diebus Lunae & Veneris.

Matut.
7 Praecepta Donati omnia & singula,
8 Colloquiorum lib. 3. 4 & 5.
9 Exercitia Styli.

Pomerid.
12 Pictura literarum docente Calligrapho, & Musicae initia.
1 Epistolae Ciceronis breuiores.
2 In coniugandis phrasibus exercentur.
3 Epistolae Ciceronis breuiores cum genesi.

Die Mercurii.

Matut.
7 Catech. Lat. cum interpret. Psalm. &
8 Compend. Theolog.
9 Exercitiorum compositio.

Diebus Martis & Iouis.

Matut.
7 Syntaxis Donati cum Exemplis.
8 Colloquiorum lib. 3. 4 & 5.
9 Exercitiorum compositio.

Pomeridiana conueniunt cum diebus Lunae & Veneris.

Die Saturni.

Matut.
7 Repetitio Catech. Psalm. & compendii Theol.
8 Exercitiorum emendatio.
9 Exercitiorum compositio.

Musica

Pomerid.
12 Musica Choralis & pictura literarum.
1 Euangelii totius interpretatio cum Analysi Syntactica.
2 Templum petitur.

EXERCITIA TERTIAE CLASSIS.

Diebus Lunae & Martis.

Matut.
7 C. Grammaticae praecepta de Etymologia.
8 S. Terentii Comoediae cum genesi, vel imitatione.
9 C. Colloquia Helvici cum imitatione.

Pomerid.
12 C. Exercet Musicam figuratam, per tres classes.
1 P. Ciceronis de Amicitia, vel Paradoxa cum imitatione.
2 C. Grammaticae Praecepta de Praeteritis & Supinis.
3 S. Terentii Comoediae cum imitatione.

Die Mercurii.

Matut.
7 C. Nomenclat. & Cateches. cum Compendio Theologico.
8 C. Exercitia proponit extemporanea.
9 C. Exercitia emendat, & semper adest.

Die Iouis.

Matut.
7 C. Syntaxis.
8 C. Colloquia Helvici.
9 S. Epistolae Ciceronis cum imitatione.

Digitized by Google

Pomerid.
12 C. Exercet Muſicam figuratam per tres claſſes.
1
2 P. Sententias illuſtres, cum imitatione.
3 C. Erasmi de Ciuilitate morum, vel ſimile quid.
P. Sententias illuſtres.

Die Veneris.

Matut.
7 C. Syntaxin.
8 C. Colloquia Helvici.
9 S. Epiſtolas Ciceronis cum imitatione.

Pomerid.
12 C. Exercet Muſicam figuratam per tres claſſes.
1 S. Arithmeticam cum Geometriae initiis.
2 C. Syntaxin.
3 P. Sententias illuſtres.

Die Saturni.

Matut.
7 C. Catechismum Lutheri cum Compendio Theologico.
8 C. Exercitia ſe praeſente compoſita.
9 C. Emendat.

Pomerid.
12 C. Muſic. Choral.
1 S. Evangelii Graeci Lect. & Interpret. Latin.
2 Templum petitur.

EXERCITIA SECVNDAE CLASSIS.

Diebus Lunae & Martis.

Matut.
7 C. Grammaticae praecepta de Etymologia
8 S. Terentii Comoedias cum geneſi vel imitatione.
9 S. Proſodiam & Ovidium.

C. Exer-

Pomerid.
12 C. Exerceat Musicam figuratam, per tres Classes.
1 P. Ciceronis de Amicitia, vel Paradoxa cum imitatione.
2 C. Grammaticae Praecepta de Praeteritis & Supinis.
3 S. Terentii Comoedias cum imitatione.

Die Mercurii.

Matut.
7 C. Nomenclator.
8 P. Exercitia Prosae extemporanea.
9 S. Versus.

Die Iovis.

Matut.
7 C. Syntaxin.
8 P. Grammaticam Graecam.
9 S. Epistolas Ciceronis cum imitatione.

Pomerid.
12 C. Exercet Musicam figuratam per tres Classes.
1 P. Sententias illustres, cum imitatione.
2 C. Erasmi de Ciuilitate morum, vel simile quid.
3 P. Sententias illustres, cum doctrina Troporum & Figurarum.

Die Veneris.

Matut.
7 C. Syntaxin.
8 P. Plutarchum, vel Isocratem.
9 S. Epistolas Ciceronis cum imitatione.

Pomerid.
12 C. Exercet Musicam figuratam per tres Classes.
1 S. Arithmeticam cum Geometriae initiis.
2 C. Syntaxin.
3 P. Sententias illustres, vt supra.

Die Saturni.

Matut.
7 C. Catechismum Lutheri cum Compendio Theologico.
8 P. Exercit. prosae orationis meditata.
9 S. Versus.

Pomerid.
12 C. Musicam Choralem.
1 P. Euangelii Graeci interpretatio & Analysis Grammatica.
2 Templum petitur.

EXERCITIA PRIMAE CLASSIS.

Diebus Lunae & Martis.

Matut.
7 P. Officia Ciceronis, adhibita Analysi Logica.
8 P. Disputat. ad vsum Logicum, & breuis repetitio concionum.
9 R. Logicam per exempla & dissertationes ad intellectum praeceptorum.

Pomerid.
12 C. Exercet Musicam figuratam per tres Classes.
1 R. Poëtam Graecum, Homerum vel Hesiodum.
2 S. Horatium vel Virgilium, Grammaticam Graecam.
3 P. Exercitia Graeca.

Die Mercurii.

Matut.
7 P. Linguam Hebraeam.
8 S. Versus Latinos & Graecos alternatim.
9 R. Exercitia Oratoria, secundum Aphthonii Progymnasmata.

Die

Digitized by Google

Die Iovis.

Matut.
7 P. Graecum Oratorem.
8 S. Poëtam Latinum.
9 R. Rhetoricam per exempla & dissertat. ad intellectum praeceptorum.

Pomerid.
12 C. Exercet Musicam figuratam per tres Classes.
1 R. Orat. Cicer. vel breviorem aliam, cum Analysi Logica & Rhetorica.
2 R. Exercitia Styli extemporanea, & Variationes Figurarum.
3 S. Arithmeticam cum Geometria.

Die Veneris.

Matut.
7 P. Oratorem Graecum.
8 S. Novum Testamentum Graecum.
9 R. Rhetoricam per exempla & dissertationes pro exercitio Oratorio nouo in singulas septimanas.

Pomerid.
12 C. Exercet Musicam figuratam per tres Classes.
1 R. Orat. Cicer. vt supra.
2 R. Exercitia Styli extemporanea, & variationes Figurarum.
3 S. Sphaeram.

Die Saturni.

Matut.
7 P. Exercitia Graeca.
8 S. Versus Latinos & Graecos alternatim.
9 R. Compend. Locor. Theologicor.

C. Mu-

Pomerid. | 12 | C. Musiam Choralem, per tres Classes.
| 1 | R. Compendium Ethicum, vel Physicum.
| 2 | Templum petitur.

Ratio informandi sumatur ex Oeconomia veteri, quatenus ea praemisso Senatus Decreto non est emendata.

„Caeterum, vt singulis semestribus magno cum „fructu discipuli ex inferioribus in superiores „classes transferantur, haec in singulis classibus „*Meta* obseruetur.

„Meta Septimae Classis: (1) Exacta lectio. (2) „Catecheseos, (3) Psalmorum, (4) Vocabulo„rum classi huic assignatorum, (5) Paradigma„tum, tum Declinationum, quam Coniugatio„num, recitatio.

„Meta Sextae Classis: (1) Mediocris praece„ptorum Donati, partium declinabilium cogni„tio. (2) Accurata casuum in Nominibus: & „Temporum & Modorum in Verbis distinctio. „(3) Analysis secundum partes declinabiles. „(4) Exacta Vocabulorum & Psalmorum huic „classi assignatorum, nec non Catecheseos re„citatio.

„Meta Quintae Classis: (1) Praeceptorum „Donati, cum Etymologiae, tum praecipuarum, „maximeque in componendo obuiarum Synta„xeos regularum cognitio. (2) Expedita, in pri„mis Tirocinii; post Colloquiorum, ex primo „& secundo libro Corderi, interpretatio. (3) „Vocabulorum sub numero 1. 2. 3, & Cateche„seos, absque interpretatione Dn. D. Lutheri,

Lati-

„Latinae: tum Praeteritorum ſimplicium recitatio. (4) Breuis Periodi Germanicae in Latinum ſermonem, ſecundum regulas in tabula parieti affixa ſcriptas, transpoſitio.

„Quartae Claſſis meta: (1) Exacta totius Donati, quoad Etymologiam & Syntaxin; nec non Praeteritorum & Vocabulorum, ſub numero I. 2. 3. 4 huic claſſi aſſignatorum, tum quoque Catecheſeos Latinae cum explicatione Dn. D. Lutheri, vt & Corporis Dn. Matthaei Judicis cognitio. (2) Accurata Colloquiorum Corderi ex 3. 4. 5 libro: nec non Epiſtolarum Ciceronis a Sturmio collectarum, ſecundum Etymologiam & Syntaxin Donati, reſolutio: & (3) ſecundum plerasque Syntaxeos regulas Donati compoſitio.

„Tertiae Claſſis meta: (1) Mediocris Grammaticae maioris, quoad Etymologiam & Syntaxin, cognitio, (2) Exacta lectionum ex Terentio, Cicerone & Colloquiis Helvici, propoſitarum reſolutio. (3) absque grauioribus erratis, ſecundum communiores regulas, Compoſitio. (4) Principiorum Graecae linguae in Legendo & Declinando perceptio. (5) Perfecta denique totius Nomenclatoris & praeceptorum in Epitome D. Dieterici huic claſſi aſſignatorum cognitio.

„Secundae Claſſis meta: (1) Exacta praeceptorum totius Grammaticae Latinae: (2) Compendii Graeci, (3) nec non Florilegii cognitio. (4) Orationum Iſocritis, πρὸς Δημον. καὶ

Nic.

„Nix. resolutio. (5) accurata secundum praece-
„pta Grammaticae compositio.

„Primae Classis meta, & quidem *Infimi ordinis*:
„(1) pura & elegans in Latinis Graecisq; Com-
„positio. (2) Praeceptorum Logicae, Rhetori-
„cae, vt & Hebraeae Grammaticae delibatio.
„*Medii ordinis*, praeter puram & elegantem com-
„positionem, vbi sensus id ferre videbitur, per
„tropos & figuras amplificatio: & praecepto-
„rum Logicae, Rhetoricae & Grammaticae He-
„braeae mediocris perceptio. *Supremi* vero *or-*
„*dinis*, accurata omnium, quae in prima classe
„traduntur, cognitio: tum Exercitiorum secun-
„dum praecepta Aphthonii dispositio: & in pro-
„sa ligataq; elaboratio.

Ceterum ex Recess. huius an. 1662 notamus, quod in eo §. 13 Rectoris *Collegium priuatum Oratorium* valde laudetur: §. 14. *Poësis Graeca:* §. 15 *Matheseos* diligenter exercenda iniungatur. In *Visitatione*, hunc annum in titulo prae se ferente, §. 5 a Magistratu *scholae clancullariae* seuere interdicuntur, atque *dem Fundamento dieser Schul, der Kirchen-Ordnung gerade zu wider lauffende: zu Verkleinerung, Abbruch und endlichem Verderb der offenen Schulen, gemeiner Education und aller Disciplin gereichende: in guten Regimentern nicht zu duldende, weiln sie keiner inspection unterworffen, und wenig beständiges, so zu gemeinen Nutzen gedeyen und auffkommen möchte, dadurch verrichtet werden kan: für untüchtig, gefehr- und schädlich allezeit geachtete* appellantur.

§. XIX.

§. XIX.

Hoc etiam anno 1662 Bangertus publici fecit iuris *de Magnifici Viri Dn. Antonii Coleri, ICti, Reip. Lubec. Conſulis & Haereditarii in Bleyſtorff &c. Ortu, Vita & Exceſſu Commentationem*, quam celeberr. Goetzius de Conuerſ. Pontif. ex Script. Lutheri & Lutheranor. p. 17 *eleganter admodum ſcriptam* rectiſſime dicit. Conf. Ath. Lub. P. I. p. 65. 142. ſqq.

§. XX.

Anno 1663 duo noui Collegae in ſocietatem ſcholaſticam ſunt cooptati. Primus eſt SAMVEL FRANCK, Stetinenſis, (an. 1633 natus) cui Cantoris munus d. 19. Febr. commiſſum. Ipſe autem die ſequenti Eccleſiae noſtrae Symbolis hac formula ſe adſtrinxit: *Ego Samuel Franck, Stetinenſis Pom., Lubecenſis Scholae Cantor, Formulae huic Concordiae, cum annexis Symbolis, ſubſcribo, amplexurus eam diuina fauente gratia, dum viuo. Lubecae d. 20 Febr. Anno* 1663. Vitam cum morte an. 1679. d. 4 Febr. permutauit. Vid. Mellii Nachr. von Lub. p. 229. Poſt Franckium eodem anno 1663 Scholae Collega a Magnif. Cos. primario, Hermanno a Dorne, adhibito Meiero, Rectore, declaratus eſt ANDREAS LVDERVS, Groeninga-Halberſtadienſis, qui d. 3 Nouembr. ſolemni ritu ſcholaſticum munus coepit: d. 7 Nouembr. Formulae Concordiae ſubſcripſit: d. 20 Dec. 1678 e ſchola terreſtri in coeleſtem commigrauit. Vid. Bangertus in Catal. cit. p. D 4. Mellius l. c. p. 230.

§. XXI.

Digitized by Google

§. XXI.

Octauo Id. April. h. a. *Adamus Laurentius Nicolai*, Lubecensis, *Lessum, carmine heroico Graeco expressum, quo IESV CHRISTO, Salvatori sanctissimo, iusta persoluit*, in Examine publico recitauit, quod Carmen eodem anno Lubec. 4. euulgatum. Vid. Athen. Lubec. P. II. p. 176 sq.

§. XXII.

Anno 1664 fleuerunt Musae nostrae Catharinianae mortem MEIERI, Rectoris sui, d. 12 Febr. defuncti. Luctus interpretes & Collegae (praesertim Bangertus vid. Athen. Lub. P. III. p. 459 sq) & discipuli, laudatus Ad. Laur. Nicolai (vid. Athen. Lub. P. II. p. 167 sqq) aliique numero haud exiguo fuerunt. Graiae in primis Musae causas habebant grauissimas, cur mortem Meieri acerbe deflerent. Quam peritus enim fuerit Meierus Graecarum litterarum, ostendunt *Graeca Carmina* longe elegantissima, quae saepius elaborauit: ostendit Tubingensium iudicium l. c. P. III. p. 183 iam allatum.

CAPVT

CAPVT XVI.

DE *Rectoratu* M. HENRICI BANGERTI.

A. 1664 & 1665.

§. I.

EAm, viuente Meiero, sibi iam compararat eruditionis, dexteritatis, industriae laudem M. HENRICVS BANGERTVS, vt vnusquisque facile posset in spem ingredi, fore, vt si Meierum viuendo superaret, ei quoque defuncto surrogaretur. Impletam voluit hanc spem Magnificus Senatus, & per D. Dauidem Gloxinium, Syndicum, an. 1664. d. 15. Martii Bangertum Rectorem publice renunciauit, constituitq; Vid. Oratt. habitae d. 15 Mart. in Schola Lubecensi, quum Magnificis Dnis Consulibus praesentibus M. Henricus Bangertus Rector renunciaretur. Lubec. 1664. 4. Exponit autem perelegans Gloxiniana Oratio *summam Scholarum Necessitatem*; Bangertina vero *Gentium Scholas* ex antiquitate breuiter quidem, sed erudite, recenset. Auxit actus huius solemnitatem, quod in eodem Bangertus, Rector, IOANNI POLZIO, Subrectori, munus Conrectoris, Magnifici Senatus auctoritate, contulerit, quod munus neruosa *Oratione de Plutarchi Dicto, in quo ad doctrinam solidam consequendam naturam, institutionem & exercitationem requirit*, Pol-

zius auſpicatus eſt. Annexus eſt Orationibus a Gloxinio & Bangerto habitis *Catalogus Rectorum ceterorumq; Collegarum*, quorum vltimus eſt David von der Brûgge, Subrector, quem Catalogum conſignando Bangertus egregie de Athenaeo noſtro meritus eſt. Licet enim nonnunquam nobis fuerit ab eo recedendum, adſcribimus illum tamen optimis ſubſidiis, quibus ad conficiendam hanc Hiſtoriam vſi ſumus. Quare etiam in Cap. vlt. ſ. XXII. eum, ob raritatem, integrum, & ſimul ad noſtra vsque tempora continuatum, reddimus.

§. II.

Praeter inauguralem Orationem, ſcripta a Bangerto, Rectore, edita, quae mihi innotuerunt, ſunt ſequentia:

Programma, in quo varia ex Hiſtoria Ioſephi delibantur. Lubec. 1664. 4. (pl. 2). Inuitauit hoc Programmate (in cuius initio differuit etiam *de inſtaurata poſt barbariem Latina Linguæ*) ad *Orationes de Ioſephi Venditione* Prid. Non. April. habitas a *Valentino Acidalio*, Lubecenſ., *Ioan. Colero*, Lubec., *Mich. Pamprien*, Lubec., *Georg. Balemann*, Lubec., *Menone Hannekenio*, Lubec., *Clement. Sucouio*, Gulzouia-Pomeran., *Io. Petr. Stein*, Lubec., *Adam. Henr. Möllenhoff*, Lubec., *Ioach. Dörnero*, Lubec., *Godofr. Reinholdo*, Oldenburgenſ., *Ioan. Iacob. Ienſſen*, Gruba-Holſat.

Programma de intenſiſſimo, quorundam erga veram Eruditionem Amore. Lub. 1664. 4. (pl. 1½). Praemiſit Orationibus *de Hiſtorici Studii Vtilitatibus* a *Ioan.*

a *Ioan. Colero*, Lubecenſ.; ac *de Ciconia* a *Bernhardo Freſe*, Lubecenſ. d. 14 April. recitatis.

Programma in funere Iohannis Henrichſen, Reip. Lubec. Secretarii. Lubec. 1664. d. 9. Sept. 4. (pl. 3.)

Programma de Verbis Platonis: Ὦ Ξενόκρατες, θύε θεοῖς χάριτιν, *i. e. O Xenocrates! Gratiis ſacra fac.* Lubec. 1664. 4. (pl. 2). Praemiſit *Orationibus de Alexandri M. Succeſſore*, quas d. 20 Octobr. *Meno Hannekenius* Lubecenſ., *Adam. Henr. Möllenhoff*, Lubecenſ., *Io. Petr. Steinius*, Lubec. *Henric. Gryphiander*, Oldenburgenſ., *Ioachimus Dionyſii*, Anclamo Pomeranus, *Ioach. Dorner*, Lubecenſ., *Georg. Chriſtoph. von der Lübe*, Mecklenburg., *Valent. Acidalius*, Lubecenſ., *Sim. Georg. Steinmetz*, Cala-Thüring., *Andr. Zimmermann*, Femarienſ., *Ioan. Frid. Haſenmüller*, Euthino-Holſat. ac *Dan. Lippius*, Lubecenſ. habuerunt. Vti vero hi oratores perſonas *Perdiccae, Nearchi, Ptolemaei, Ariſtoni, Leonnati, Alcetae, Meleagri, Pithonis, Crateri*, repraeſentarunt, ita etiam de his viris Bangertus in Programmate eruditas quasdam dedit Obſervationes Hiſtoricas.

Programma de Ichneumone. Lubec. 1664. 4. (pl. ½). Inuitauit hoc Programmate ad duas Orationes, quarum priorem *Io. Iac. Ienſſenius*, Gruba-Holſatus, *de Ichneumone*; poſteriorem *Adam. Henr. Möllenhoff*, Lubecenſ. *de Prudentia* d. 3. Nov. habuerunt.

Ἐπιτάφιος *memoriae & honori Elſabae, viri integerrimi Hans Francken, Ciuis Lubecenſis & Piſto-*

ris industrii, viduae, ad filium Iohannem Franck, I. V. D. Illae Saxoniae Principis Consiliarium scriptus. Lubec. 1664. m. Nov. 4. (pl. 6½). Scriptum hoc multis rebus commemorabilibus est repletum,

Memoria modestissimi & praestantissimi iuuenis, Simonis Georgii Steinmetz, Cala-Thuringii, Scholae Lubecensis octennium alumni, & Praefecti Chori symphoniaci industrii, mortui 25 Dec. 1664. *sepulti 29 Dec.* 1664. Hanc Memoriam ob scripti raritatem, rei insolentiam & exempli praestantiam hic integram dare, operae pretium existimo. Sic autem scripsit Bangertus:

„Quod testimonium Simoni Georgio Stein-
„metz, iam annos octo discipulo & auditori
„meo charissimo, ad Academiam circa proxi-
„mum Paschatos tempus abituro, impertiri
„constitueram, id nunc ad coelestem acade-
„miam hinc profecto paucis verbis tribuere
„volui, cum id adolescentis probitati debere
„me iudicarem, & benefactores illius accura-
„tis precibus a me contenderent. Puer erat
„annorum trium & decem, cum ab amicis pa-
„ternis (nam pater ipse iamdudum vita decef-
„serat) Simon huc studiorum gratia mittere-
„tur. Patria oppidum Kala est, quod in Thu-
„ringia vno & dimidio miliari a celeberrima
„Iena situm. Oppidi huius Consul Simon
„Schmidt, qui ante triennium mortuus est,
„habebat hic Lubecae ex sorore nepotem, Ie-
„remiam Schubartum, pistorem apud nos
industrium

„induſtrium. Huic Steinmetzium per lite-
„ras accurate commendabat, quem & ſua
„commendatione, & quod ex eodem oriun-
„dus eſſet oppido, illius curam inter peregri-
„nos habiturum ſperabat. Fit enim plerum-
„que, vt illos promtius ope & conſilio iuue-
„mus, qui eiusdem nobiscum gentis ſunt, &
„quos idem natale ſolum nobis commendat.
„Schubartus, ciuis noſter, morum pueri inte-
„gritate & ingenii liberalitate adductus, non
„aliis porro obtrudere illum conabatur, ſed
„ſecum retentum, filiolis ſuis, ſeu paedago-
„gum, ſeu σύντροφον & comitem addebat,
„quibus ille prima literarum elementa incul-
„caret, & in piarum precum formulis edi-
„ſcendis praeiret. His initiis ille ita ſe nouo
„commendauit hoſpiti, vt is eum poſtea omni
„tempore, quo hic ſubſtitit, dimittere a ſe no-
„luerit. In diſcipulorum tertiae claſſis ad-
„ſcriptus numerum, ac tutum & modeſtiae
„ſingularis & ingenii diſcendi perquam cu-
„pidi ſigna dedit. Ex quo factum, vt a nul-
„lo diſcipulorum, quos quidem in eadem
„claſſis decuria habebat συμφοιτητὰς, ſupe-
„rari ſe aut obſequii facilitate, aut in literis ca-
„piendis auiditate pateretur, eſſetque propte-
„rea magiſtris ſuis omnibus ſemper perquam
„charus. Atque haec diſcendi cupiditas mire
„in ipſo augebatur, cum ante annos aliquos
„ad claſſem primam Scholae noſtrae transfer-
„retur. Cum enim ea iam in literis diſcendis
„feciſſet tyrocinia, vt magiſtrorum iudicio

„dignus reputaretur, qui ſupremae claſſis „praelectiones audire cum fructu poſſet, ad „eam poſt Examen publicum vernum anno „1660 promotus eſt. Ibi vero quaſi in nouam „virtutis & diligentiae palaeſtram introdu„ctus, non ſegniter depugnauit. Magiſtros, „qui in ea claſſe Latinae & Graecae linguae „auctores exponunt, aſſidue audiuit, priua„taque induſtria in vtraque lingua ex illis ex„cerpſit ea, atque in lemmata digeſit, quae „prae ceteris vſui ſibi aliquando fore exiſti„mabat. Duo huic rei deſtinabat volumina, „quorum alteri ea, quae ad phraſeologiam „atque ad ſermonis elegantiam referuntur: al„teri ſententias auctorum grauiores, rheto„rum connectendi, transeundi & alias for„mulas, ex Oratoribus, Poetis & Hiſtori„cis, inferebat. Induſtria hac conſecutus „erat, vt metra varii generis non inepta pan„geret, & Orationes ex mea diſpoſitione con„ſcriberet, quarum vnam, quae erat Pithonis „in Actu Oratorio de Alexandri M. ſucceſſore, „die vigeſimo Octobris huius anni, publice „habuit. Quo tempore & Carmen de Infan„ticidio Herodis a ſe concinnatum publice re„citaturus erat, niſi & tempore tunc fuiſſet ex„cluſus, quod trium diſcipulorum carmini„bus audiendis deſtinatum erat, & poſtea „morbi paulatim ingraueſcentis malignitate „impeditus fuiſſet. Hebraicarum literarum „perquam ſtudioſus erat. Catecheticis meis „praelectionibus frequens etiam intererat.

Quod

„Quod enim ad Theologica ſtudia adiungere „aliquando animum conſtituiſſet, nec He„braei ſermonis notitia carere ſe poſſe, recte „iudicabat, & Catecheſios a Dieterico, Theo„logo egregio, conſcriptae, rudimenta an„te percipienda ſibi fideliter eſſe, quam di„ſputationes academicas quondam frequen„taret, non ignorabat. Non oſcitanter, aut „perfunctorie conciones ſacras, quae ex ſug„geſtu habentur ad populum, audiebat, non „nugabatur, non aliena tractabat in ſacro il„lo loco, in quo diuina panduntur oracula, ſed „ea animi attentione ab ore dicentis pende„bat, vt conciones integras, ſi poſſet, retineret. „Ideo ſemper commentariolos, ſeu codicillos „habebat in promtu, in quibus capita con„cionis & primaria dicta adnotaret, quae, do„mum reuerſus, quantum memoria ſugge„rebat, in iuſtam concionis formam redegit. „Supereſt integrum, idque ſatis craſſum, il„larum concionum volumen, quas aliquot „annis ex ore ſacrorum antiſtitum exceptas „eo ordine, quo quaeque habitae ſunt, de„ſcripſit, ſiue vt illis legendis & repetendis „pietatem exerceret ſuam, ſiue etiam, vt iis „ipſe aliquando, ſi in ſacrum ordinem adſcri„ptus eſſet, in docendo vteretur. Natura „ad Muſicam ferebatur. Quantum igitur „ſtudiis magis ſeriis ſuffurari poterat tempo„ris, Muſicorum praeceptis cognoſcendis & „recte canendi ſcientiae tribuebat. Libentius „enim in illis ſolemus elaborare ſtudiis, ad

„quae naturali aliqua rapimur propenſione.
„Multo etiam felicius ſuccedunt, quae ab illa
„εὐφυΐᾳ dependent & proficiſcuntur, quam
„quae inuita Minerua tentantur; in quibus
„cum diu deſudaueris, parum praeclari ta-
„men praeſtiteris. Hac ſolertia indeptus eſt
„non vulgarem artis iſtius cognitionem. Nam
„& recte ad Muſicorum leges cecinit, & Mu-
„ſica quaedam inſtrumenta non inſcite & iu-
„cunde pulſauit, obtinuitque, vt & a Muſicis
„peritiſſimis amaretur, & choro noſtro ſym-
„phoniaco moderando praeficeretur, quo mu-
„nere ſine cuiusquam querela integre fun-
„ctus eſt. Atque hanc quidem ſtudiorum
„ipſius rationem, quam apud nos ſecutus eſt,
„fuiſſe conſtat. Vita vero talis ſemper fuit,
„vt modeſtiam ipſius ego meique Collegae,
„qui publice mecum docent, non potuerimus
„non probare, atque in ea acquieſcere. An-
„nis octo, quibus limina Gymnaſii noſtri tri-
„vit, nec ſocordia, nec contumacia, nec fa-
„cto vllo me vnquam offendit. Quin potius,
„quoties obſeruauit, diſcipulorum alios do-
„centibus non obtemperare ſemper, & haud
„raro moleſtos eſſe, domum reuerſus hoſpi-
„ti ſuo non ſine animi indignatione conque-
„ſtus eſt, eſſe, qui Praeceptorum labores gra-
„viſſimos & in inſtituendo fidem nullo alio
„penſent praemio, quam in ſtudiis quidem
„tractandis negligentia, in moribus vero pro-
„teruia & contumacia. Hoſpes, cuius liberis
„tribus pietatis ſemina & literarum inculca-
bat

„bat prima rudimenta, hoc diſerta voce ei „defert teſtimonium, octennio toto horam „nullam in inſtituendis ſuis liberis neglexiſſe, „nunquam ipſum, aut heram vel verbulo of„fendiſſe, noctem nullam domo abfuiſſe, ſta„ta hora cum diſcipulis cubitum iuiſſe & con„ſurrexiſſe iterum. Modeſtia ſemper in eo „obſeruata ſingularis eſt. Iniurias condiſci„pulorum, qui in choro ipſum Praefectum „atque praecentorem habebant, deuorare „malebat, quam illis deferendis, Magiſtris „moleſtus eſſe; vt per alios potius, quam per „ipſum reſciſcere neceſſe habuerim, quicquid „immodeſtia aut proteruia aliorum in ipſum „peccaſſet. Cum mater vidua, in tenui ad„modum re, nulla filio ſtudiorum ſubſi„dia poſſet ſubmittere, ille hoſpitis ſui be„nignitate victitauit ſemper, & illa pecunia, „quae bis per hebdomadem in choro colligi„tur, & de qua cuique pro canendi peritia ſua „portiuncula ſuppeditatur, libellos, veſtes, „ceteraque, quae ad cultum corporis ſunt ne„ceſſaria, comparauit. Morbi genus primum „lentum fuit. Nam annum ferme conque„ſtus eſt de laeui pectoris doloribus. Quid „vero mali ibi contraxerit, vix Medicorum, „quos adhibuit experientiſſimos, induſtria „indagari potuit. Sumpſit tandem vires ma„lum, & accesſit noüisſime febris continua, „maligna admodum, quae ita dies integros „quatuordecim omnes illius attriuit atque ex„hauſit vires, vt ſub medici diligentiſſima cu-

„ra tamen defecerit, & tandem inter pias ad „Deum preces praesentibus domesticis & non„nullis condiscipulorum, noctu ante Nata„lem Domini, inter duodecimam & primam „pie obdormiuerit, cum vixisset annos vnum „& viginti. Extrema oratione ad vos me „conuerto, Discipuli dilecti. Vos, qui Stein„metzium tot annos commilitonem, certe „non ignauum, qui aut propter socordiam, „aut ob laboris fugam ducem suum sequi no„luerit, sed industrium & solertem, in Mu„sarum habuistis castris, illiusque vitam „omnem & studiorum rationem praesentes „cognouistis, legite vestigia Steinmetziana, „hoc est, sectamini pietatem, studete morum „integritati, obtemperate docentibus, lite„ras summa cum cura & methodo recta tra„ctate. Docentes ab Hebraeorum magistris „(*) etiam aedificantes, seu aedificatores ap„pellantur. Patimini vos erudiri, exasciari „atque exaedificari, vt quondam litis partes „elegantissimi aedificii Christianae Ecclesiae. „Cogitate, vos non in licentiae fano, (verba „legis nostrae, hisce diebus vobis recitatae & „a me explicatae, vobis ingero) aut desidiae „taberna, sed sancti Spiritus officina versari. „Terrent in studiis subeundae molestiae? de„vorandae illae generosa patientia sunt. Mol„les illi, delicati & degeneres eiusmodi terri„culamentis a studiis retrahi se patiuntur, non item

(*) Vide Io. Drusium lib. 1 Praeteritor. ad Matth. XXI. 42.

Digitized by Google

„item illi, qui per laborem eniti ad virtutis „collem ſtudent. Inuia virtuti nulla eſt via: „ſic nulla diligentiae, nulla labori, qui omnia „vincit. Diſcipuli eſtis, aut certo videri vul„tis. Ecquid igitur detrectatis id praeſtare, „ſine quo nemo hoc nomine dignus eſt? Quin „potius, qui nihil minus, quam quod diſcipu„li eſt, facere cogitas, abiice ſanctum diſci„puli nomen, & res tuas tibi habe. Aut muta „nomen, aut eſto, quod nomine profiteris. „Otium ſi amatis, amate non ſupinum illud, „ſocors & languidum, ſed quod crebra lectio, „frequens meditatio, ſaepe repetita exercitia „& antelucana induſtria alunt perficiuntque. „Quod ſi promte praeſtiteritis, (credite pater„nae admonitioni & vaticinio non falſo) futu„rum eſt, vt conſilii & operae impenſae nun„quam poeniteat, atque olim ad functiones „cum dignitate & laborum praemiis obeun„das adhibeanimi. E muſeo 29 Dec. exeun„tis anni 1664.

Huic Memoriae Carmina, Steinmetzium valde laudantia, Bangerti Collegae, *David von der Brügge*, Subrector, *Samuel Franck*, Cantor, *Iulius Tribbecho* & *Andreas Lüderus* adiecerunt. Ne quid de commilitonibus dicam, quorum haud pauci Carminibus lugubribus iuſta ei perſoluerunt, Vtinam Chorus noſter Symphoniacus ſemper haberet meros Steinmetzios!

Program-

Programma in funere Henrici Saffii, Senatoris & Camerarii. Lubec. 1665. 24 Febr. 4. (pl. 1). Conf. Ath. Lub. P. I. p. 260 ſqq.

Programma in funere Catharinae, Ioachimi Peterſen, I. V. D. & Aduocati, vxoris. Lubec. 1665. d. 7 Mart. 4. (pl. 1).

Programma ad Orationes de Litterarum Studiis. Lubec. 1665. 4. (pl. 1). Delineatur hoc Programmate actus oratorius, in quo d. 16 Mart. de doctrina ſolida neceſſaria *Ioachimus Dorner*, Lubecenſ., *Georg. Balemann*, Lubec., *Sebaſt. Bacmeiſter*, Ratzeburg., *Ioan. Hudemann*, Krempa-Holſatus, *Meno Hannekenius*, Lubecenſ., *Ad. Henr. Möllenhoff*, Lubec., *Iuſt. Chriſtoph. Schomerus*, Lubecenſ., *Georg. Chriſtoph. von der Lübe*, Nobil. Mecklenb., *Henr. Gryphiander*, Oldenburgenſ., *Daniel Lippius*, Lubec. & *Io. Petr. Steinius*, Lubecenſ. verba fecerunt.

Programma in funere Chriſtophori Gerdeſii, Georg. F., Chriſtoph. Co. N. nati 1650. 7 *Aug. mortui* 1665. *d.* 9 *April.* Lubec. 1665. d. 13 April. 4. (pl. 2).

Programma de Studiis Theologo neceſſariis. Lubec. 1665. 4. (pl. 1), Inuitauit hoc Programmate ad *Orationes de Vtilitate Linguarum & Artium in Studio Theologico, eiusque Exercitio*, quas d. 18 Mai. *Georg. Chriſtoph. von der Lübe, Men. Hannekenius, Henr. Gryphiander, Georg. Balemann, Ian. Neuhauſen* ac *Valentin. Acidalius* habuerunt.

§. III.

Ad Collegas, qui aderant, cum Bangertus Rector crearetur, praeter iam commemoratos,

DANIEL

DANIEL LIPPIVS & IOACHIMVS SCHEVIVS pertinent. Solus tempore Bangerti accesſit DAVID von der BRüGGE, Subrector, qui an. 1664 d. 16 Maii a Bangerto introductus, in ipſo initiationis actu lectionum δοκιμαστικὴν in Auditorio primae claſſis ex Horat. Carmin. L. I. Od. 24: *Quis deſiderio ſit pudor* &c. inſtituit. *Programma* Bangerti, quo ad hanc Introductionem inuitauit, declarat *Verba Mentii, Philoſophi Sinici: Regi ſummae curae ſcholae ſtudiaque ſunto, vt iuuenes puerique dicto audientes eſſe diſcant, maioresque natu reuereri.* Lub. 4. (pl. 1½). Sequenti die 17 Mai. Brûggius Formulae Concordiae *& mente & manu*, vt ipſius verba habent, ſubſcripſit. Reliqua, quae de Brûggio inueſtigare potui, iam attuli Athen. Lubec. P. I. pag. 104 ſqq. P. III. p. 416.

§. IV.

Infauſtus autem & atro carbone notandus fuit anni 1665 dies Iunii vltimus, qui Bangertum (quem iure dicit *Rectorem perinduſtrium* Goetzius de Conuerſ. Pontific. ex Script. Luth. & Lutheranor. p. 32) Muſis noſtris Catharinianis, imo bonis litteris omnibus immatura morte, per infelicem e curru lapſum, quo factum eſt ipſius crus, ademit: Bangertum, inquam, qui vel ſola Helmoldi editione ita inclaruit, vt Lubeca eo poſſit ſuperbire, tanquam viro, cuius laus & gloria in republica litteraria eſt immortalis. Demonſtrant hoc praeconia a viris praeſtantiſſimis ei delata. Sic Martin Böckelius, Syndicus Lubecenſis excellentiſſimus, in elegantiſſima ad Banger-

Bangertum Epiſtola, editioni Helmoldi praemiſſa, illum nuncupat *virum elegantiſſime doctum ſimulque optimum, & ingenii facilitate & doctrinae copia & iudicii elegantia literatorum vulgus longe ſuperantem.* Conr. Sam. Schurtzfleiſchius in Diſſ. de Reb. Slavic. §. 6. p. 8 eum vocat *ciuem ſuum doctiſſimum atque Polyhiſtorem induſtrium.* Burc. Gotth. Struuio, V. C., iudice, in Epiſtol. Gratulat. ad B. Io. Roddium I. V. L. & Secretar. Lubecenſem, Ien. 1714. 4. pag.)(3, *commendatur adhuc Henrici Bangerti in Helmoldo illuſtrando induſtria, qui licet Südeccae Waldeccorum eſſet natus, multum tamen dedit Hiſtoriae Lubecenſi, dum Gymnaſio praeeſſet, eruendae.* Ioanni Möllero, Rectori Flensburgenſis Scholae clariſſimo in Diatrib. de Helmold. §. 13 audit *omnis literaturae elegantioris ac hiſtoriae in primis, veteris pariter ac modernae, peritiſſimus: artifex formandae iuuentutis eximius, & ſolertiſſimus tot Mercuriorum, e Schola eius, tanquam ex equo Troiano, magno egreſſorum numero, Phidias ac Prometheus.* B. Godofr. Hechtius in German. Sacr. & Literat. p. 419 ſq *multiplicem*, inquit, *variamque lectionem demonſtrauit, & iudicio, quod adhibuit in fabuloſa aetate, optimo ſuſpecta diſtinxit accurate, & obſeruationibus eruditiſſimis profecto tantam Helmoldo & Arnoldo lucem attulit, quanta indigere videbantur.* Idem in Obſeruat. de Buſto Luſatiae antiquiſſimo Miſcell. Lipſ. T. VII. p. 187: *Bangertus, vir rerum, quae aetate media inter Slavos ſunt geſtae, peritiſſimus, atque in antiquitate apprime verſatus.* Addo Henr. Aug. Schumacherum in Conſpect. Waldecc. Literat. p. 30 ſqq

Ban-

Bangerto maximam laudem attribuentem. *Quid dicam*, ait, *de Henrico Bangerto? Hic enim tantus eſt, vt eius meritis mea praedicatio digna reſpondere non poſſit. Ex caſa quidem prodiit, dum Adorffii in lucem ſuſceptus, qui locus obſcurus & paucis notus eſt, verum ideo fama celebratus, quod Bangertum protulerit, qui ſibi ſempiternam nominis famam comparauit — — — In ſchola Mindana cum docendae iuuentutis partes, & Rectoris dignitatem ſuſcepiſſet, praefuit huic muneri optime, & hoc ſemper egit aſſidue & voluit, vt optimarum artium ſtudia florerent, iisque iuuenes imbuerentur. Neque hunc animum remiſit, cum ſcholae Oldenburgicae, & demum Lubecenſis, Rector deſignaretur, quin potius operam ac laborem inſumſit, vt ſe dignum hoc officio gereret, & induſtriae ſpecimen ſemel atque iterum exhiberet. Vix dici poteſt, quam multi iuuenes Lubecae certatim ad eius, non ſecus atque ad Pythagorae & Ariſtotelis cuiusdam, ſcholas confluxerint, & doctrinae fideique ipſius ſe permiſerint, qui omnes tamen fructum inſtitutionis huius cepiſſe ſe, libentes & grati ſunt profeſi.* &c. Plura Bangerti elogia legi poſſunt ap. Mollerum l. c. & in Iſagog. ad Hiſt. Cherſ. Cimbr. p. 440 ſqq. Conf. Athen. Lubec. P. I. p. 13 ſq. 62 ſqq. P. III p. 348 ſqq. Merebatur igitur Bangertus, quem honorifico *Programmate Funebr.* (pl. 1½. 4) Collega ipſius, *Io. Polzius*, Conrector, ornaret, & in eo ipſius vitam (cuius praecipuas rationes inde excerpſi & Athen. Lubec. P. I. p. 62. 63 inſerui) litteris conſignaret. Imo merebatur, qui pro roſtris etiam Gymnaſticis ſolemni ritu laudaretur. Praeſtitit hoc officium

ficium praeceptori optime merito discipulus gratissimus, *Adamus Henricus Möllenhoff*, qui d. 24 Aug. 1665 *Orationem de Ortu, Vita & Obitu M. Henrici Bangerti* habuit solemnem, ad quem actum laudatus Polzius *Programmate de laudando antiquorum instituto Viros de Republica optime meritos debitis ornandi post eorum e vita abitum encomiis* (pl. 1. 4) inuitauit.

§. V.

De *Fatis* ac *Scriptis* Bangerti egi Ath. Lub. P. I. p. 64 sqq. Sed habeo, quae nunc adiiciam. Fatis ipsius addo triste illud, quo ab an. 1642 vsq; ad an. 1656, adeoque intra quatuordecim annos, septem filios morte amiserit. Scriptis editis adiungo *Epistolam de Felicitate beate morientium ad Dn. Pet. Flüggen, Sereniss. Princip. Mechlenb. Praefectum Schönebergensem, in funere Elisabethae, filiae*, Lubec. 1661. 4. (pl. 1). De *ineditis* obseruo, quod ea possideat vir longe doctissimus, Ioan. Henr. Heubelius, designatus Histor. & Iuris publici in Acad. Kilonienſ. Professor & Historicus Slesvico-Holsaticus, iis instructus subsidiis & requisitis, vt sperem, Germaniam posse eum aliquando Galliae Mabillonio opponere. Ille vero an. 1720. d. 4 Aug. mihi retulit, quod Bangerti *Historiam Lubecensem*: *Helmoldum cum Notr. MSS. & Consilio de edendo rursus Helmoldo*: Ἰδιοβιογραφίαν: *ac Epistolas ad Micraelium, Sagittarium, & plures viros doctos, horumq; ad Bangertum Epistolas* inter χειμήλια sua asseruet, simulque quae est ipsius humanitas, promisit, se mihi ea non esse

esse denegaturum, quae nouae, quam molior, Helmoldi editioni queant inseruire.

§. VI.

Tria, quod aiunt, addo de scripto Bangerti posthumo, scilicet *Programmate de Eloquentia, eiusque Vi.* Lubec. 1665. 4. (pl. 2). Composuerat hoc Programma paullo ante obitum, inuitaturus ad *Valentini Acidalii*, supra iam commemorati, *Orationem Valedictoriam de Molestia cum vera Silendi ratione coniuncta.* Cum autem mors opinione citius Bangertum oppressisset, recitata est d. 11 Iul. Oratio auspiciis *Ioannis Polzii*, Conrectoris, qui Bangertinum Programma actui huic publico praemisit.

CAPVT XVII.

DE

Rectoratu

HERMANNI NOTTELMANNI.

A. 1666 — 1674.

§. I.

LAudatissimus Bangerti successor fuit HERMANNVS NOTTELMANNVS, Flotha-Westphalus, quem natum esse an. 1626. didicisse tum in aliis, tum praecipue in Osnabrugensi Athenaeo, & postea Helmestadii ac Lipsiae, consecutum porro munia Profesſo-

ris ac Inſpectoris Academiae Equeſtris Luneburgenſis, (1) tandemque an. 1666. d. 10 Mai. Gymnaſii noſtri Lubecenſis Rectorem eſſe conſtitutum, docui iam Athen. Lubec. P. I. p. 14. 70 ſqq, vbi alia etiam de Nottelmannianis meritis annotaui. Hic addo primum, quod, licet iuridicum ac politicum ſtudium ſit amplexus, non dubitarit tamen, Libris Symbolicis an. 1666. d. 3 Sept. ſe adſtringere. Deinde pleniorem ſcriptorum a Nottelmanno, Rectore Lubecenſi, editorum notitiam dare operae pretium arbitror. Quae autem mihi licuit inueſtigare, ſunt

Programma de Affectibus moderandis, Lub. 1666. 4. (pl. 1½). Praemiſſum eſt *Orationi de cohibenda Ira*, quam d. 21 Iun. habuit *Io. Petr. Steinius*, Lubecenſis.

Programma de Ornamentis quibusdam Lubecae. Lub. 1666. 4. pl. 1. Inuitauit hoc Programmate ad audiendum *Paupertatis Encomium*, quod d. 28 Iun. *Daniel Lippius*, Lubecenſis, publica Oratione celebrauit.

Programma de Gymnaſiis Veterum. Lub. 1666. 4. (pl. 1). Praemiſit Nottelmannus *Exercitationibus Oratoriis* d. 25 Octobr. inſtitutis, quas ipſe ſub

(1) Duo vidi Nottelmanni Programmata Luneburgenſia, in forma quam patentem vocant, edita. Priori an. 1662. d. 23 Febr. ſcripto ad *Henr. Wilhelm. Balthaſ. a Weihe* Orationem *de Lenitatis ac Seueritatis ſalutari in Imperante temperamento*: poſteriori an. 1663 IV Kal. Novembr euulgato ad *Chriſtoph. Adolph. a Wangenheim* Orationem *de defendenda Patria* Auditores inuitauit.

Digitized by Google

ſub finem his verbis delineauit: „Periclita„buntur ingenii ſui vires egregii iuuenes, & „ſuſceptis *Caeſaris* partibus, *Brutum* quidem, „tanquam *Parricidam*, primo loco accuſabit „*Iuſtus Chriſtophorus Schomerus*; Contra *Bruti In*„*nocentiam* in ſtatu coniecturali, ſeu inficiali, „negando factum, defendet *Gerhardus Grüne*„*wald*; Sed a fratre, quicum alias concordis„ſime viuit, hic protinus diſſentiet, & factum „non negando, ſed approbando, *Iuſtitiam* eius „in ſtatu iurediciali demonſtrabit *Paulus Grü*„*newald*. Quae vt clarius elucescat, de voce „ipſa ſollicitus, non parricidam appellandum, „ſed *Tyrannicidae* nomine ornandum eſſe Bru„tum, in ſtatu definitiuo eleganter oſtendet „*Gotthardus Marquart*.

Programma in funere Gotſchalci a Wickeden, Reip. Lubec. Conſulis, Haereditarii in Caſtorff & Weſſloh. Lub. 1667. d. 11 Ian. fol. (pl. 2).

Programma de Cicerone in primis legendo. Lub. 1667. 4. (pl. 1). Praemiſit Orationi publicae *de Virtutibus Imperantium* a *Gothardo Marquardo* d. 15 Maii recitatae.

Programma de Differentia inter antiquos & hodiernos Germanos. Lub. 1667. 4. (pl. 1). Praemiſit *Orationi de praecipuis antiquorum Germanorum Virtutibus.* d. 13 Iun. a *Iuſt. Chriſtoph. Schomero*, Lubecenſ., habitae.

Programma de Exercitiorum Oratoriorum ſumma Vtilitate. Lub. 1667. 4. (pl. 1). Praemiſit Orationi publicae d. 20 Iun. habitae, qua *Ioan. Her*

man. Hesſius, Lubecenſis, *Comparationem inter Macrocosmum & Microcosmum* inſtituit.

Programma de Oratione Moribus Oratoris conueniente. Lub. 1667. 4. (pl. 1). Inuitauit hoc Programmate ad Actum Oratorium *de diuerſis Humanae Vitae Aetatibus*, prid. Calend. Novembr. habitum; in quo *Infantiae* laudes *Nicol. Owmannus*, Holſatus; *Adoleſcentiae*, *Ioan. Möllenhofius*, Lubecenſis; *Virilis Aetatis Ioachimus Bentzingius*, Lubecenſis, *Senectutis* autem *Chriſtoph. Antonius Eraſmi*, Lubecenſis, celebrarunt.

Programma de monito: Γνῶθι σεαυτόν. Lub. 1668. 4. (pl. 1). Praemiſſum Orationibus publicis, quas *de Hercule in bivio Voluptatis ac Virtutis haerente* d. 12. Mart. *Io. Paul. Heinrichſen*, *Io. Wilh. Peterſen*, *Bartold. Botſaccus*, Lubecenſes, recitarunt.

Programma de Amore in Patriam. Lub. 1668. 4. (pl. 1). Praemiſit Orationi publicae *de praecipuis Lubecae Laudibus*, d. 7 Mai. a *Ioan. Mathaeo Embke*, Lubecenſi, habitae.

Programma de Viuendi Regulis. Lub. 1668. 4. (pl. 1). Inuitauit hoc Programmate ad Orationes, quas *Ioan. Möllenhoff*, Lubecenſis, *de Symbolo C. Iulii Caeſaris*: *Si ius violandum, regnandi cauſa violandum eſt; in ceteris pietatem colas*, nec non *Chriſtianus Tribbecho*, Lubecenſ. *de Symbolo Octav. Auguſti*: *Feſtina lente*, VI. Kal. Nov. habuerunt.

Programma de Laudis Honorisque Deſiderio, omnibus fere

Digitized by Google

fere communi. Lubec. 1668. 4. (pl. 1). Praemissum est *Frid. Ioachimi Langelott* Orationi *de vera Laude, ex sola Virtute petenda,* XIII Kal. Dec. habitae.

Programma in funere Iustinae Eleonorae Mentzeriae, D. Balthas. Mentzeri Filiae, D. Menonis Hannekenii Coniugis. Lubec. 1669. 4 Febr. 4. (pl. 1).

Programma de Vi Exercitationis. Lub. 1669. 4. (pl. 1). Praemisit Orationibus, quas d. 1 April. *Ioan. Christianus ab Hatten, Holsat. de Symbolo Tiberii: Boni pastoris est, tondere pecus, non deglubere;* *Ioan. Anton. Neukrantz,* Lubec. *de Symbolo Caligulae: Oderint, dum metuant;* *Franc. Henr. Pingeling,* Westphal., *de Symbolo Claudii: Generis virtus, Nobilitas,* *Ioach. Gisaeus,* Holsat. *de Symbolo Neronis: Artem quaevis alit terra;* ac *Meno Reichius,* Lubec. *de Symbolo Galbae: Miles legendus, non emendus,* habuerunt:

Programma de Concordia. Lub. 1669. 4. (pl. 1). Inuitauit hoc Programmate ad Orationes publicas d. 15 April. habitas, de quibus p. 8 ita: „Debitum patriae suae pietatis officium ex„soluent quatuor ingenui iuuenes (Concor„diae quadrigas dixeris) Academiae Candi„dati. Quorum primus *Bartholdus Botsaccus,* „Discordiam e patria eiectam in perpetuum „exilium mittet. Alter, *Iohannes Wilhelmus Pe„terſen,* Concordiam ab exilio reducem laetis

„ominibus excipiet, inque patriam reducet. „Tertius, *Iohannes Paulus Henrichſen*, luſti„tiam Concordiae recens introductae nouo „foedere coniunget. Quartus autem, *Meno „Reichius*. dulciſſimae patriae de tantis bene„ficiis gratulabitur, gratias aget, dicetque „non vltimum vale.

Programma de Symbolis quorundam Imperatorum. Lub. 1669. 4. (pl. 1). Orationibus publicis, d. 28 Octobr. habitis, á *Ioan Reimaro*, Lubec. *de Symbolo M. Salvii Ottonis*: *Vnus pro multis*; *Nicol. Ienſenio*, Holſat. *de Symbolo Auli Vitellii*: *Optime olet occiſus hoſtis, & melius ciuis*; nec non *Bernhardo Steinio*, Lubecenſi, *de Symbolo Fl. Veſpaſiani*: *Lucri bonus odor ex re qualibet*, eſt praemiſſum.

Programma de Ingeniorum in cognatis Diſſimilitudine. Lub. 1670. 4. (pl. 1.) Indixit hoc Programmate Actum Oratorium, d. 30 Mart. habitum, in quo *Daniel Haſenmüller*, Vthino-Holſat., *Vitam Aulicam*; *Michael Mutterer*, Rhena-Megapolit., *Militarem*; *Ioan. Chriſtoph Tunder*, Lubecenſis, *Eruditam* commendarunt.

Programma de Mutatione Rerumpublicarum. Lub. 1670. 4. (pl. 1). Praemiſit Orationibus *Henrici Nicolai*, Lubecenſ. *de Virtutibus, quibus Incrementa ſua debent Respublicae*, ac *Ioachimi Giſaei*, Huſani, *de Cauſis, quibus decrescere atque imminui Respublicae ſolent*, d. 5 Mai. habitis.

Programma de Ingeniorum in Fratribus Diſſimilitudine. Lub.

Digitized by Google

Lub. 1670. 4. (pl. 1). Praemiſit Orationibus a *Nicolao Heitzig*, Lubecenſ., *de Symbolo Titi Veſpaſiani*: *Bonus Princeps, Orbis Amor*, ac *Georgio Schröder*, Lubec. *de Symbolo Domitiani*: *Fallax bonum, Regnum*, d. 17 Nov. recitatis.

Programma in funere D. Menonis Hannekenii, Superintend. Lubec. 1671. d. 23 Febr. 4. (pl. 1).

Programma in funere D. Davidis Gloxinii, S. C. M. Conſil. & Reip. Lubec. Conſulis primarii. Lubec. 1671. poſtrid. Calend. Mart. 4. (pl. 1).

Programma in funere Pauli Neucrantzii, Med. D. & Reip. Lubec. Phyſici. Lub 1671. d. 29 Mai. 4. (pl. 1). Conf. Athen. Lubec. P. I. p. 74 ſq.

Programma de Traiani & Hadriani Symbolis. Lub. 1671. 4. (pl. 1). Indicauit hoc Programmate Orationes *Gabrielis Andreae Poggenberg*, Suerinenſ. *de Symbolo Traiani*: *Qualis Rex, talis Grex*; nec non *Georg. Andreae Witkopff*, Lubecenſ. *de Symbolo Hadriani*: *Non mihi, ſed populo*, in ſolemni Actu d. 2 Nov. dictas.

Programma de Educatione Iuuentutis. Lub. 1672. 4. (pl. 1). Praemiſit *Orationibus publicis*, quas *Petrus Bohrſius*, Pomeran. *de Inſtitutione priuata*, ac *Chryſtophorus Chryſius*, Molnenſ. *de Inſtitutione publica* d. 25 April. habuerunt.

Programma in funere Alberti Balemanni, Paſtor Marian. Lub. 1672. d. 29 Iun. 4. (pl. 1). Inſertum

est Goetzii Elogg. German. Theologg. p. 426 sqq.

Programma de Symbolis Antonini Pii & Antonini Philosophi, Lub. 1672. 4. (pl. 1). Praemisit Orationibus, quas *Ioan. Wolfius*, Suerinens. *de Symbolo Antonini Pii*: *Melius est, vnum ciuem seruare, quam mille hostes occidere*, ac *Henricus Michaelis*, Lubecens. *de Symbolo Antonini Philosophi*: *Regni clementia custos* d. 7 Nov. recitarunt.

Oratio Funebris Memoriae D. Menonis Hannekenii, Superintendent. Lubecens. consecrata, & in auditorio maiori Lycei Lubec. publice recitata. Lub. 1673. 4. pl. 5. Actus solemnis, in quo habita haec Oratio, his descriptus est verbis in Act. Minist. T. VI. P. II. pag. 31: *An. 1673. d. 25 Febr. hat der H. Rector Nottelmannus eine Parentationem dem Seel. Hrn. Superint. D. Men. Hannekenio gethan, welche er den 17 Febr. indigitiret hatte, da vor 2. Jahr der H. Superint. war gestorben, aber wegen einiger Beschwerung an den Augen hat ers müssen bis nun her differiren. Sie ist aber sehr wol gehalten, daß jedermann begnüget hat. Und waren zugegen 3 HH. Bürgermeister, die meisten Doctores Iuris & Medicinae, das gantze Ministerium, etliche Herren des Rahts und Canonici, nebenst andern Gelehrten und Studiosis, in dem Auditorio Maiori, da die Catheder und Bäncke oder Tische mit schwartzen Boje bedecket waren, da der Cantor mit etlichen aus der Cantorey und einer Symphoney vorher und nachher musicirte.* Merita Hannnekenii in rem scholasticam his verbis

verbis Nottelmannus praedicat: *Vidimus, quomodo muneris sui partes obierit Hannekenius in Ecclesia; videamus, vt idem fecerit in Schola; cuius ephoriam ab amplissimo Magistratu sibi commissam ita ornavit, vt nihil antiquius habuerit studiis commodisq; iuuentutis. Testes sunt ipsi hi parietes, intra quos eruditissimas saepe* Lectiones, *cum* Hebraicas, *tum* Theologicas, *ex hac ipsa cathedra, iuuentuti quondam instillauit; tanta quidem fide ac perspicuitate, vt sibi maxime gratulentur, quibus id temporis contigit, inter auditores eius nomen suum profiteri. Quid dicam de optimis & diuinis monitis, de salutaribus praeceptis, quibus iuuentutem nostram, in examinibus praesertim, ad pietatem, industriam, aliasq; virtutes inflammabat; a vitiis autem paterno animo dehortabatur? Sic autem admonebat, vt grauitatem comitate misceret; qui est in bonis ingeniis monendi stimulus acerrimus.* Vid. pag. D 4. Conf. Wittenii Memor. Theologor. p. 1699 sqq.

Programma in funere Ioachimi Carstens, I. V. D. Reip. Lub. Syndici primarii ac Consistorii Praesidis. Lub. 1673. d. 20 Nov. fol. (pl. 1).

Programma de Honoribus apud Romanos nonnunquam venalibus. Lubec. 1674. fol. pat. Praemisit Orationibus publicis, quas *Ioannes Homannus*, Magdeburgens. *de Symbolo Didii Iuliani: In Pretio Pretium*; ac *Io. Frid. Emmenius*, Lubecens. *de Symbolo Septimii Seueri: Laboremus*, VII. Id. April. recitarunt.

Programmata de Symbolis Impp. Cocceii Nervae, Aurelii Commodi & Aelii Pertinacis non omisissem, sed suis commemorassem locis, si ex αὐτοψία eadem, frustra quaesita, citare licuisset. Interim quoniam ipse Nottelmannus ad ea provocat, nolui plane nullam eorum facere mentionem.

Tabula Grammatica Analysi Ebraeae inseruiens ad Methodum Schickardianam confecta. Prodiit (in fol. pat.) sine auctoris, loci & anni mentione. Verum autem ipsius auctorem esse nostrum Nottelmannum, nobilissimus eius Filius per litteras me docuit. Complectitur potiora praecepta de Nomine, Pronomine, Vocalium Mutatione & Verborum Formatione. In fine haec addita sunt verba: *Lector hanc dum perlustras Tabulam, vnum rogaris: Temere ne iudices.*

His scriptis editis addo *Scripta inedita*, siue Collegia in nostro Athenaeo habita, quae ipse possideo.

Collegium Ethicum habitum ad Tabulas Balthasaris Cellarii.

Apparatus Auctorum, Ethicae studio inseruientium. Primi, qui in hoc Apparatu commemorantur, sunt *Plato* & *Aristoteles*: vltimi *Conrad. Horneius*, cuius Philosophia Moralis prae omnibus commendatur, *Dürrius* ac *Giphanius*.

Introductio in Ethicam. In hac vnumquodque Caput habet (1) Sectionem Praeceptorum. (2) Sectionem Axiomatum. (3) Autores, vel Historicos, vel Philosophos & Scholasticos.

Moralia

Digitized by Google

Moralia in compendium redacta. In hoc scripto nonnulla ex Iure Naturae & Gentium delibantur.

Ethica Aphoristica.

Quaestiones ex Tabulis Ethicis Cellarii.

Collegium Logicum.

Collegium Rhetoricum in Kirchmanni Rhetoricam.

§. II.

Quas sub initium Rectoratus sui praelectiones habuerit Nottelmannus, docent duo Catalogi Lectionum, ex autographis hic inserendi. Prior ita habet:

RECTOR
aestiuo semestri an. 1666
docuit & absoluit
publice
IN THEOLOGICIS

Doctrinam de Ieiunio, Sacramentis in genere, Baptismo, Sacra Eucharistia.

IN LOGICIS

Doctrinam de Natura Logicae, Terminis, Praedicationibus, Praedicabilibus, Antepraedicamentis.

IN RHETORICIS

Librum primum, in eoque doctrinam de Natura Rhetoricae, Inuentione, Argumentis, Generibus Causarum.

IN CICERONE

Orat. pro M. Marcello & pro Caio Rabirio, ad ostendendum vsum rhetoricum in genere dem. & delib., iudicial.

IN

IN GRAECIS

Homeri librum 9 Iliados, in quo praestantissimae Heroum Orationes.

IN EXERCITIIS STYLI

Dedit Imitationes Orationum Ciceronis, Dispositiones Progymnasmatum, Exercitia Historica.

Instituit etiam Declamationes publicas & Disputationes Logicas.

Priuatim.

1. Exponit *Tabulas Metaphys. Stahlii.*

2. Exercet auditores in Progymn. iuxta ductum *Aphthonii.*

3. Explicat *Ciceronis* librum, qui inscribitur: *Orator.*

H. N. 22 Octob. 1666.

Posterior Catalogus sequentibus consignatus est verbis:

RECTOR
hyberno semestri
autumnali an. 1666 ad an. 1667 tempus
vernum
docuit & absoluit
publice

IN THEOLOGICIS

Doctrinam de Theologia in genere & de Sacra Scriptura.

IN LOGICIS

Doctrinam de Praedicamentis, Postpraedicamentis, Enunciat. Natura & Partibus.

IN

IN RHETORICIS

Lib. 2 de Diſpoſitione & Lib. 3 de Elocutione capita priora 4 de Elegantia, Compoſitione, Periodo, Numero.

IN CICERONE

Orat. pro Rege Deiotaro: Epiſt. 1 ad Q. f., prolixam & prudentiae plenam.

IN HISTORIA VNIVERSALI

Duos primos millenarios, ſ. hiſt. 2000 annorum, tam ſacram, quam ciuilem.

IN STYLI EXERCITIIS

Dedit Imitatt. ex Cic: Hiſt. dierum memorab., ex tempore: Diſpoſit. Progymn. domi componend.

IN DISPVTATIONIBVS

Theſes Logicas ſingulis fere menſibus exhibuit diſp.

Priuatim.

1. Lectiones Metaphyſicas inſtituit & abſoluit.

2. Superioribus & ad Academiam parantibus *Cellarii Tabulas Politicas*, illorum rogatu, explanauit.

§. III.

Sequentibus annis eadem fide ac diligentia docuiſſe Nottelmannum, non eſt dubium. Quamuis etiam in moderando res ſcholaſticas omnem adhibuerit induſtriam, tamen, vt ſunt harum rerum fata, euitare non potuit, quominus ipſius quoque tempore graues de corrupto

rupto Scholae ſtatu querelae (2) ſint auditae. Atque hae anſam dedere *Viſitationi Scholaſticae* in Curiae

(2) Huc ſpectant ſequentia ipſius Nottelmanni verba ex quadam *Gratiarum actione in fine Examinis*, quam autographam poſſideo: Equidem inter ſegetes ſucreſcunt zizania; & in omni ſocietate, imo in ipſa Eccleſia, mali ſunt mixti bonis. Nihil adeo mirum, ſi in Scholis etiam inueniantur, qui querelis potius, quam laudibus, argumentum praebent. Sed iam non tangimus illos. Malo enim hortari eos ad meliorem frugem, quam querelis meis in odium adducere. Vereor etiam, ne inepte faciam ac imprudenter, ſi aures veſtras, tam beneuolas tamque attentas, querelis onerem, Vosque triſtes abire velim, qui tam ſerena fronte ad nos acceſſiſtis. Diſſimulandum tamen non eſt, coetum hunc noſtrum duabus potiſſimum cauſis male audire. Primo quidem, ob immoderatam illam veniendi atque abeundi licentiam. Deinde, ob inſolentem in veſtitu luxum. Prius illud diuiſam culpam habet, nec in vno ſitam, ſed multis. Non diffitemur etiam, fuiſſe nos hactenus in iſta parte aliquanto indulgentiores, cum primis illorum gratia, qui pueris inſtituendis integros dies occupati vix ſpacium habent temporis, quo ſua ſtudia tractent, repetant, discant, ſcribant, meditentur. Nunc autem, vbi res abuſum habitura videtur, & nos officio noſtro fungemur & ipſi illi per ſe facile hoc quicquid eſt emendabunt, cauebuntque, ne licentia fiant deteriores, aut odiis bonorum publicam praebeant occaſionem. Luxum in veſtitu quod attinet, ipſi iam, Maecenates, totum hunc gregem luſtraſtis, atque oculis veſtris arbitrari poteſtis, num quid obſeruatum ſit, ab honeſtate ac moribus tantopere alienum. Atqui tales ſunt quotidiani. Feſtis diebus ſi quid elegantiae maioris eſt, quam excuſari poſſit, ad parentes illud pertinebit, quamquam & nos officio noſtro non ſumus defuturi. Munditiem videlicet amant muſae, faſtum & luxum ex aequo oderunt, &c.

Digitized by Google

Curiae loco, qui Cancellaria vocatur, an. 1671. d. 25 Ian. institutae, de qua in Act. Min. T. VI. P. II. pag. 1 nonnulla leguntur. Hinc secutus est *Eines Hochweisen Rahts der Stadt Lübeck* Reces, *so bey Visitation der Lateinischen Schulen zu St. Catharinen ist auffgerichtet, und öffentlich in der Schulen publiciret und verlesen worden, den 9 Febr. Anno* 1671. Lub. 8. pl. 1; de cuius Recessus solemni promulgatione in Act. l. c. haec scripta sunt: Den „9 Febr. seyn die obengedachte HH. Bürger„meister (H. D. David Gloxin, H. Matthaeus „Rodde, H. Joh. Ritter, H. D. Georg Dieterich „Brauer), der H. Superintendens und Pastores, „nebst den 2 Deputatis Senatus und dem Proto„notario aus S. Catharinen Kirche in die Schule „gegangen, in primam Classem. Woselbst nach „der Figural Musica der Protonotarius den Reces „des Rahts publice gelesen; nachmahlen hat der „Cantor die Leges Scholasticas Latinas von der „untersten Catheder gelesen. Nach solcher „Vollendung hat der Proconsul, D. Gloxin, mit „einer teutschen Oration die Praeceptores und „die Jugend zur Observantz der Legum ange„mahnet — — Darauf endlich auch der H. Re„ctor auf die oberste Catheder getreten, und „Teutsch eine Danckſagung gethan, welches „mit einer Figural Music ist wieder beschlossen. In hoc autem Recessu (ad mores potissimum spectante) confirmata est pristina Oeconomia Lectionum, & nihil fere in ea mutatum, praeter hoc vnicum: *Weil ohn das viel Lectiones Graecae gehal-*

gehalten werden, ſoll des Montags Nachmittags von dem Herrn Rectore anſtatt des Homeri, *ein guter lateiniſcher* Hiſtoricus *in prima claſſe geleſen, und hergegen die Grammatica Graeca von dem Sub-Rectore vermôge der Oeconomia fleiſſig getrieben werden.* Vid. §. 2. pag. 2.

§. IV.

Eiusdem anni 1671 menſe Maio petierunt Collegae a Senatu, vt diſcipulis liceret, non hora ſexta, ſicut olim, ſed hora ſeptima Scholam adire. Cui petito Magnificus Senatus annuit. Vid. Act. Min. l. c. p. 3. Ibidem laudat *Diſputationem* d. 17 Mai. in Gymnaſio noſtro inſtitutam, M. Dan. Lipſtorpius, R. Miniſt. Senior, teſtis αὐτόπτης.

§. V.

Examinum m. Octobr. 1671, ac m. Mart. 1673 habitorum, l. c. honorifica mentio iniicitur. De priori pag. 8 haec leguntur verba: *Es iſt alles wol in prima claſſe abgehandelt.* In poſteriori habita Oratio pag. 33 hoc modo praedicatur: *Es hat H. Thomas Hinrich von Wickede, Senator, die Admonitionem ad Iuniores & Scholaſticos gethan, und zwar ſehr gravitätiſch wegen ſeiner Perſohn, und erudite wegen der Lateiniſchen Sprache.*

§. VI.

Vnicus tantum tempore Nottelmanni nouus acceſſit Collega, quum defuncto Iuſto Tribbechouio MARCVS WIDA, Sclavia-Pomeranus, ſuccederet. Lucem ille an. 1647. d. 7 Nov. aſpexit. Didicit in noſtro Athenaeo Lubecenſi, quod,

Digitized by Google

quod, fundamentis feliciter iactis, cum Academia Roſtochienſi permutauit. Rediit deinceps Lubecam, quae vti illum viderat inter diſcentes, ita etiam inter docentes, locum ei concedebat. Introductus autem eſt an. 1674. d. 18 Aug. (3) per Ioannem Polzium, Conrectorem, Rectoris, aegrotantis, vice fungentem. Orationis & Speciminis inauguralis mentio fit in Act. Min. T. VI. P. III p. 50. b. Subſcripſit Symbolis noſtris an. 1675. d. 19 Mai. Cum in puluere ſcholaſtico per temporis ſpatium haud exiguum laudabiliter deſudaſſet, an. 1713. d. 14 Aug. ex arena hac victor diſceſſit.

§. VII.

Lectum, cui affixus fuit Nottelmannus, cum introducendus eſſet laudatus Wida, fuiſſe feralem, docuit anni huius 1674 dies 5tus Septembris, quo die laborioſam ſtationem ſcholaſticam cum aeterna quiete permutauit. Honorifico Programmate (4. pl. 2) ad exſequias d. 12 Sept. ipſi factas inuitauit IO. POLZIVS, Conrector, a quo cum Roſa comparatur. Reliqui Collegae, DAVID von der BRÜGGE, Subrector, SAMVEL FRANCK, Cantor, DANIEL LIPPIVS, IOACHIMVS SCHEVIVS, ANDREAS LÜDERVS & MARCVS WIDA egregiis Carminibus eum poſt fata honorarunt. Brüggianum non poſſum non ſubiicere. Sic autem habet:

(3) Mellii Nachr. von Lub. p. 230. Act. Min. l. c. habent d. 28 Aug.

Ite pii Iuuenes pullatis veſtibus, ite
Phoebeii Iuuenes, date iuſti ſigna doloris:
Veſter Apollo iacet. Lux admiranda Lyceì
Tingitur Oceano. Sophiae Morumque magiſter,
Qui vobis toties praecepta ſalubria vitae
Tradidit & duxit doctas Heliconis ad vndas,
Heu! moritur: moeſtos lacrimis confundite vultus
Palladii iuuenes; date triſti pectore voces;
Luctiſonas voces & lamentabile carmen.
Aſt ego, dum nequeo dignos exſculpere verſus,
(Nam mens aegra ſtupet) lacrimarum flumina fundam
Rectoris tumulo. Vos dignum ponite marmor,
O Heliconiades, talique inſcribite verſu:

EPITAPHIVM.

Hic ſitus eſt Latiae princeps facundia linguae
Nottelmanniades, gloria prima Sophum.
Tullius eloquio; ſed diuite carmine Naſo;
In ſophiae ſtudiis doctius Ariſtoteles.
Quod Clariae viuus conſperſerat ora iuuentae
Phocidos & liquidis corda rigauit aquis;
Caſtalio functi ſtillant nunc oſſa liquore,
Muſarumque piis conditur in lacrimis.

Vnde etiam a B. M. Io. Reichio, Paſt. Aegid., in Act. Min. T. VI. P. III. p. 81 *de Schola noſtra bene, imo optime meritus*; ab excellentiſſimo autem Goetzio in Nott. ad Orat. de Val. Herbergeri Symbolis pag. 21 *vir omni laude conſpicuus, deque Phrontiſterio Lubecenſi praeclare meritus* dicitur.

CAPVT

CAPVT XVIII.

DE

Rectoratu

M. ABRAHAMI HINCKELMANNI.

A. 1675 — 1685.

§. I.

QVantus vir fuerit ABRAHAMVS HINCKELMANNVS, probant, praeter ea, quae a ſumme vener Pippingio in Sacr. Decad. Septen. p. 597 ſqq, ſumme rev. Goetzio in Bibliothec. Anti-Fanatic. Lubec. §. 4, ſummo Fabricio in Memor. Hamburg. P. II. p. 874. 879., B. Schulteto in dem von Schulen zur Kirchen beruffenen Hamburgiſchen Prediger p. 83. ſqq, & a me Athen. Lubec. P. I. pag. 14 ſq. 75 ſq, iam allata, peregregia illa praeconia, quae magni nominis viri ei pariter ac ſcriptis eius detulerunt. Laudatus Fabricius in Nott. ad Cod. Apocryph. N. T. P. I. p. 137 *eruditiſſimum Theologum* nuncupat. Plura elogia, quibus ſummus hic vir Hinckelmannum eiusque ſcripta ornauit, vid. in Bibliogr. Antiquar. p. 237. 338. & in aliis eius libris paſſim. Maxime rev. Erdm. Neumeiſterus in elegantiſſimo Elogio M. Conſtantin. Ambroſ. Lehmanni, Archidiac. Döbelenſ. Hamb. 1718. 4. pag. A 3 canit:

Und Hamburg iſt ihr auch mit groſſem Danck verbunden.

Das heiſt, von Dôbeln war der groſſe Hinckelmann.
Ach, daß ein ſolches Licht zu früh bey uns verſchwunden,
Da denket manches Hertz annoch mit Seufzen dran.

Quae verba Latinus huius Carminis interpres ſic transtulit:

Hammoniaeque illi debetur gratia noſtrae;
Hinckelmannus enim prodiit inde potens.
Ah, citius iuſto ſol occidit ille! quod ipſum
Cum gemitu recolunt tot pia corda graui.

maxime rev. Io. Chriſtoph. Wolfius in Biblioth. Hebr. P. I. p. 196: *Abrahamus Hinckelmannus, vrbis quondam huius & literati orbis, qua literarum orientis in primis ſtudioſus eſt, decus & ornamentum, in egregio libro, quem Detectionem Fundamenti Bôhmiani inſcripſit.* Idem l. c. P. II. p. 1222 citatam Detectionem *praeſtantiſſimam* appellat. Ab eodem laudatur valde ob excultum ſtudium Rabbinicum l. c. p. 722. De *Alcorano* ab ipſo Hamb. 1694. 4 edito fuſe ac honorifice agit Tentzelius Dialog. Menſtr. 1694. p. 722-745. Add. quos citat Goetzius in Eclog. de Peregrinatt. Erudition. Orient. colligendae cauſa ſuſceptis, pag. 27 *Praefationem* ad Alcoranum *eruditiſſimam* dicit Wolfius l. c. p. 440, qui p. 574 obſeruat etiam, quod Hinckelmannus ſingulari quaternione *Phraſes & Abbreuiaturas Rabbinorum communiores* collectas ediderit in 4. Memoria inſtructiſſimae ipſius *Bibliothecae* hodieque in Catalogo Hamb. 1695. 4. euulgato ſupereſt. *Bibliothecae Manuſcriptae, pleraque*

ex

Digitized by Google

ex parte constantis ex Codicibus Orientalibus, Hamb. 1695. 4 (cuius Catalogi auctor est Sebast. Gothofr. Starckius) notitiam conseruauit quoque Tentzelius in Dial. Menstr. 1695. p. 682—693. Adde, quae de Codice aliquot librorum Biblicorum Hebraico, qui olim fuit in Hinckelmanniana, nunc est in Morgenwegiana Bibliotheca, annotauit Wolfius l. c. p. 311. Promisit quoque Hinckelmannus in Detect. Fund. Boehm. p. 52. *Photii Opus MS. contra Manichaeos*, quod si, morte haud impeditus, edere potuisset, tantam sine dubio ei attulisset laudem, quantam inde reportaturus est laudatus Wolfius, dignissimus ipsius successor, qui nuper admodum se T. I Anecdot. Graecor. hoc opus publici iuris facere velle promisit. Plures Hinckelmanni praecones facile possem afferre, si opus esset. Etenim pauci offenduntur, qui Hinckelmanni, eiusque scriptorum (exceptis *Eristicis Hamburgensibus*, in quorum vno, an. 1694 euulgato. memini me legisse strenuam muneris scholastici Lubecae gesti defensionem contra aduersarii scommata, a re scholastica delumta, quae in primis auctoritate Lutheri studet diluere) mentionem facientes, elogia non simul proferant.

§. II.

Nullus autem dubito affirmare, Hinckelmanno viam ad tantam gloriam non parum strauisse munera Scholastica, magna fide ac diligentia administrata. Taceo Gardelegiense: Lubecense autem, quod an. 1675. d. 7 Ian., verba nomine Senatus faciente D. *Henrico Michaelis*, Syndico,

ſuscepit (1), non poſſum non pro inſtituti ratione collaudare. Quid vero opus eſt verbis, vbi rerum adſunt teſtimonia Scripta intelligo, ab Hinckelmanno, Rectore Lubecenſi, elaborata ac edita, quae, praeter alios labores, ſatis ſuperque oſtendunt, quod officio ſuo minime defuerit. Et licet apud Pippingium p. 601 memorentur *Programmata quaedam de Atheismo & aliis argumentis*, Stendaliae & Lubecae. 4; operae tamen erit pretium ſcripta Hinckelmanni ſcholaſtica Lubecenſia eo, quo prodierunt, ordine ex *αὐτοψία* accurate recenſere. Sunt autem

Programma de Legibus Moſaicis a Gentilibus per plagium ſurreptis, ad Orationes publicas de Legum multarum Neceſſitate, & vera ſub iisdem Libertate. Lub. 1675. d. 18 Mai. fol. (pl. 1). Verba fecerunt *Adamus Herold*, Dresdenſ. *de Neceſſitate multarum Legum in Republica*, ad Ariſtot. lib. 1 Rhet. c. 1: ac *Paulus Vermehren*, Lubecenſ. *de Vera ſub Legibus Libertate.*

Programma de Theologia Gentili, ad Act. Orat. de vitandis Humanae Eruditionis Scopulis d. 4 Nov. 1675. fol. (pl. 4). In hoc actu *Ioannes Friderici*, Strausberga-Neo-March. *Philoſophiae Theoreticae*: *Theodorus Marcus Lenten*, Glückſtadio-Holſat. *Philoſophiae Practicae*: *Ioannes Reiche*, Lubecenſ. *Hiſtoriae*, *Oratoriae & Poëtices Scopulos* detegere conati ſunt.

Programma in funere Ioannis Polzii, Gymnaſii Lubec. Conrectoris. 1675. d. 14 Dec. fol. (pl. 1).

Program-

(1) Act. Min. T. VI. P. III. p. 81.

Programma in funere Hermanni Peterſen, Senatoris, Lub. 1675. d. 24 Dec. fol. (pl. 1).

Programma exequiis Catharinae Schumacheriae, Magnif. Conſulis, Dn. Matthaei Roddii, vxoris d. 26 *Dec.* 1675 *dicatum.* fol. (pl. 2).

Programma de Eloquentiae Praeſtantia, ad Act. Orat. *de Eloquentia* d. 6 Iun. 1676. fol. (pl. 1). In hoc Actu *Adamus Herold*, Dresdenſ. dixit *de Eloquentia Veterum & eius Dignitate.* Huius deinde exemplum conſummatum, in *Cicerone* fuiſſe, monſtrauit *Albert. Balemann*, Lubecenſ. Porro *de Eloquentia Theologi* diſſeruit *Ioannes Heſſe*, Lubecenſis: *de Eloquentia Viri civilis*, autem *Theodorus Marcus Lenten*, Glückſtadio-Holſat.

Programma in funere Ioannis Havelandi, I. V. L. & Protonotarii. Lubec. 1676. d. 18 Octobr. fol. (pl. 1).

Programma prius de Patriarcharum Scholis, ad Act. Orat. *de Scholarum Publicarum Dignitate* d. 23 Nov. 1676. fol. (pl. 2). Oratores fuerunt *Nicol. Henr. Maſius*, Schlagſtorpio-Megapol., *Chriſtianus Schevius* ac *Ioan. Polzius*, Lubecenſes.

Programma in funere Henrici Wendtii, Medic. Doct. & Phyſici primarii. Lub. 1676. d. 11 Dec. fol. (pl. 1).

Programma exequiis Ioannis Kockerti, Med. Doct. 1677. *d.* 10 *Ian. ſcriptum.* fol. (pl. 1).

Programma de Caroli V. Morte, ad Act. Orat. *de Caeſare Abdicante* d. 26. April. 1677. fol. (pl. 1). Orator fuit *Paulus Vermehren*, Lubecenſ.

Programma poſterius de Patriarcharum Scholis, ad Act. Orat. *de Cauſis pereuntium bonarum Litte-*

rarum d. 1. Nov. 1677. fol. (pl. 1½). Oratores fuerunt *Godofr. Coberus*, Prizwalda-Marchic. & *Iuſt. Martin. Goſslar*, Moringa-Thuring.

Programma in funere Matthaei Roddii, Reip. Lub. Conſulis Directoris. 1677. d. 5 Dec. fol. (pl. 1).

Programma in funere Henrici Michaelis, I. V. D. Syndici primarii & Conſiſtorii Praeſidis. Lub. 1678. d. 20 Ian. fol. (pl. 1).

Programma de neceſſaria Animi Cura. Lub. 1678. fol. pat. Praemiſſum eſt Orationibus, quas *de Admirandis Animi humani, praecipue vero Intellectus & Conſcientiae*, d. 21. Mart. habuerunt *Ioannes Polzius* atque *Chriſtophorus Wendt*, Lubecenſes.

Programma in exequiis M. Adami Laurentii Nicolai, Symmyſtae Iacob. Lub. 1678. d. 15 Octob. fol. (pl. 1). Inſertum eſt Goetzii Elogg. Theolog. German. p. 530 ſqq.

Programma de Livii praeſtantia. Lub. 1678. fol. pat. Quo inuitauit ad Actum oratorium d. 31 Octobr. inſtitutum, & his verbis deſcriptum: Cum ſuperioribus menſibus librum „quintum Livii, rebus *Camilli* maxime „inſignem, pertractauerimus, tribus ex „noſtro ſtudia aemulantium coetu, ſpectatae probitatis & eximiae exſpectationis iuvenibus, ſelectiora, liberiore ſtilo proponere commiſimus: *Laudem* quidem *Camilli*, *Io. Gabr. Sandhagen*, Borchholthuſa-„Weſtphalo; *Orationem Camilli, qua Romanis „diſſuadet, Remp. Veios tranſferre, Ioan. Ern. „Müllero*, Bergenſi Thuringo; & *exhortatoriam* tandem *ad Ardeates, ut Romanis a Gallis obſeſſis*

„obsessis opem ferant, *Michaeli Vermehren*, Lu-
„becensi.

Ἐπιτάφιος in funere M. Dan. Lipstorpii, Past. Cathedral. & Senior. Lub. 1679. d. 21 Mart. fol. (pl. 2). Reperitur in Goetzii Elogg. Theolog. German. p. 537 sqq.

Programma de Republica infinitis conversionibus exposita. Lub. 1679. fol. pat. Inuitauit hoc Programmate ad Actum Oratorium *de Marco Manlio*, de quo Actu ita scripsit: Recensuit „nuper hanc historiam libro VI. Livius no-
„stris Discipulis. Ex quorum coetu duo „praeclara ingenia, *Ioh. Godofr. Scriver*, Viri „pl. Rev. Dn. Christiani Scriverii, Theologi „Magdeburgensis ex pietate & doctrina cele-
„berrimi, filius, & *Iohannes Vivenneſt*, Star-
„gardia-Pomeranus, suorum in Eloquentia „profectuum specimina simul vt ederent, eam „sibi repraesentandam elegerunt. Dicet igi-
„tur ille, quae *Manlium seditionem & res nouas „molientem* dixisse credibile est: Hic verba *A. „Cornelii Cossi Dictatoris, Manlianos furores repri-
„mentis* exprimere studebit.

Programma de Erroribus quibusdam Ludouici Cappelli in Notis ad Villalpandi Descriptionem Templi Hierosolymitani. Lub. 1679. fol. pat. Praemissum est *Orationi de Templo Hierosolymitano Secundo*, quam d. 29 Octobr. habuit *Ioan. Gabr. Sandhagen*, Borcholthusa-Westphalus.

Programma de Bello Punico secundo. Lub. 1680. fol. „pat. Praefari, inquit sub finem, haec in-
„cepi adductus nouis speciminibus Oratoriis,

Digitized by Google

„quae ex historia Belli Punici secundi desum-
„ta, diuersis, si Deo ita visum fuerit, tem-
„poribus edent nostri Discipuli. Ex quibus
„prima vice crastino die (d. 21 April.), hora
„sueta, *Iohannes Daniel Spalckhaver*, Berga-
„Rugianus, Orationem Legati Romanorum
„*de Obsidione Sagunti & Hannibalis iniuriis conque-*
„*rentis* exprimere studebit. Cui aliam *sub per-*
„*sona Hannonis in Hannibalem grauiter inuehentis*
„subiungere constituerat *Gerhardus Kulemann*,
„Magdeburgensis: cuius vero intercursu fe-
„bris nunc a studiis plane distracti inceptis suc-
„cedet *Ioachim Henricus Sprengel*, Vismarien sis.
„*Hannibalem* tandem *defendet* & bellum con-
„tra Romanos suadebit *Michael Vermehren*, Lu-
„becensis.

Das Bild des irrdischen und himmlischen Menschen, bey dem seligen Absterben Hrn. Martini Hinckelmanns, gewesenen wolverdienten Apothekers und E. E. Rahts Mitgliedes in Dobeln, betrachtet von dessen ältesten Sohne M. Abraham Hinckelmann, des Gymnasii in Lübeck Rectore. Luneb. 1680. 4. (pl. 4).

Programma de Carthaginensium in Americam Nauigatione, ad Act. Orat. in quo, *Quid Scipio & Hannibal post huius per Alpes transitum dicere potuerint*, expressum. Lub. 1680. d. 21 Octob. fol. (pl. 1). Oratores fuerunt *Otto Frider. Brandt*, Sunderburgo-Cimber, & *Franciscus Balemann*, Lubecensis.

Ἐπιτάφιος *in funere Ioannis Borgehlii, Med. Doct.* Lub. 1681. d. 29 Dec. fol. (pl. 1).

Oratio

Oratio de Fundamentis verae Pietatis & Eruditionis solidae in Scholis probe iaciendis. Lub. 1682. 4. (pl. 4).

Programma de Sacrificiis Ebraeorum, ad Orat. publ. in *Laudem Redemtionis humani generis a Christo factae*, ad imitat. Orat. Ciceron. pro M. Marcello conscriptam. Lub. 1682. fol. (pl. 1). Orator fuit *Georg. Ovens*, Amstel. Batauus. Actus habitus est d. 10 Mai.

Programma in Exequiis Sam. Pomarii, SS. Theol. D. & Superint. Lubec. Lub. 1683. d. 11. Mart. fol. (pl. 1). Reperitur etiam apud Wittenium in Memor. Theolog. Dec. XVI Append. pag. 2117 sqq.

Christ-rühmlichster Lebens-Lauff D. Sam. Pomarii &c. Lub. 1683. fol. (pl. 2).

Dissertatio de Messiae Passione veteribus Ebraeis nota. Lubec. 1683. fol. (pl. 1). Praemissa est Actui Oratorio *de Iesu patiente*, in quo *de Amore Christi in Coena*, *de Sudore sanguine* & *de Morte Messiae* d. 29 Mart. Orationes publicas habuerunt *Daniel Henricus Schacht*, *Daniel Lipstorp* atque *Caspar Lindenberg*, Lubecenses.

Programma de necessario Historiae Orientalis Studio. Lub. 1683. fol. pat. Praemisit *Orationi de Praesidiis, quae ad pietatem, prudentiam & eloquentiam affert Studium Historicum*, d. 25 Octobr. ab *Henrico Schaubio*, Lubecensi, habitae.

Programma de Conuersione Muhammedanorum. Lub. 1684. fol. pat. Praemissum est *Orationi de Rebus gestis Iohannis Hunniadae*, quam d. 13 Kal. April.

Sixtus

Sixtus Christianus Lipenius, Hala-Saxo, recitauit.

Επιτάφιος *in funere Danielis Lipstorpii, I. V. D. & Polybistoris, Lubecae d. VII Id. Sept.* 1684. *scriptus.* fol. (pl. 1). Conf. Athen. Lubec. P. III. p. 98 sqq.

Επιτάφιος *in funere Ioachimi Wendii, Pastoris Cathedralis.* Lub. 1684. 18 Sept. fol. (pl. 1). Insertus est Goetzii Elog. Theol. Germ. p. 591 sqq.

Historiae Epistolarum Ciceronis Pars prima. Lubec. 1684. 4. pl. $1\frac{1}{2}$. Praemisit Imitationi duplici Orationis Ciceronis pro Archia; priori *de Laude Studii Theologici* a *Ioachimo Dreusike*, Leontino-Marchic: posteriori *de Laude B. Martini Lutheri* a *Christian. Iust. Heintzelmann*, Palaeo-Soltquellens. in solemni actu institutae.

Programma de Cicerone, eloquentiae magistro. Lubec. 1685. fol. pat. Praemisit Actui Oratorio d. 10 April. habito, de quo ipsum iuuat audire. Posteaquam, inquit, *Ciceronis librum* „*primum de Oratore* pluribus scholis explanaui„mus, incesit cupido excitatiora quaedam, „ex nostro studia aemulantium coetu, inge„nia, ad imitationem quasi incomparabilis „illius libri, *Dialogum de Oratore sacro* concin„nandi. Hic quamuis onus humeris suis gra„vius suscipere videbam, nolui tamen Disci„pulorum mihi multis nominibus carissimo„rum industriae intercedere; sed Vobis, Le„ctores optimi, crastino die finitis sacris, eos pro-

„producam hoc ordine, vt *Iohannes Stockfisch*, „Rupino-Marchicus, sub persona *Erasmi*, „*Quaestionem de Oratore sacro perfecto, & cur „tam pauci eo nomine digni exstiterint?* proponat; „hanc postea *Benjamin Christ. Botzern*, Sedino-„Pomeranus, *Lutherum* repraesentaturus, „excipiat, *caussamque in difficultatem artis, ex-„posito simul amplissimo Oratoris eiusmodi apparatu „conferat*; Cui *assentietur, & de Necessitate humanorum artium in tali Oratore* pluribus differet „*Phil. Melanchthon*, sub cuius nomine latebit „*Andreas van der Brügge*, Lubecensis. Vtrique „*contradicet, & Oratoriae sacrae limites coërcere* conabitur *Iacobus von Lengerken*, Lubec. perso-„na *Thomae Mori* ornatus. *Satisfacient* tamen „*huius argutiis Lutherus & Erasmus*, quibus se „adiunget *Capnionis* nomine *Sixtus Christ. Lipe-„nius*, Hala-Saxo, *necessitatem Graecae & Ebraeae „linguarum* defensurus. Redibit cum his dein-„de in concordiam, & victas non tantum ma-„nus porriget *Morus*, sed & adhuc *ea pars, quae „in accurata doctrinarum diuinarum cognitione ver-„satur, quam necessaria sit in Oratore Ecclesiastico*, „pluribus persequetur. Gratum tandem sibi „esse assensum hunc *Mori* testabitur *Lutherus*, & „*Carmine Latino ad Christum* toti operi finem im-„ponet *Melanchthon*,

Ἐπιτάφιος *in funere Andr. Hermanni Helbergii, Phil. & Medic. Doct.* Lub. 1685. prid. Kal. Maii. fol. (pl. 1).

Haec scripsit Hinckelmannus eo tempore, quo Rectoris Lubecensis munere functus est, & tam elegan-

Digitized by Google

eleganter quidem, tamque ornate, vt vehementer optarem, celeberr. D. Nottelmannum, Physicum Luneburgensem meritissimum, exequi propediem laudabile propositum, Programmata Nottelmanniana atque Hinckelmanniana edendi (2) Colloquium cum Hinckelmanno d. 23 Mart. 1679 habitum, ideo quod in Programmatibus, Funebribus praesertim, argumenta plerumque sacra & exegetica, non scholastica, tractaret, descriptum legitur in Act. Minist. Lub. T. VII. fol. 138 sq.

§. III.

Praeter haec scripta, aliae res Rectoratum Hinckelmanni celebrem reddiderunt, quae, temporis habita ratione, porro sunt recensendae. Commemorandae autem statim veniunt *Praelectiones Theologicae* SAMVELIS POMARII, SS. Th. D. & Superint. Lubecens. meritissimi, qui paulo post susceptum Praesulis munus, Augustanam Confessionem & legendo & disputando coepit egregie declarare. Supersunt ipsius doctae Praelectiones in Bibliotheca Melliana, hac instructae Praefatione:

Tit.

„Quod Deus bene vertat, studiisque nostris & „vsibus publicis felix ac salutare esse iubeat, or„dior hac vice *Praelectiones* meas *Theologicas* in „hac Inclyta Schola Lubecensi publicas. Sic „enim iam olim ante sesquiseculum quasi ipsum „in Constitutione Ecclesiastica Lubecensi per D. Ioh.

(2) Conf. Athen. Lubec. P. III. p. 385.

Digitized by Google

„Ioh. Bugenhagium, Pomeranum, conſcripta „decretum fuiſſe lego, vt Superintendens Le„ctionem aliquam Latinam in Lectorio habeat, „quantum per officii ſui rationem licuerit. Ita „vſu receptum fuiſſe doceor ex Actis noſtris Mi„niſterialibus, Praedeceſſores meos pientisſi„mae memoriae, B. Stampelium, B. D. Nic. Hun„nium, B. D. Menonem Hannekenium, quo„rum anima in faſciculo viuentium iam colliga„ta eſt, huic ipſi lectioni in hoc Auditorio Maio„ri vacaſſe ſub initium officii ſui, quin & *Diſpu„tationes* hoc ipſo in loco coram Eruditis inſti„tuiſſe publicas: quorum veſtigia deſerere, mi„hi religioni duco. In primis cum tenore In„ſtructionis officii a Magnifico Senatu mihi tra„ditae non ad conciones tantum & inſpectiones, „ſed & ad Lectiones ipſas habendas obſtrictum „me videam. Quantum itaque per occupatio„nes alias muneris publici conceſſum mihi fue„rit, meo cum animo conſtitui, in poſterum „ſingulis diebus Martis & Veneris, quos voca„mus, hac ipſa hora IX matutina Lectionem „hic ſubire publicam, ac deinceps eandem etiam „perſequi, cum in primis diſcipulos ipſos pri„mae claſſis, huic Lectioni dicatos, ardorem „iuſtum ad auſcultandum attuliſſe ſenſero, quem „vt afferant, & pietas ipſorum exigit, & neces„ſitas ac vtilitas rei poſtulat. Diſpicienti autem „mihi, qua in materia cum primis occuparem „Iuuentutem hanc egregiam ſcholaſticam, inci„dit tandem auguſtus ille & primus Eccleſiarum „γνησίως Euangelicarum Liber Symbolicus, In-

variata

„variata *Augustana Confessio*, quae Institutionibus „Catecheticis Dieterici in hocce Lyceo receptis „in calce annectitur, quam in posterum expli„care ingrediar, vbi pauca de Libris Symboli„cis in genere praemisero. Hic erit deinceps „scopus meditationum nostrarum, haec meta „laborum futura est. Caeterum cum Studiosos „Theologiae hisce Lectionibus in primis for„maris ac informare intendam, hac quidem Le„ctione praevia Ideam Studiosi Theologiae vo„bis ob oculos subiiciam. Definitio *Studiosus Theo„logiae est Homo a Deo selectus, vt per verbum eius in„formatus, ac in Oratione, Meditatione & Tentatione „assiduae occupatus veritatem fidei ad pietatem vitae „dirigat, & honori Dei ac saluti Ecclesiae vnice studeat.* Hactenus Pomarius, quem has Praelectiones, quibus interceſſere & ſucceſſere crebrae in Articulos Aug. Confeſſ. Diſputationes, auſpicatum eſſe an. 1675. d. 4 Iun., ad finem perduxiſſe d. 17 Aug. an. 1677, ex ipſo autographo cognoui.

§. IV.

Hic peregregius labor vti ſine dubio commoda attulit Athenaeo noſtro, ita damnum ei intulerunt *clancularii nonnulli magiſtri*, de quibus an. 1675. m. Iul. Rector, totius Collegii Scholaſtici nomine, grauiter eſt conqueſtus. Quid in hoc negotio d. 27 Iul. deliberatum ſit in Act. Min. T. VII. f. 29 ſqq memoriae eſt proditum. Nouae mox querelae anſam dedit *ſchola clancularia Mag. P. K.*, cuius inepti magiſtelli craſſiſſimam ignorantiam malo verbis laudati Pomarii, teſtis gra-

vis

vis & idonei, quam meis delineare. Sic autem scribit T. VII Act. Min. f. 53 b: *An.* 1676. *d.* 31 *Jan. Nachdem der H. Rector Scholae nomine Collegarum bey mir wegen H. M. P. K. Klage geführet, daß er in detrimentum & decrementum Scholae publicae alhier von* 20 *bis* 30 *discipulos colligirte, und doch nicht denenselben die Exercitia einmahl recht corrigirte, wie er mir denn einen Libellum Compositorium vorgewiesen, darinnen er seinen Schülern unterschiedene vitia stehen* „*lassen*, e. g. *Nescio aut-ant*, pro *an*, *crutiari*, *in-* „*fortui* pro *infortunio*, *Catigesimo* pro *Catechismo*, *abu-* „*tant* pro *abutantur*, *vincti* sunt Patri coelesti, „verbunden / *quod* annos pro *quot*, sumus *felici* „pueri, *animi nostrae recreetur*, *evatum* pro *effa-* „*tum*, *periculosa morbo*, *a sua morbo*, *incidere in* „*morbo*, qui *huic morbo* a nobis auferre possit, &c. *hab ich ihn vor mich gefodert, und g. fraget, wie viel er discipulos zu informiren hätte, und qua auctoritate er solche frequenz an sich zöge.* &c. Ad quae respondit ita, vt quaerenti non satis fecerit. Vid. Act. cit.

§. V.

Multo praestantior fuit doctor M. MARTINVS LIPENIVS, qui hoc anno 1676 iacturam, quam Gymnasium nostrum morte *Ioannis Polzii* fecerat, feliciter coepit resarcire. Functus ille erat munere Conrectoris Athenaei Halensis per 14 annos, Rectoris autem & Professoris Gymnasii Sedinensis per quadriennium ita vt eius fides, dexteritas, peritia, etiam Patribus Conscriptis Lubecensibus innotuerit. Quare eum an. 1676. d. 19 April. Gymnasii nostri Conrectorem eli-

gebant (3). Deferebatur ei hoc munus d. 22 Aug. in ſolemni actu, ad quem Hinckelmannus Inſcriptione quadam inuitauit. Rectoris *Prolusionem de Religionis & verae Eruditionis Connubio*, publicamque renunciationem, ſecuta eſt noui Conrectoris *Oratio inauguralis de Martis ac Artis Connubio*, quae, aeque ac *Specimen Inaugurale ex Homeri Iliad. 6. v. 477 ſqq*, a Rectore ei propoſitum, laudatur in Act. Min. T. VII. f. 69 b. Ceterum de Vita, Scriptis ac Meritis Lipenii fuſe egi Athen. Lubec. P. I. p. 88—97. Hic exiguum ſpicilegium poſt meſſem faciam. De *Vita* eius pauca occurrunt in celeberr. Io. Fabricii Biblioth. Fabric. P. III. p. 177. In deſignando *munere*, quod Lubecae adminiſtrauit Lipenius, errarunt C. W. P. G. in Viror. Eruditor. Onomatomorphoſ. p. 34 (vbi nomen Lipenii a λίπος deriuatur), Henricus Ittershagen in Indic. Auctor. adiecto Candidato Miniſterii Literato, pag. G 3 a quibus Rector Lubecenſis appellatur. Non hic ſolum, ſed plures errores deprehenduntur in Io. Car. Poëtii Praefat. Biblioth. Portatil. Exeg. Bibl., qui eum non ſolum ex Conrectore Halenſi Rectorem Gymnaſii Lubecenſis conſtitutum eſſe, ſed etiam an. 1703 adhuc ſuperſtitem fuiſſe ſcribit. *Ionae Diaplus Thalaſſius* laudatur a Ven. Wolfio Bibl. Hebr. P. II. pag. 175. De eius *Bibliothecis* vid. Fabricii Biblioth. Fabr. P. III. p. 175 ſqq, vbi ſimul errores quidam annotati: Unparth. Bibliothecar. P. XIII. p. 30 ſqq, vbi reperiun-

(3) Annotatum hoc etiam eſt in Act. Min. T. VII. f. 60. a.

riuntur Abrah. Hinckelmanni, Io. Wilh. Peterſenii, Thom. Bartholini, Henr. Meibomii, D. G. Morhofii, Adr. Bailleti & I. F. Reimmanni iudicia, addita cenſura ſatis rigida: Car. Arndii Biblioth. Politico-Herald. Praeloq. p. 5, vbi citantur auctores eas laudantes: Georg. Serpilius in Vit. Script. Biblic. Perſon. Nehem. p. 109, vbi laborem Bibliothecis impenſum vocat *gute und nützbahre Arbeit*, quamuis in Lipenio aeque ac Bolduano & Draudio deſideret, quod ſine *αὐτοψία* ex Catalogis Nundinalibus libros citarint: Chriſtoph. Matth. Pfaffius in Introd. in Hiſtor. Theolog. Literar. p. 23, vbi de Lipenio iudicat, quod ſit *admodum luculentus, quia omnes, quos inuenire licuit, librorum titulos, omnes autores in vnum ſudit, licet erroribus haud excuſandis vbique ſcateat, non contemnendo tamen vſui iis, qui in hiſtoria literaria haud parum iam profecere, eſſe poſſit.* Conf. Tentzelii Dialog. Menſtr. 1698. pag. 99. V. C. Io. Molleri Prodrom. Cimbr. Literat. pag. C 4. b. Ob *Bibliothecam Theologicam* Lipenio inter enarratores interpretum Biblicorum locum aſſignat, & ſimul de hac Bibliotheca quaedam annotat Wolfius Bibl. Hebr. P. II. p. 278. *Bibliothecae Iuridicae* (quam B. Andr. Langius in eleganti Introd. in Notit. Legg. Nauticar. & Scriptor. Iur. Reique Maritim. cap. I. p. 3 *magni nec inutilis laboris opus* appellat) noua extat editio, hoc ornata titulo: *Martini Lipenii Bibliotheca Realis Iuridica, in qua libri iurisprudentiam omnem, publicam & priuatam, naturalem, ciuilem, Romanam, Germanicam, Canonicam, Feudalem, diuerſarumque gentium iura*

particularia illuſtrantes, cum omnibus fere Diſputationibus, quae in hunc diem prodierunt, ordine Alphabethico ſub Titulos redacti, recenſentur. Opus ad comparandam cognitionem ſcriptorum Iuridicorum vtiliſſimum. Editio nouiſſima, innumeris mendis purgata, maximo librorum numero aucta, qui partim praeteriti erant, partim poſt vltimas editiones demum lucem aſpexerunt. Acceſſit ampliſſimus Index Scriptorum Nominalis, cuiusuis autoris ſcripta ſub vno intuitu repraeſentans. Cura & ſtudio Frider. Gottliebii Struvii, *D. Cum Praefatione* Guiliel. Hieron. Brückneri, *ICti, Conſil. Saxonici, Curiae Prouinc. Facult. Iurid, & Scabin. Ienenſis Aſſeſſoris, & Pand. Prof. Ord.* Francof. & Lipſ. 1720. fol. Praefixa elegans Praefatio Brückneriana multa habet, quae Lipenio ad laudem valent. Potiora haec ſunt: *Bibliotheca Iuridica egregiam Iuris cultoribus vbique praeſtat vtilitatem —— Omnes bonarum literarum amantes grato animo mecum fatebuntur, Lipenium labore plus quam Herculeo, quatuor Bibliothecis conficiendis inſumto, optime meritum eſſe de re literaria —— Nec manca & hiulca eſt haec opera, quoniam per omnes facultates eiusdem autoris diligentia decurrit aequalis & indefeſſa. Idcirco vbi iam Bibliotheca Iuridica nouam quaſi faciem induit, duplo auctior typis excuſa, & in autorum Indice ſubiectas referens materias, non defraudandus erat primus eius autor debita laude, vt eius nomine in fronte libri ſuppreſſo & alieno praefixo, obliuioni prorſus traderetur Lipenii memoria. Non recte occinunt maleuoli Lipenio noſtro, ipſum*

ipſum Gymnaſii Conrectorem & iuris imperitum falcem miſiſſe in alienam meſſem — — Pro defenſione Lipenii id tantummodo adduxiſſe ſufficiet, quod nec ante, nec poſt ipſum (ſi praeſentem excipias editionem) alius pleniorem meliusque exaſciatam protulerit Iuris Bibliothecam — — Sicut Iuridica inter Lipenii Bibliothecas prima prodiit, ita inter auctas prima nunc comparet, optandumque foret, vt reliquae pari felicitate ſuccederent. Haec illuſtris Brücknerus, qui in hac ipſa Praefatione & hanc quoque editionem non ab omnibus erroribus cenſet immunem. Conf. quae notaui Athen. Lub. P. III. p. 97. 98. 155. 173. Quemadmodum vero Lipenius Bibliothecis ſuis nomen *Viri diligentiſſimi*, quo eum inſignit ſummus Fabricius in Centur. Fabricior. pag. 12, ſibi comparauit, ſic quoque meretur [illegible]em ob maximam induſtriam, quam Conrectoris in Gymnaſio noſtro munus adminiſtrando omnibus ſemper probauit. Requirebat hoc ipſius religio & pietas, quam docent, praeter hanc ſubſcriptionem: *Ego M. Martinus Lipenius, Gorza-Brandenburg. Marchicus, Exrector Gymnaſii apud Stetinenſes Carolini, Conrector Lubecae, hic in officio & fide ſucceſſor datus, F. C. manu menteque ſubſcribo, die 22 Auguſt.* 1676, litterae ipſius ad celeberrimum Theologum, *Balthaſarem Bebelium*, intimum Lipenii amicum, ſcriptae, quae adhuc ineditae aſſeruantur.

§. VI.

Anno 1679 coepit Hinckelmannus manu ſua conſcribere iſtud *Album*, quod hodieque,

poſt abitum Hinckelmanni a laudato *Lipenio*, deinceps a *Suantenio*, & tandem a *me* continuatum, ſupereſt, atque memoriam gratorum & bonorum aeque, ac ingratorum & malorum auditorum, conſeruat.

§. VII.

D. 20 Febr. dicti anni defuncto Andreae Lùdero CHRISTOPHORVS CHRYSIVS, Molnenſis, datus eſt ſucceſſor. Hic an. 1651. d. 29 Ian., patre *Ioanne Chryſe*, Ciue Molnenſi, matre *Wibeke Everſen*, natus, inter maiores ſuos *Ioannem Erhardum*, Wernigerodenſem, Superintendentem Generalem Leoburgenſem numerat. Ex ſchola patria an. 1669 venit Lubecam, vbi a Nottelmanno (cuius auſpiciis an. 1672. d. 25 April. publicum edidit laudandae induſtriae ſpecimen, vid. ſupra Cap. XVII. §. 1) coetui Gymnaſtico fuit adſcriptus. An. 1673 abiit Roſtochium, vbi cum per biennium, & quod excurrit, eſſet commoratus, Lubecam rediit. Hinc an. 1678 contulit ſe Lipſiam, vnde an. 1679 fauore ſummi Ritteri, Conſulis, eſt reuocatus ad ſcholaſticum munus capeſſendum. Cum autem d. 19 Febr. ſincera mente F. C. ſubſcripſiſſet, die ſequenti ſolemniter eſt initiatus. Hinckelmannus *de Requiſitis boni Praeceptoris*: Chryſius autem *de Requiſitis boni Auditoris* verba fecit, & ſimul propoſitam a Rectore *Epiſtolam VI Lib. XIII Epiſtol. Famil. Ciceronis* explicauit. Vid. Act. Min. T. VII. f. 135 ſq. Scholaſtico munere, egregie adminiſtrato, vna cum vita, mors eum an. 1691. d. 16 Mai. priuavit.

§. VIII.

Digitized by Google

§. VIII.

Post Chrysium accesſit CHRISTIANVS SCHEVIVS, Lubecenſis, in locum defuncti parentis, Ioachimi Schevii, a Magnifico Conſule Protoſcholarcha electus. Munus, dato d. 27 Mai. Libris Symbolicis nomine, an. 1679. d. 19 Iun. ſuscepit. Hinckelmannus in hoc actu ſolemni habuit *Orationem de Felicitate Praeceptorum publicorum*: Schevius autem *de Infelicitate Praeceptorum publicorum*, ſimulque propoſitam a Rectore *Epiſtolam VI Lib. IV. Familiar. Ciceronis* egregie pertractauit. Deſcriptus eſt hic actus in Act. Min. T. VII. f. 145. b. Exſpirauit in ipſo aetatis flore Schevius an. 1688. d. 8 Aug., cum ſpartam ſuam per novem tantum annos ornaſſet.

§. IX.

Tertium eodem anno 1679 nouum Collegam Lubecenſe Collegium Scholaſticum accepit. Erat ille IACOBVS PAGENDARM, ex celebri in Weſtphalia Pagendarmiorum familia (de qua vid. Hamelmann. Opp pag. 225. 641) originem trahens. Natus eſt Hervordiae an. 1646. d. 6 Dec., patre *Henrico Pagendarm*, Ciue ac mercatore primario, matre *Annae*, *Antonii Fürſtenavii* (cuius fideli opera ipſe Ferdinandus III, Imperator, in rebus haud exigui momenti vſus eſt) filia. In Schola patria *Ludolphi Wervelii*, *Laur. Burgardi*, M. *Gottſchalck Laers*, *Io. Mantii* & M. *Chriſtoph. Krachtii*; Hildeſienſi M. *Io. Lohmeyeri* & *Henr. Oldenkopff*; nec non Magdeburgenſi *Sanderi* & M. *Io. Cammerhoff* fideli inſtitutione ita pro-

fecit, vt Academiam Iuliam cum fructu posset adire. Cum in ea aliquod temporis spatium exegisset, fratre, M. Io. Anton. Pagendarm Rectore deinceps Verdensi, suadente, almam Leucoream petebat, ibidemque non solum laudatum fratrem in studiis litterarum habebat antesignanum, verum etiam doctores Academicos diligenter auscultabat. An. 1670 Cantoris Osnabrugensis munia ei sunt demandata. Quae cum per nouem annos bene administrasset, Patres Conscripti eum vocarunt Lubecam, vt eodem munere fungeretur. Adiit illud, cum d. 27 Aug. Libris Symbolicis & animo & manu subscripsisset, an. 1679. d. 28 Aug. Magnifici Senatus auctoritate ab Hinckelmanno introductus. Rectoris Oratio *Diuinitatem Musicae*: Cantoris autem *Definitionem*, *Diuisionem*, *& Encomia Musicae* exposuit, cui propositae a Rectore *Odae X Lib. II Carminum Horatii* accurata explicatio inserta. Vid. quae de hac introductione in Act. Min. T. VII. f. 149 memoriae sunt prodita. Conf. Append. P. I. f. 301, vbi legitur M. Io. Georg. Eileri, Aedis Martin ap. Mindenses Pastoris, Epistola ad D. Sam. Pomarium, Sup. Lubec. 1679. Prid. Id. Mart. scripta, in qua honorifica Pagendarmii (multis, ad Cantoratum Lubecensem adspirantibus, de quibus vid. Act. Min. T. VII. App. I. p. 299 sq, praelati) mentio iniicitur. Cum autem per septem & viginti annos munus suum laudabiliter administrasset, an. 1706. d. 14 Ian. per beatam mortem in chorum Angelorum & electorum fuit adscriptus. Vita Pagendarmii,

ex

ex Biographia Germanica Haſſelmanniana deſumta, in Nov. Lit. Mar. Balth. 1706. pag. 127 ſq legitur. In iisdem Pagendarmius quoque ob rei nummariae ſtudium praedicatur. Vid. an. 1699. p. 16, vbi *funebris nummi* (*e locuplete penu Iac. Pagendarmii, Cant. Lub., amoenitatum iſtarum ſtudioſiſſimi, depromti*) *accurata delineatio* exhibetur: an. 1700. p. 13, vbi alius nummus exequialis argenteus ex eiusdem *Nummophylacio*, quod *ſelectiſſimis varii generis & metalli nummis, in primis vncialibus, refertum* dicitur, aere ſignatus ſiſtitur. De doctiſſimis ipſius filiis, *Hermanno Henrico* ac *Io. Gerhard Pagendarmio* Athen. Lub. P. II. p. 180 ſqq nonnulla in medium attuli.

§. X.

Vltimus, qui Hinckelmanni tempore inauguratus eſt, Collega fuit IOANNES KOCHIVS, Lubecenſis, rude donato DANIELI LIPPIO ſurrogatus. Docuerat hic, an. 1635. d. 10 Octobr. introductus & ipſo Martini die Symbola Lutherana nominis ſubſcriptione profeſſus, per ſeptem & quadraginta annos in Schola noſtra, neque ſolum in filiis ſuis, *Iacobo Lippio* (4), Eccleſiaſte deinceps Cathedrali, ac *Daniele Lippio* (5), Conrectore poſtea Wismarienſi, verum

Hh 5

(4) De eo vid. Athen. Lubec. P. I. p. 356 ſqq.

(5) Huius extat Oratio, ſequentem prae ſe ferens inſcriptionem: M. Danielis Lippii, Lubecenſis, Wismarienſis Scholae per biennium circiter Conrectoris, *Oratio de pii & fidelis Humaniorum Studiorum Praeceptoris publici Conditione, publice in Lyceo Wismarienſi praeſente Splendida Procerum Ciuitatis corona, cum Conrectoratui ſuo Wismarienſi Vale diceret, habita. Cui addita ſunt*

Digitized by Google

rum etiam in duobus millibus discipulis (6) fidem, dexteritatem, peritiam abunde satis probauerat. Quare Magnificus Senatus pro ea, qua illustris semper fuit, prudentia ac humanitate, veteranum in castris Musarum militem honestissime dimittendum esse censuit. Factum illud solemni ritu an. 1682. d. 30 Mai. per Abrahamum Hinckelmannum, Rectorem, qui hac occasione elegantem habuit Orationem, hoc titulo mox euulgatam: *Oratio de Fundamentis veraе Pietatis & Eruditionis solidae in Scholis probe iaciendis, in Dimissione Collegae emeriti & Renunciatione noui habita.* Lubec. 4. pl. 4. In qua Oratione (dedicata Io. Rittero, magnifico & immortaliter merito Consuli, cuius amor, in Gymnasium nostrum cum maxime laudatur) valde praedicantur merita Lippii, qui emeritus, quiete fruens, ad an. 1690 d. 23 Ian. fuit superstes. Locum ab eo relictum, dato d. 26 Mai. 1682 Formulae Concordiae nomine, habitaque & Oratione inaugurali, & publica simul in Epist. I. Lib. I. Familiar. Ciceron. praelectione, dicto d. 30 Mai. ante laudatus IOANNES KOCHIVS occupauit. Leg. Act. Min. T. VII. f. 190. a. Egregium sane fuit omen Hinckelmanni, Kochium ex Discipulo Collegam nacti, quod non possum non

sunt Testimonia maxime reu. Facult. Theol. Rostochiensis, & Magnifici Senatus Wismarienſis. Rostoch. 1677. 4. Pertinet itaque hic Lippius ad Athen. Lubec. Part. III. Sect. III.

(6) *Tot & plures numerat Lippius noster discipulos*, inquit Hinckelmannus in cit. Orat. p. D 2 fq.

non adſcribere. *Si amor*, haec ſunt Hinckelmanni verba in Orat. cit. p. D 3 b, *diſcipulorum ex pietate diligentia ac doctrina ortus, magna apud bonos omnes ſolet eſſet commendatio, dubitari Tu certe non potes, in Collegium noſtrum ita Te hodie cooptari, vt hominem commendatiſſimum. Nondum enim nobis piae illae & ardentes preces, quas in his ſubſelliis ad Deum Te fudiſſe obſeruauimus, nondum modeſtia & cupiditas diſcendi ita memoria nobis excidere, quin carum & acceptum Collegum ex cariſſimo olim diſcipulo Te nobis faciant, magnumque nobis omen de felici Tua in poſterum opera ſuppeditent.* Non fuit vanum omen. Kochius enim fide ac diligentia locum, quem nactus erat, tuitus eſt vsque ad vitae finem, qui ei iam an. 1691. d. 26 Aug. mature ſatis obtigit.

§. XI.

Similia fata Lubecae quidem non ſubiit Hinckelmannus, quamuis deinceps Hamburgi praematura morte ſit extinctus. Cum enim *intra hoc Lubecenſe Gymnaſium*, repeto verba celeberr. Fabricii in Memor. Hinckelm. ap. Pipping. Memor. Theolog. p. 598, *vtut illuſtre ſatis doctrina eius contineri non potuerit*, ſed is ad maiora fuerit natus, abiit an. 1675. d 3 Aug. Hamburgum, munia Symmyſtae Cathariniani capeſſurus. Vtrum ipſum muneris ſcholaſtici taedium aliquod ceperit, quod nonnulli affirmant, non auſim dicere: hoc certo cognoui, quod a multis aegre admodum ſit dimiſſus. Docet hoc etiam *Teſtimonium*, quod Hinckelmanno petenti Rev. Miniſterium Lubecenſe noluit denegare.

Litteris

Litteris istud consignauit B.M. Henricus Engenhagen, Senior, cuius αὐτόγραφον cum ad manus meas peruenerit, non possum non ex eo illud descriptum exhibere:

„ B. L.
„ S.
„ Quanquam gentiles, eorumque Philosophi „diuinam rerum humanarum gubernationem „aut in dubium vocarint, aut plane negarint (Pli„nius enim, rerum naturalium scrutator dili„gentissimus, Lib. 2 Hist. Nat. cap. 7 irriden„dum, censet, illud, quod est summum, curam „agere rerum humanarum: & M. Ann. Lucanus „L. V. de Bell. Civil. canit:

„ ——— Nunquam sic cura Deorum
„ Se premit, vt vestrae morti, vestraeque saluti
„ Fata vacent);

„sacrae tamen litterae, ductu Spiritus sancti a „sanctis viris consignatae, eam satis confirmant. „Auctor Psalmi secundi graduum, Custodem „Israelis non dormire, nec dormitare, & Salo„mo inter ipsa vitae tentamenta iam sapiens, „cor hominis excogitare quidem viam, sed „Deum gressus dirigere, testatur. Imo non „tantum diuinum hoc regimen confirmant, sed „nonnunquam ita comparatum esse monstrant, „vt summa cum admiratione cogamur exclama„re: O quam imperuestigabiles sunt Dei viae! „Quod non ita pridem Vir Pl. Reuer. & Clariss. „D. ABRAHAMVS HINCKELMANNVS, Ly„cei nostri Rector optime meritus, ac ob lingua„rum variarum, Philosophiae & Theologiae notitiam

„notitiam insignem, nec non vitae integritatem „omni laude extollendus, Amicus noster singu„laris, expertus est. Nam dum munus suum „curat, & quae spectant ad Rectoratum, sibi „ante decennium a Magnifico & Nobiliss. Rei„publicae nostrae Senatu commissum, medita„tur; ecce! praeter omnem spem & exspecta„tionem ab Amicis ad Diaconatum Ecclesiae D. „Catharinae in Hamburgensi Ciuitate suscipien„dum praegnantibus rationibus inuitatur & „paulo post a Senioribus, seu Presbyteris illius „Ecclesiae vnanimi consensu in locum defun„cti Dn. Beckmanni vocatur. Pl. Rev. & Clar. „HINCKELMANNVS noster hunc Dei digi„tum videns, imo sentiens, non diu cum carne „& sanguine contulit, sed voluntati diuinae sese „submisit. Ac cum sine consensu Superiorum „discedere nefas esse putaret, Consulem nostrae „Reipublicae Directorem, nec non Scholarchas „adiit, ab illis dimissionem, &, ea impetrata, a „Nobis litteras, quas vocant Testimoniales, pe„tiit. Quarum communicationem cum non „potuerimus illi denegare, hisce testamur & „confirmamus, Pl. Rev. & Clar. nostrum HIN„CKELMANNVM ab Amplissimo Senatu di„missionem, sed aegerrime, obtinuisse; a nobis „vero non absque nostro luctu & moerore di„scessisse. Namque in docendo pietatem cum „eruditione serio hic coniunxit, discipulos suae „fidei commissos exacta & Latinae, & Graecae, „& Ebraeae, nec non artium & disciplinarum, „ac Compendii Theologici, quo facilius adyta

Facul-

Digitized by Google

„Facultatum penetrare posſint, cognitione, fi-
„deliter & feliciter imbuit: cum ordine noſtro
„ſacro concordiam ſedulo coluit: Dnos Col-
„legas, quibus erat praepoſitus, intime dilexit,
„& vt paucis multa comprehendamus, ſpartam,
„quam hic nactus, ſic ornauit, vt Athenaei no-
„ſtri ſplendor omnium ſermone celebretur. Id-
„circo Eum ſanctis ſuſpiriis Deo commendamus,
„atqve vt in rei literariae ſubſidium atque Eccle-
„ſiae Euangelicae in Vrbe Hamburgenſi com-
„modum, ſaluum & incolumem quam diu-
„tisſime eum ſeruare dignetur, feruenter pre-
„camur. Scriptae Lubecae An. MDCLXXXV.
„prid. Calend. Aug.

„ Senior, Paſtores & caeteri Ec-
„ (L.S.) cleſ. Lubecenſium Sym-
„ myſtae.

Hoc honorifico teſtimonio inſtructus, & omni ex parte abitum (7) decenter meditatus, Lubeca Hinckelmannus eſt egreſſus, magna rerum bene geſtarum laude relicta. Quamuis enim Hinckelmannus quoque, in officio ſcholaſtico conſtitutus, non in omnibus potuerit cunctis placere (vid. Act. cit. T. VII. f. 13. a. b. 17. a. b. 51. b. 150. a. 151. b. 176. a. b. 178 ſqq. 188. b., vbi odioſa, quae tempore Hinckelmanni in re ſcholaſtica acciderunt, annotata), gloria tamen eius vt aliis in locis, ita Lubecae etiam eſt immortalis. Inſtaurauit eam haud ita pridem excel-

(7) De abitu Hinckelmanni quaedam etiam leguntur in Act. Min. T. VII. f. 234. a. b.

Digitized by Google

excellentiſſ. noſter Goetzius in Orat. de Hymn. & Hymnop. Lubecenſſ. p. 30 ſq, vbi inter alia honorifica de Hinckelmanno affirmat, *quod in hoc Athenaeo omnes Rectoris pii, docti, prudentis, & rerum ſuarum ſatagentis numeros impleuerit.*

§. XII.

Poſt diſceſſum Hinckelmanni MARTINVS LIPENIVS, Prorector, non ſolum habuit Actum Oratorium, verum etiam Programmata Funebria exarauit. Hoc enim auctore prodierunt

Vltimi Honores M. Henrici Engenhagen, Sen. & Paſtor. Iacob. Lub. 1685. d. 8. Sept. fol. (pl. 1). Inſertum eſt hoc Programma Goetzii Memor. Theolog. German. p. 596 ſqq, vbi p. 601 ſcriptorum Engenhagenii notitia adiecta.

Programma de Rebus Hungaricis. Lubec. 1685. fol. (pl. 1) Praemiſit *Orationi publicae de Matthia Corvino Hunniade, Rege Hungariae XXXI, Turcorum terrore, Bohemorum fulmine, Pannonum & Dacorum communi praeſidio*, quam d. 22. Octobr. *Henr. Ludouic. Reuterus*, Wittenburgo-Mecklenburgic. recitauit.

Vltimi Honores D. Henrici Seedorffii, ICti & Conſiliarii Haſſiaci, vna cum coniuge, Roſina Barbara Brauerin von Hachenburg iisdem exequiis elati. Lub. 1686. d. 19 Febr. fol. (pl. 1).

Memoria Ioannis Nicolai, Paſt. Petr. Lub. 1686. d. 29 Iun. f. (pl. 1). Reperitur apud Goetzium l. c. p. 615 ſqq, addita p. 620 Scriptorum ipſius Poëticorum mentione.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT XIX.

DE *Rectoratu* *M. ENOCHI SVANTENII.*

A. 1686 — 1717.

§. I.

CUm a Patribus Conſcriptis de nouo Rectore conſtituendo diu eſſet deliberatum, ex multis, tum ab Hinckelmanno, tum ab aliis commendatis (1), electus tandem eſt M. ENOCHVS SVANTENIVS, Poeſeos in celeberrima Roſtochienſi Academia Profeſſor, an. 1686 d. 17 Aug. introductus. Vid. Act. Min. T. VII. f. 257. a, Albertum noſtrum, cui Lipenius p. 113 haec inſcripſit: *Introductus eſt nouus Dn. Rector d. 17 Aug. 1686 eleganti Oratione habita de Cauſis intereuntis Rei Literariae, per Magn. Senatus Syndicum & Oratorem, Dn. D. Radouium, in ſolenni & maximae conſpicua panegyri eruditorum noſtrae ciuitatis.* Libris Symbolicis d. 26 Aug. ſponte ſubſcripſit, laudatus idcirco in Act. cit. f. 257 ſq. Reliqua ad Suantenii vitam, fata, ſcripta Academica (2) & laudes ſpectan-

(1) Nomina eorum expreſſa ſunt in Act. Min. T. VII. f. 234 ſq.

(2) His ipſe non annumerauit, quia Reſpondentem habent auctorem, *Lipſana Syriaca in Codice Graeco N. T. extantia, Philologice conſiderata*, quae ſub ipſius praeſidio Aug. Varenius, iun. Roſtoch. 1684. defendit.

Digitized by Google

ſpectantia in Athen. Lubec. P. I. p. 15, 77-84 legi poterunt. Hic recenſenda reſtant Scripta, quae, cum eſſet Rector Lubecenſis, officii cauſa euulgauit. De his obſeruo, quod omnia Lubecae in fol. typis ſint exſcripta: cuncta, vnico excepto, Latino ſermone elaborata: pleraque nonnullis exceptis, penes quae plagularum numerus indicabitur, vnica tantum plagula conſtent. Ea, quae mihi licuit oculis vſurpare, ſunt

Memoria Friderici Plönnies, Senat. & Camerar. 1686. d. 5. Non. Octobr.

Programma de Neceſſitate Patientiae, Praemiſit *Orationi de Patientia,* quam an. 1687. d. 17 Mart. habuit *Hieronymus Dathe,* Hamburgenſis.

Memoria Bernhardi Frieſii, V. I. D. 1687. III Id. Mai.

Programma de Fortuna Belli ancipiti. Praemiſit Oratorio *de Victoria Mohacenſi* Actui, in quo 1687. d. 20 Octobr. verba fecit, ſimulque vale dixit *Chriſtian. Albert. Kalliſen,* Apenrada-Holſatus.

Memoria Catharinae Margaretae a Dale, natae Brauerіae ab Hachenburg. 1688. Prid. Kal. Febr.

Programma de coniungenda cum Conſilio Induſtria. Praemiſit Actui *de Leopoldi Imperatoris, dicto: Conſilio & Induſtria,* in quo an. 1688. d. 10. April. *Chriſtian. Henr. Drewerus,* Lipſienſis vale ſimul dicens, fuit orator.

Memoria M. Ioannis Reichii, Paſtor. Aegid. & Senioris.

1688. Idib. Mai. Extat in Goetzii Elogg. Theolog. German. p. 628 sqq.

Memoria M. Georgii Balemanni Symmystae Mariani. 1688. 17 Aug. Reperitur l. c. pag. 653 sqq.

Programma de pulchra cum laboriosissimis Difficultatibus Contentione. Praemisit Actui Oratorio, in quo *de Symbolo* Sept. Severi, *Imperatoris*: Laboremus, *Dav. Henr. Weistein*, Lubecensi ac *de Symbolo* Fl. Cl. Constantini, *Imperatoris*: Difficilia quae pulchra, *Gabriel Fitzmann*, Lubecens. d. 25 Octobr. 1688 verba fecerunt.

Memoria Ioan. Pommereschii, I. V. D. & Reip. Lub. Syndici. 1689. (pl. 3).

Programma de Redemtione Generis humani. Praemisit Orationi publicae *de Sanguineo luctantis Sospitatoris Sudore*, d. 21 Mart. 1689 a *Iacobo Lippe*, Lubecensi, habitae.

Andencken Hn. Diederich Bartels, Rahts verwandten. 1689. d. 1 Oct. (pl. 2).

Programma de Libertate, ad Act. Orat. *de Libertate Re omnium optima & pessima*, in quo an. 1689. d. 24 Octobr. *Franciscus Henr. Matthiassen*, Lubecens. & *Ioachimus Wolters*, Warderа--Holsatus, pro rostris Gymnasticis dixerunt.

Memoria M. Ioan. Schachtii, Past. Iacob. 1689. IV. Kal. Nov. Reperitur ap. Goetz. l. c. p. 641 sqq.

Memoria Ioach. Röderi, I. V. D. 1689. III Kal. Nov.

Memo-

Memoria Antonii Henr. Gloxinii, V. I. D., S. Caes. Mai. Consiliarii & Comit. Palat. 1690. d. 30. Ian. (pl. 1½).

Programma de Laudibus Iosephi. (pl. 2). Praemissum est Actui Oratorio, in quo *Gloriosissima Concinnitudo inaugurati coronatique serenissimi Regis Romani, Iosephi, vna cum Symbolo Regali: Amore & Timore, submisse d.* 10 *April.* 1690 *obseruata a Bened. Petr. Winclero* atque *Petr. Kellingo*, Lubecensibus.

Memoria Nicolai Schomeri, V. I. D. Senat. & Camerarii. 1690. d. 18 Nov.

De Symbolis Ottonum, salubribus corrigendi temporis Regulis Programma. Praemissum est Actui Oratorio, in quo an. 1691. Kalend. April. *Sebastian Spangenbergius*, Lubecens. de *Ottonis I.* Symbolo: *Aut Mors, aut Vita decora*; *Ioannes Lindemannus*, Lubecens. de *Ottonis II.* Symbolo: *Pacem cum Hominibus, cum Vitiis Bellum*; *Henricus Fockius*, Lubecens., de *Ottonis III.* Symbolo: *Virtus vnita valet*, publica verba fecerunt.

Memoria M. Menonis Reichii, Past. Iacob. 1691. VIII Id. Iul. Inserta est Goetzii Elogg. cit. pag. 653 sqq.

Programma de Virtute & Fortuna, humanarum Actionum fulcris. Praemisit Actui Oratorio d. 17 Mart. 1692 habito, in quo *Ioan. Godofr. Borgehl*, Lubecens. *Symbolum Maximiliani I.*

Digitized by Google

Imperatoris: *Tene mensuram & respice finem*, atque *Godofred. Beisner*, Lubecens. *Symbolum* *Maximiliani II.* *Imperatoris*: *Dominus prouidebit*, pro rostris Gymnasticis explicarunt.

Memoria M. Martini Lipenii, *Conrect. Lubec.* 1692. d. 15 Nov.

Programma de Quaestione: *An omnis iucundus motus Honestati affinis sit?* Praemissum est duabus Orationibus, an. 1693 d. 6 April. habitis, quarum priorem de *Alberti I* Imperatoris Effato: *Quod optimum, idem iucundissimum*, *Ioan. Gerh. Winter*, Schöneberga-Mecklenb; posteriorem de *Alberti II* Imperatoris Effato: *Amicus optima vitae possessio* *Daniel a Mellen*, Lubecens. recitauit.

Memoria Henrici a Kirchring, *Haeredit. in Brandenbaum & Consul. Reip. Lubec.* 1693. d. 31 Mai. (pl. 2).

Memoria Henrici Balemanni, *V. I. D.*, *Senator. ac Camerar.* 1693. d. 26. Iul.

Memoria M. Gerhardi Henrici Hopmann, *Symmyst. Aegid.* 1693. prid. Id. Sept. Extat ap. Goetz. l. c. p. 660 sqq.

Memoria Ioan. Fitzmanni, *Med. D. & Poliatri.* 1694. III Non. April.

Memoria Gothardi Marquardi, *Cons. Lubec.* 1694. III Id. April. (pl. 2).

Memo-

Memoria Hermanni a Lengerken, Med. D. 1694. Idib. Mart.

Memoria Georgii Lindenberg, V. I. D. 1694. d. 30 Mart.

Programma de Regum maiestate deueneranda & non laedenda, praemissum Actui Oratorio Gymnastico *de Britanniae Rege, Carolo* I *Stuarto*, d. 25 Octobr. 1694. instituto, in quo *Henricus Sivers*, Lubecensis, & *Ioannes Ehrenfried Pfeiffer*, Misena-Misnic. oratores extiterunt.

Memoria Ioan. Frid. Mülleri, Med. D. 1694. 16 Novemb.

Memoria Arnoldi Isselhorst, Reip. Lubec. Protonotarii. 1695. postr. Id. Febr.

Memoria Nicolai Carstens, Praefect. Mölnens. 1695. d. 27 April.

Programma de Mediocritate in Sciendo & Faciendo. Praemisit Actui Oratorio Gymnastico, d. 24 Octobr. 1695 habito, in quo de Symbolo *Henrici I.* Imperatoris: *Tardus ad Vindictam, ad Beneficentiam velox*, *Hermannus Blatzen*, Lubecens; ac de Symbolo *Henrici II* Imperatoris: *Ne quid nimis*, *Henricus Balemann*, Lubens. verba fecerunt.

Memoria M. Ioan. Reichii, Symmyst. Iacob. 1696. 18 Mart. Reperitur ap. Goetz. l. c. p. 666 sqq.

Memoria Ioannis Siricii, Cons. Lubec. 1696. III Id. Mai. (pl. 2).

Memoria Hermanni Westhof, Past. Iacob. 1696. d. 23 Decembr. Extat ap. Goetz. l. c. p. 674 sqq.

Digitized by Google

Programma de Animi humani & admirandis & detestandis Facultatibus. Praemisit Actui Gymnastico, *de Animo Humano & optimo & pessimo*, d. 23 Mart. 1697 adornato, in quo *Nicol. Gothard. Carstens*, & *Nicolaus a Brömsen*, Lubecenses, oratores fuerunt.

Programma de Morum, a Fortunatis etiam, habenda ratione. Praemissum Actui Oratorio Gymnastico, d. 15 April. 1697 instituto, in quo de *Conradi I.* Imperatoris effato: *Fortuna, cum blanditur, fallit*, *Ioach. Ernest. Brand*, Holsatus; de *Conradi II* Imperatoris effato: *Omnium Mores, tuos in primis, obseruato*, *Balthasar Gerhardus Hannekenius*, Lubecensis, verba fecerunt.

Memoria Christiani Möllenhoff, Symmystae Templi Arcis & S. Spiritus. 1697. d. 18. Aug. Extat ap. Goetz. l. c. p. 682 sqq.

Programma de tribus in vita mortalium paribus fere passibus procedentibus: Sapientia, Labore, Inuidia. Praemissum est Actui Gymnastico de dictis *Platonis*: *Sapientia Labore venit*; & *Plinii*: *Qui inuidet, minor est*, d. 21 Octobr. 1697 adornato, oratoribus *Henrico Westerbeide* ac *Ioanne Brandt*, Lubecensibus.

Memoria Augusti Pfeifferi, Theol. D. & Superint. Lubec. 1698. d. 20 Ian. (pl. 1½).

Program-

Digitized by Google

Programma de variis Admirandis. Praemisit Gymnastico Actui Oratorio *de Artificio multiplici, ve Homo Homini admirabilis euadat,* quem d. 27 April. 1699 solus sustinuit *Io. Christophorus Tesdorff,* Lubecensis. Conf. Nov. Lit. Mar. Balth. h. a. p. 159.

Memoria Georgii Radovii, ICti, Rev. Capitul. Lubec. Praepositi & Reip. Lubec. Syndici. 1699. V Id. Mai. (pl. 1½).

Memoria Sophiae Margaretae, Viduae Braueriae, natae Brandesiae. 1699. 28 *Aug.*

Memoria Marci Timanni, Med. D. 1700. Id. Febr. Conf. Nov. Lit. Mar. Balth. h. a. p. 63 sq.

Memoria Annae Isernhagen, Antonii Wincleri, Conf. Lub., Vxoris. 1700. d. 29 Mart.

Programma de potentissimarum Familiarum ex masculis, Haeredibus Felicitate. Praemisit *Augustissimarum ac potentissimarum, Austriacae & Luneburgensis, Prosapiarum Elogio Gymnastico,* quod Actu Oratorio *Ioannes Godofredus Carstens,* Lubecensis, & *Arnold. Christianus Wacker,* Femaria-Holsatus d. 1 April. 1700 concinnarunt. Conf. Nov. Lit. M. B. h. a. p. 117 sq.

Memoria Ioan. Lindemanni, Med. D. 1700. IV Id. Iul. Conf. cit. Nov. Lit. h. a. p. 256.

Memoria Ioannis Ritteri, ICti, Comit. Palat. Caesar. & Reip. Lubec. Consulis primi. 1700. VI Id. Sept. (pl. 2).

Memoria M. Bernhardi Krechting, Past. Marian. & Senioris. 1700. 28 Octob. Reperitur ap. Goetzium l. c. p. 688 sqq.

Memoria Henrici Oſtermann, V. I. D, 1700. d. 21 Dec.

Memoria Henrici Lipſtorpii, Med. Doct. 1701. d. 16 Febr.

Programma de Hermathena. Praemiſit Actui Oratorio, in quo de Symbolo *Leopoldi*, Imperatoris: *Conſilio & Induſtria*, *Bernhardus Henricus von der Hude*, Lubecenſis; de Symbolo *Ioſephi*, Regis: *Amore & Timore*, *Gothardus Arnoldus Iſſelhorſt*, Lubecenſis, pro roſtris Gymnaſticis d. 17 Mart. 1701 dixerunt.

Memoria Matthaei Diterici Bacmeiſters, Med. *Doct.* 1701. VI Id. April.

Memoria Ioachimi Friderici Carſtens, Senator. & Camerar. 1701. d. 29 April.

Memoria Hermanni Focken, Senator. 1701. d. 27 Mai.

Memoria Benedicti Petr. Wincleri, V. I. D. 1702. VII Id. Aug. (pl. 1½).

Memoria Ludouici Pincier, V. I. D. Reverendiſſ. ac Sereniſſ. Lubec. Epiſc. a Conſiliis Aulicis, Rev. Capit. Lubecenſ. Canonici Senior. & Theſaurarii. 1702. d. 5 Decembr. (pl. 2).

Memoria M. *Chriſtoph. Anton. Erasmi, Archi-Diaconi Petrini.* 1703. d. 6 Febr. Reperitur apud Goetzium l. c. p. 695 ſeqq. Conf. cit. Nov. Lit. h. a. p. 47 ſq.

Programma de Vitis Cultura apud Veteres. Inuitavit hoc Programmate ad ſolemnem Orationem, quam *de Vita Vitis & Vite Vitae* d. 19 April. 1703

1703 habuit *Hermannus Lebermann*, Lubecensis. Conf. cit. Nov. Lit. p. 120.

Memoria Henrici Dieterici a Kirchring, Senatoris, 1703. d. 23 April. Conf. eadem Nov. Lit. p. 119 sq.

Memoria M. *Thomae Honstedt, Past. Cathedral. & Sen.* 1704. d. 14 Febr. Inserta est D. Henrici Pippingii Memor. Theologor. Dec. VII. pag. 1519 sqq. Conf. Nov. Lit. Mar. Balth. 1704. p. 94 sq.

Programma de Laudibus CAROLI III, *Hispaniae Regis*. Praemisit *Ethopoëtico Actui Oratorio, de Discessu, Itinere & Accessu ad Regnum CAROLI III, Hispaniarum Regis*, quem Actum d. 10 April. 1704 celebrarunt *Christian. Frider. Claassen*, Mecklenb., *Ioan. Adolph. Granau*, Ploena-Holsat., *David. Meineke*, Wismarienf. Conf. Nov. Lit. M. B. h. a. p. 191 sq.

Memoria Hieronymi a Dorne, in Gallibn & Weslobe Domini, Reip. Lub. Consulis. 1704. d. 21 Octobr. pl. 2. Conf. cit. Nov. Lit. p. 347 sq.

Programma de Laudibus Leopoldi I & Iosephi I, Caesarum Romanorum. Praemisit Gymnastico Actui Oratorio, quo *Luctuosa inuictissimi atque gloriosissimi Imperatoris* *Leopoldi I. Absentia*, *& serenior potentissimi augustissimique Caesaris* *Iosephi I. Praesentia* d. 23 Iul. 1705 demisse fuit obseruata a *Georgio Henrico Gercken*, Lubecensi. Conf. cit. Nov. Lit. h. a. p. 319 sq.

Memoria M. Balthasaris Gerhardi Hannekenii, Pastor. Mariani. 1706. d. 25 April. Legitur ap. Goetzium

Digitized by Google

zium l. c. p. 706 sqq. Conf. N. L. M. B. h. a. p. 287 sq.

Inscriptio ad Orationem solemnem, & simul valedictoriam, *de felicium & infelicium in Imperiis Vicissitudinum Causis, & vnde aut increscant, aut decrescant Respublicae*, d. 22 Iul. 1706 a *Georg. Henr. Gercken*, Lubecens. habitam. Conf. cit. Nov. Lit. h. a. p. 320.

Memoria Georgii Ritteri, Rev. Minist. Senioris & Pastoris Petrini. 1706. d. 30 Iul. Extat ap. Goetzium. l. c. p. 714 sqq. Add. Nov. Lit. Mar. Balth. h. a. p. 369 sq.

Memoria Ioan. Melch. Goebelii, Med. Doct. 1706. d. 25 Nov. Conf. N. L. M. B. 1707. p 29 sq.

Inscriptio ad Orationem publicam & valedictoriam *de vtilissima honestae Peregrinationis Iucunditate*, quam d. 25 Nov. 1706 habuit *Augustus Ioachimus Wendt*, Lubecensis. Conf. Nov. Lit. M. B. 1707. p. 29.

Inscriptio ad Orationem solemnem *de Vtilissima Legum in Republica Necessitate*, d. 20 Dec. 1706 a *Ioan. Christoph. a Wahrendorff*, patricio Lubec., habitam. Conf. Nov. Lit. Mar. Balth. 1707. p. 32.

Memoria Antonii Wincleri, ICti, Consulis Reip. Lubecens. 1707. d. 24 Febr. (pl. 2). Conf. cit. Nov. Lit. pag. 95 sq.

Inscriptio ad solemnem Orationem valedictoriam *de augustissimo Resurgentis Christi Triumpho*, quam d. 28 April. 1707 habuit *Ioan. Herman. Siricius*, Lubecensis. Conf. cit. Nov. Lit. p. 222.

Memo-

Digitized by Google

Memoria Petri Bernhardi Claſenii, V. I. D. 1708. Kal. Mart.

Memoria Nicolai Hannekenii, *Med. Doct. & Poliatri primi.* 1708. d. 8 Mart. (pl. 2).

Inſcriptio ad Orationem Gymnaſtico-Valedictoriam *de Ortu, Incrementis ac multiplicibus Fatis inclytae Vrbis liberae Imperialis Lubecae*, d. 15 Mart. 1708 habitam ab *Adolph. Iacob. Dannecker*, Lubecenſ. Conf. Nov. Lit. M. B. 1708. p. 94.

Memoria Sixti Chriſtiani Lipenii, *Gymnaſii Scholaeque Lubecenſis Subrectoris.* 1708. d. 27 Mart. Conf. Nov. Lit. l. c.

Memoria Ioach. Chriſtiani Pincier, *V. I. D. Reverendiſſ. ac Sereniſſ. Lubec. Epiſc. a Conſiliis Aulicis, Capit. Lub. Canonici, Theſaurarii & Structuarii.* 1708. d. 19 April.

Inſcriptio ad Orationem publicam *Sam. Gerhard. a Melle*, Lubecenſis, *de Studio Immortalitatis* d. 21 Mart. 1709.

Memoria Thomae Fridenhagen, *Reip. Lub. Senatoris* 1709. d. 30 April.

Memoria Sebaſtiani Gercken, *ICti*, *Reip. Lubec. Conſulis.* 1710. d. 18 Febr. (pl. 2).

Inſcriptio ad Orationem Gymnaſtico-valedictoriam *Ioannis Rodde*, Lubecenſis, *de Methodo ſtudendi, & in primis excolendi Iura*, d. 20 Febr. 1710.

Memoria Ioannis Petri Stein, *Paſt. Aegid & Sen.* 1710. Non. Mai.

Inſcriptio ad Orationem ſolemnem, natali ſereniſſimi

nisſimi Principis Mecklenburgici, *Adolphi Friderici III*, ſacram, *de Aurei Felicitate Seculi, qua ferreorum grauitatem corrigit temporum prudens piumque Ducis ſerenisſimi regimen, in triplice Statu Hierarchico*, per *Chriſtianum Hövet*, Woldega-Mecklenb., vale ſimul dicentem, 1710. VII. Id. Iun.

Memoria Michaelis Hentſchel, Paſt. Iacob. 1711. d. 4 Febr.

Memoria Reimari Petri von Rheder, Reg. Mai. Dan. Status, Iuſtitiae & Cancellariae Conſiliarii, Gubernatoris de Segeberg, Rev. Capituli Lubec. Canonici & Praetoris. 1711. d. 6 Mart. fol. pat.

Memoria Ioannis Nolto, Med. D. & Poliatri primi. 1711. d. 23 Mart. (pl. 2).

Memoria Ioan. Frid. Leopoldi, Med. D. 1711. d. 11 Mai.

Inſcriptio ad Orationem ſolemnem *de Symbolo Caroli VI, Caeſaris auguſtisſimi: Fortitudine & Conſtantia*, quam d. 11 Febr. 1712 habuit *Paulus Vermehren*, Lubecenſis, vale dicens.

Memoria Bartholdi Stuhlmanns, Paſt. Iacob. 1712. d. 25. Febr.

Memoria Laurentii Woltersdorff, V. I. D. & Senatoris. 1712. d. 10 Octobr.

Memoria Franciici Balemanni, Archi-Diac. Aegid. 1712. d. 19 Dec.

Inſcriptio ad *Hermanni Vlrici von Lingen*, Lubecenſis, Orationem Gymnaſticam *de religioſo argumento:*

Digitized by Google

mento: *Gentes nec omnino nullum, nec omnino multiforme Numen credidiſſe*, d. 16 Febr. 1713.

Inſcriptio ad *Chriſtophori Dreyer*, Lubecenſis, Orationem Gymnaſticam *de Problemate*: *An Literis, an Armis comparatae inſignior Praerogativa Laudi competat*? d. 2. Mart. 1713.

Inſcriptio ad *Ioachimi Chriſtophori Wendt*, Lubecenſis, Orationem Gymnaſticam *de Neceſſitate ac Vtilitate Educationis*, d. 6 April. 1713.

Memoria Caſparis Lindenbergii, *Paſt. Petr.* 1713. d. 8 Mai.

Memoria Andreae Langii, *V. I. D.* 1713. d. 24 Octob.

Memoria Balthaſaris Dehns, *Symmyſtae Petrini* 1713. d. 26 Octobr.

Inſcriptio ad *Chriſtiani Vermehren*, Lubecenſis, Orationem Gymnaſtico-Valedictoriam *de Communi ſpenatae Oblectamento Pacificationis*, d. 7 Mart. 1714.

Memoria Ioannis Weſtken, *Reip. Lubecenſ. Conſulis primi*, 1714. d. 9. Aug. (pl. 2).

Memoria Emanuelis Sebaſtiani Harder, *Symmyſtae Templi Arcis & S. Spiritus*. 1714. d. 22. Nov.

Inſcriptio ad *Hermanni Antonii Rhon*, Lubecenſis, Orationem Gymnaſtico-valedictoriam, cuius argumentum: *Neminem ad ſuperiores aut debere, aut valere progredi Diſciplinas, niſi ſolida inferiorum cognitione Disciplinarum ſolertiſſime ſit imbutus inſtructusque*, d. 11 April. 1715.

Memoria Ioannis Heſſen, *Paſt. Petrin.* 1715. d. 19 Novembr.

Memoria Chriſtiani Wedelii, *Med. Doct.* 1716. d. 30 April.

Prae-

Digitized by Google

Praeter haec a Suantenio, Rectore Lubecensi, euulgata scripta, multis argutiis referta, supersunt *Inscriptiones*, occasione nouorum Collegarum editae, de quibus deinceps suis locis.

§. II.

Primum, Rectore laudato Suantenio, *Examen* institutum esse an. 1687. d. 12 Mart., in Act. Min. T. VII. f. 272. a sq reperi annotatum. Autumnale itaque anni praecedentis Examen fuit intermissum.

§. III.

An. 1688 Cal. Novembr. in defuncti Davidis van der Brügge, Subrectoris per 24 annos meritissimi, locum per solemnem introductionem substitutus est MICHAEL FREVDIVS, Mecklenburgicus, Conrector hactenus Scholae Wismariensis per 12 annos praeclare meritus, qui dicto die Subrector a Suantenio introductus, *de diuina in conseruandis Scholis Prouidentia* publice verba fecit. Libris Symbolicis an. 1692. d. 6 April. mente addictissima & manu subscripsit. Per breue autem tantum temporis spatium licuit ei hoc officio rite defungi, siquidem iam an. 1692. d. 26 Dec. e vita migrauit. Vid. Mellii Nachr. von Lûb. p. 228; Mortuum eleganti Carmine laudavit Enoch. Suantenius.

§. IV.

Post Freudium scholasticae societatis particeps euasit IOANNES SCHEVIVS, Lubecensis, Christiani Schevii, fratris, (de quo vid. Cap. XVIII. §. 8) factus successor. Hic cum Lubecae, Gothae, (quam vt adiret, facile effecit cognatus

tus ipsius, Adamus Tribbechouius, vir cum paucis comparandus,) Giessae, Ienae doctores publicos non sine insigni fructu audiuisset, patriaeque esset redditus, scholasticum munus an. 1688. Id. Decembr. sibi deferri passus est. In solemni introductionis actu sermonem *de vitando in Scholu Otio* pronunciauit, simulque *Ciceronis Epistolam XXI. Lib. V ad Atticum* auspicii causa pertractauit, quod Suanteniana Inscriptio docet. Anno sequenti 1689 d. 18 Sept. Symbolis Lutheranis mente ac manu candida subscripsit. Inter Collegas, hodie superstites, senior est. Augeat Numen viri meritissimi annos & vires, vt porro queat Classi quartae, cui praeest, esse emolumento.

§. V.

Anno 1689 in Examine autumnali primam habuit Orationem AVGVSTVS PFEIFFERVS, Superintendens, vir dudum ita celebratus, vt mea laude minime indigeat. Extant eius *Sermones Miscellanei, per publica Examinum interualla dicti*, ad calcem Pfeifferianae Memoriae, e Filiorum Pietate extructae. Rostoch. 1700. 4. Qui Sermones, ad Rectorem ceterosque Collegas, honorifice compellatos, & ob fidem ac diligentiam saepius laudatos, nec non Iuuenes, modo ob virtutes praedicatos, modo ob vitia, a quibus iuuenilis aetas raro est immunis, reprehensos, nunquam non ad praeclara quaeuis instigatos, semper directi, multis de causis commendari, & breuiter hac occasione recenseri merentur. Primus, an. 1689 in Exam. Aut. dictus, *de coniungenda Doctrina & Disciplina* agit,

agit. Secundus an. 1690. in Exam. vern. pronunciatus, *Scholam cum Eccleſia contendens*, haec inter alia verba habet honorifica: *Quo nomine tibi, Amicorum optime, incluti huius Gymnaſii Scholaeque Rector, tuisque Collegis ex animo gratulor de tot fioridiſſimis ingeniis, quae dotes ſuas veſtra cura acquiſitas atque adauctas per hoc biduum Magnifici Senatus Delegatis, mihi, meisque in visceribus IEſu Chriſti dilectiſſimis fratribus abunde in vario literarum genere probarunt.* Tertius, an. 1690 in Exam. autumn. inſtitutus, *Ieſuitarum Scholas* perſtringit: Quartus, an. 1691 in Exam. aut. recitatus, *per moleſtum laborem Scholaſticum* deſcribit, & Praeceptores ſolatur. Quintus, an. 1692 in Exam. Autumn. habitus, *Odium Pietaſtrorum erga Scholas* iniquitatis conuincit. Sextus, an. 1693 in Exam. Vern. prolatus, *Philologiam atque Philoſophiam* Facultatibus, vt vocant, ſuperioribus praemitti debere, demonſtrat. Septimus, an. 1693 in Exam. Aut. inſtitutus, *Fanaticos Scholarum & humaniorum litterarum infenſiſſimos hoſtes* fiſtit. Octauus, an. 1694 in Exam. Vern. dictus, *de Inquiſitione Doctrinali*, quae Examen vocari ſolet, agit. Nonus, an. 1695 in Exam. aut. habitus, *Pietiſtas inſcitiae & barbariei Patronos* producit. Decimus *Fanaticos Scholarum impudentiſſimos calumniatores* refutat. Vndecimus omnibus Gymnaſii & Scholae alumnis perpetuam *adverſus Barbariem & Vitia Victoriam* exoptat.

§. VI.

An. 1691 d. 27 Nov. defuncti Chriſtophori Chryſii ſucceſſor, GERHARDVS MINVS, Lubecen-

becensis, Scholae Collega solemni ritu est declaratus. Ex Inscriptione, qua Enochus Suantenius, Rector, VI Cal. Decembr. ad hunc Actum inuitauit, liquet, quod auspicii causa dixerit *de Patrocinio Scholarum*, ac *Ciceronis Epistolam XXV L. XII ad Familiares* enarrarit. Formulae Concordiae d. 16 Decembr. eod. an. Christiana παῤῥησία subscripsit. Caeterum de vita viri huius meritissimi sequentia mihi innotuerunt, quae bona fide cum Lectore communicabo. Natus est Lubecae, sed ob praematurum Parentis optimi obitum Gadebuschi educatus in aedibus indulgentissimi & beneficentissimi Auunculi sui, Dn. M. Petri Winteri, Pastoris ibidem fidelissimi. V, Elog. Germanor. quorund. Theologor. collecta a Ven. Dn. D. Goetzio, Superint. Lubecensium Ecclesiar. meritissimo, pag. 280. Eo loco, liberis prioris coniugii B. huius viri demortuis, puer sexennis paternum maternumque animum invenit, quem secundum diuinam prouidentiam ac directionem indies grato praedicat animo. Vt autem prima pietatis & linguae Latinae principia edoceretur, commissus est fidei atque informationi Dn. *Zachariae Kirchhofii*, viri solertissimi, & Dn. *Io. Fichtelii*, Byrutho-Franci, tunc temporis Rectoris Gadebuschensis, in humanioribus egregie exercitati, ceu quaedam ingenii monumenta posteritati ab eo relicta, scilicet *Aeschinus Comoedia, continens Phrases & Elegantias sex Comoediarum Terentii. Cui sub finem Supplementi Phrasiologici loco adduntur Colloquia septem.* Lubec. 1669. 12; & *Praxis Syntactica, iuxta Syntaxin Re-*

gularem & Figuratam Nathanis Chytraei, e materia Symboli Apostolici concinnata, cuius vsu sedulo Discentes facile Syntaxin memoriae inculcare possunt, Lubec. 1659. 8. primum edita, deinde ab ipsius filio Dn. *I. I. Fichtelio*, Collega Scholae Teutonicae Sueco-Holmensis, in *Hodego Grammatico Theoretico-Practico*, Holm. 1705. 8. pag. 242 sqq repetita, satis superque testantur. His praeceptoribus aliquot annos vsus, laudato B. Dn. Wintero ab Illustrissimo Principe Megapolitano Schönebergam ad Pastoris primarii & Senioris Circuli Razeburgensis munus obeundum vocato, Lubecam remissus est, vt, quas amare coeperat, literas continuaret. Primo igitur a doctiss. Dn. Io. Hoefero instituebatur, sed eo post quinque menses officio Pastoris in Granbau praefecto, in Scholam publicam introducebatur, Praeceptores nactus, quos tunc temporis Lyceum habebat clarissimos, scilicet Dn. *Dav. von der Brügge*, Dn. *Io. Polzium*, Dn. *Herm. Nottelmannum*, &, post eius excessum e vita, Dn. *Abr. Hinckelmannum*, quorum virorum memoriam & merita non sine debita laude saepius recolit. Ab his publice & privatim per quatuor annos iis artibus, quae ad humanitatem pertinent, informatus, iussu aliorum Scholae patriae valedicebat, a Praeceptoribus cum bona gratia dimissus ad studia Academica. In Studiosorum igitur numerum receptus, quoties potuit, frequentauit Philosophica, Philologica, Theologico-thetica, polemica, disputatoria, examinatoria, exegetica, Biblica Collegia clarissimorum atque excellentissimorum

simorum Dnn. Magistrorum, Professorum & Doctorum, puta Kiliae Dn. M. *Plomanni*, Dn. *Heldbergii*, Dn. *Clausenii*, Dn. D. *Morhofii*, Dn. *Opitii*, Dn. D. *Kortholti*, Dn. D. *Wasmuthi*, Dn. D. *Franckii*; Giessae Dn. D. *Hannekenii*, Dn. D. *Rudrauffii*, Dn. D. *Clodii*; Argentinae (eo ipso tempore, quo ciuitas illa sese potentissimi Regis Galliae armis submittere cogebatur) Dn. D. *Schmidii*, Dn. D. *Is. Fausiii* & Dn. D. *Bebelii*, virorum quauis laude maiorum, iam fato defunctorum. Consilio atque auxilio excellentissimi Dn. D. Leopoldi, plurimorum Evergetae (יהוה יסערגו על ערש דוי) aliquot annos in Academiis commoratus, per Hollandiam in patriam redux statim, praeuio Examine solemni, Candidatis Rev. Ministerii adscribebatur, vnde conciones ad populum, etiam δοκιμασικας, habere potuit. Tandem an. 1691 accidit, vt clarissimo Dn. Christoph. Chrysio mortuo, officium vacuefactum ei, promotore Magnifico atque illustri Consule Dn. Iohanne Rittero (cuius familiam hodie, florentissimam Lubecenses, vtinam quam diutissime! conspiciunt coluntque) demandaretur. Cui officio vti iam per triginta annos, & quod excurrit, praefuit, ita, diuina gratia annuente, in posterum nullum scholasticum fugiet laborem, memor illius:

Dum vires, annique sinunt, tolerate labores.

Numen concedat & annis & viribus incrementum, vt iuuentus porro ipsius ope possit bene formari!

Digitized by Google

§. VII.

Exiguo temporis ſpatio interiecto, IACOBVS STEINBRECHER, Neoſtad. Holſatus, defuncti Ioannis Kochii ſucceſſor, in Collegium ſcholaſticum fuit adſcriptus. Factum illud eſt, praevia Inſcriptione Suanteniana teſte, an. 1691. d. 17 Decemb., quo die introductus, Sermone Inaugurali *de Educatione Doctrinaque Puerili* recitato, *Ciceronis ad Atticum Epiſtolam* VIII. *Lib. IV* publice pertractauit. Anno ſequenti d. 14 April. Formulae Concordiae nomen dedit. Cum in noſtra Schola diligenter laboraſſet, per beatum ex hac vita diſceſſum ad coeleſtem an. 1709. d. 22 Febr. eſt translatus.

§. VIII.

An. 1693 laudatus antea Pfeifferus inſigni hoc teſtimonio ornauit CHRISTIANVM LEBRECHT FELS ob fidem inſtitutionem, qua nonnullos etiam noſtri Gymnaſii alumnos Ebraeam linguam docuit:

Nachdem Vorzeiger dieſes, Chriſtian Lebrecht Fels, Conuerſus e Iudaismo, mich um ein Zeugniß ſeines Verhaltens angeſprochen, ſo habe ich demſelben um ſo viel weniger entſtehen können, als mir gewiſſe Wiſſenſchafft beywohnet, daß er nicht allein über 20 Jahr nach ſeiner Bekehrung und Tauffe bey der Chriſtl. Religion beſtändig verharret, ſondern auch in währender Zeit hin und wieder gute Proben bey der ſtudirenden Jugend abgeleget, die er, weiler die Lateiniſchen Terminos artis wol verſtehet, und ſeine Sachen methodice proponiret, in kurtzer Zeit ſo wol in Ebraismo,

mo, als Lectione Rabbinica weit gebracht; wie denn auch hie in dieſer Stadt er etliche aus dem Gymnaſio angeführet. Es iſt auch dabey ſeine dexteritaet, die er in Uberführung und information anderer Juden bezeiget, nicht zu vergeſſen. Welches alles denn hoffentlich alſo beſchaffen, daß ich nicht allein Urſach habe, ermelten Chriſtian Lebrecht Felſen allen beſtens zu recommendiren, ſondern auch jedermann um ſo viel mehr verſichern kan, daß ſie ihre Gutthaten wol anwenden, und von GOtt, dem Vergelter alles Guten, reichen Seegen zu erwarten werden haben. Sign. Lübeck. d. 16 *Iun.* 1693.

(L. S) Auguſtus Pfeiffer D.
Superintendens.

Deſcripſi hoc Teſtimonium ex autographo Pfeifferiano, quod inſertum eſt Act. Min. Lub. T. VIII. n. LXXII. De Felſii fatis, meritis & ſcriptis plura annotauit Ven. Wolfius, ciuitatis Hamburgenſis & totius litterati orbis decus perinſigne, in Biblioth. Hebr. P. I. pag. 1009.

§. IX.

Extra ordinem docuerat etiam, patris vice functus, SIXTVS CHRISTIANVS LIPENIVS, qui tamen, mortuo Michaele Freudio, doctoribus ordinariis fuit annumeratus, & Subrector conſtitutus. Ex inſcriptione Suanteniana cognoui, quod an. 1693. d. 26 Ian. in ſolemni introductionis actu *de Litterarum Perennitate* verba fecerit, interſerta penſi cuiusdam *Virgiliani e Lib. VIII Aeneid.* pertractatione. Formulae Concordiae d. 29 Ian. e. a. ſubſcripſit. Reliqua

liqua ad ipsum spectantia in Athen. Lub. P. III. p. 450 sqq legi possunt.

§. X.

Decesserat exeunte fere an. 1692 Martinus Lipenius, Conrector, Sixti Christiani, modo laudati, parens, quare de nouo Conrectore eligendo Patres conscripti erant solliciti. Eligebatur autem IOANNES HENRICVS HESSIVS, Smalcadiensis, Gothani Gymnasii per X annos Sub-Rector, & Scholae Smalcaldicae per totidem annos Rector, qui, Suanteniana Inscriptione teste, an. 1693 d. 27 Iul. inauguratus, Orationem *de Studiis iuueni ad Academiam abituro necessariis* habuit, & eruditum specimen ex *Homer. Iliad. ω. a vers.* 518--551 dedit. Formulae Concordiae d. 30 Iul. a. e. mente manuque sincera, laetaque subscripsit. Quemadmodum vero dolendum, quod praematura mors eum an. 1695. d. 11 Ian. Athenaeo nostro & bonis litteris praeripuerit, ita etiam aegre ferendum, quod plenior ipsius vitae descriptio desideretur. Studui tamen memoriam ipsius ab obliuione vindicare in Athen. Lub. P. I. pag. 16. 97-102. Perpauca de eo annotauit Cl. Io. Mich. Weinrichius in Kirchen- und Schulen-Staat des Hertzogth. Henneb. p. 566, vbi perperam nomini ipsius magnum istud M praefixum cernitur. Elegantissima quaedam eius *Carmina*, tam edita, quam inedita, in Deliciis Poetarum Lubecensium D. V. aliquando comparabunt.

§. XI.

§. XI.

Ad praecipuos Hesſii diſcipulos non ſolum pertinet, verum etiam ſucceſſor ipſius factus eſt M. MARTINVS CHRISTIANVS GÖLDELIVS, qui, Suanteniana Inſcriptione teſte, an. 1695. d. 19 Novembr. Conrector creatus, publicum *de Θείῳ Vocationum* ſermonem habuit, eidemque enodationem *particulae Homericae ex Odyſſ. μ. α verſ.* 184-221 interſeruit. Formulae Concordiae d. 21 Nov. a. e. nomen ſuum adſcripſit. Reliqua omnia docebit vitae curriculum, mecum, iſtud deſiderante, humaniter communicatum, quod, cum ſit verbis luculentis conceptum, hic, vna cum ſcriptorum notitia, non potui non bona fide exhibere. Lucem autem primam aſpexit an. 1665 Gothae, natus parentibus honeſtis, patre *Iohanne Göldelio*, Cantore & Collega illuſtris Gymnaſii Gothani, & matre *Barbara Maria Heslingia*, auo *Ioh. Göldelio*, Paſtore Liebenſteinienſi in Ducatu Gothano. Curae & informationi virorum de republica litteraria optime meritorum eſt commiſſus, quos inter maxime rev. Dn. *Adamum Tribbechovium*, S. S. Theol. D. & Superintendentem Eccleſiarum Gothanar. Generalem, *Georgium Heſſum*, Gymnaſii Rectorem, *Io. Henr. Rumpelium*, Selectae Claſis Collaboratorem, poſtea Superintend. Saltzungenſem, M. *Ioh. Balthaſ. Strobelium*, Conrectorem, *Ioh. Henricum Heſſium*, Subconrect., Smalcaldienſem deinde Rectorem, *Wenigerkindium*, Ducalis Coenobii Inſpectorem, *Cyriac. Guntherum*, Tertium, *Io. Göldelium*, Cantorem, *Rempium*, Succentorem,

Digitized by Google

grata mente numerat: quorum opera fida, quicquid ad Theologiae rudimenta & humaniores artes pertinet, eo, quo par erat, ſtudio imbibebat. Altioribus percipiendis maturus Gymnaſio vale dicebat, voce Hoſanna ſub auſpicium anni noui ſingulis Ordinibus acclamata, & a Sereniſſ. Principe, Friderico, ſtipendio Frantzkiano donatus, & ab Amplisſimo Senatu variis beneficiis mactatus, vitae ſcholaſticae totus mancipabatur. Qui Academicae doctrinae viam planam ſternerent, & quorſum propenderet indoles, lucem praeferrent, Ienae ſibi an. 1684 eligebat viros in omnibus facultatibus celeberrimos; in Philoſophicis *Iob. Paulum Hebenſtreitium*, *Ioh. Andr. Schmidium*, *Caſp. Posnerum*; in linguis orientalibus *Ioh. Andr. Danzium*; in Hiſtoricis *Caſp. Sagittarium*; in Eloquentia & Poëſi *Georg. Schubartum*; in Theologicis *Ioh. Guilielm. Baierum* & *Fridem. Bechmannum*. Abſoluto triennio an. 1687 titulum Magiſtri accepit, Decano Erhardo Weigelio, Mathemat. Prof. P., quoque licentiam legendi, vt vocant, impetraret, *Oratorem Deliberantem* vt Praeſes, R. Ioh. Scharnhorſtio, defendit. Ad illuſtre Gymnaſium Schleuſingenſe Rumpelii ſyſtaticis litteris munitus, & unanimi Sereniſſ. Principum & Nutritorum ſuffragio an. 1692 Conrector vocatus, pro virili munus ſuum adminiſtrauit, cum ad vacantem Rectoratum Smalcaldienſem litteris Procerum vocatoriis praeter ſpem inuitaretur. Sed intercedente breui poſt B. Heſſii morte, diuinae placebat prouidentiae, vt praeceptori in officio discipulus ſuccederet.

Qua-

Digitized by Google

Quapropter oblatum a Magnifico & amplisſimo Senatu Lubecenſi Conrectoratum an. 1695 ſubmiſſe ſuſcepit, & ad methodum ſui anteceſſoris, cuius voce fuerat commendatus, omnes labores ſcholaſticos accommodauit, quorum ſaxum, quamdiu Deus velit, adhuc lubens voluit. Proponebantur quidem aliae conditiones, quas vero modeſtiae cauſa praetermittit, ne in ſuſpicionem iactantiae videatur incidere. Malebat enim ſorte ſua contentus, acquieſcere, quam itineris & mutationis pericula ſubire. In lucem edidit Gothae adhuc iuuenis Carmen in Electionem Conſularem, cuius titulus: *Respublica Gothana in Autumno refloreſcens*, ad imitationem Claudiani; *Parentationes*, Ienae auf Fr. Eliſabeth Dorothea Lutherin: Schleuſingae auf (S.T.) Hrn. Adam Wachter, Hochfürſtl. Naumburgiſch. Ober-Forſt- und Wildmeiſter: auf Hrn. Otto Zaſtroen, Hochfürſtl. Naumburg. Raht und Amts-Hauptmann der Hennebergiſchen Aemter: Lubecae auf Hrn. Reimar Peter von Rheder, dero Königl. Maj. zu Dennemarck und Norwegen Etats-Iuſtice- und Cantzelley-Rath, Ven. Capit. Canonicum und Groſs-Vogten (3); *Comoedias* duas, vnam Latino, alteram vernaculo ſermone expreſſam, quarum tituli ſunt: *Sol Regni Macedonici ex Occaſu recens ortus, vel Alexander Magnus primum decumbens, ſed dein cura Philippi ſanatus, Actu Oratorio repraeſentatus* (4): it. *Der*

(3) Habit. 1711. d. 6 Mart. & edit. a. e. 4. (pl. 2½).

(4) An. 1697. d. 23 Octobr.

glückliche Thron Henrici VII, *Kônigs in Engelland, welcher zwar von 2 Ertzbetriegern, Nahmens Lambert Symmel und Perkin Warbeck gerüttelt, aber durch Verbindung der weiſſen und rothen Roſen, oder der Yorck- und Lancaſtriſchen Häuſer, endlich durch die Mariagen mit Spanien und Schottland befeſtiget wurde, aus denen berühmten Scribenten, Polydoro Vergilio und Francisco Bacone de Verulamio, kürtzlich zuſammen getragen, und der ſtudirenden Jugend zum groſſen Nutzen in einem vermiſchten erbaren Schauſpiele Oratoriſch und Poëtiſch vorgeſtellet* (5); *Tragoediam* vnam, cuius titulus: *Die vom zweyfachen Sturme zerſcheiterte Crone, bey Entleibung Henrici des Dritten, Kônigs in Franckreich, in einem Trauer-Spiele auf der Schaubûhne vorgeſtellet von der Studirenden Jugend* (6); *Memorias* Latinas Men. Nicol. Hannekenii, Medic. Doctoris (7): Enochi Suantenii, Rectoris (8): Danielis Brandes, I. V. Doctoris (9): Zachariae Vogelii, Eccleſiaſtae Laurentiani (10); Memorias Germanicas Arnoldi Borgehlii, SS. Theol. Candidati: Bartholdi Stuhlmann, Paſtoris Iacobaei (11): Io. Godof. Borgehlii, Med. Doct. & Phyſici (12): Henrici Woldt, Senatoris (13): *Program-*

(5) Ed. 1703. 4. (pl. 2½).
(6) An. 1699. 4. (pl. 1½).
(7) An. 1717. d. 21 Mai. fol. (pl. 1).
(8) An. 1717. d. 2 Aug. fol. (pl. 1).
(9) An. 1718. d. 13 Ian. f. (pl. 1).
(10) A. 1717. d. 25 Nov. fol. (pl. 1).
(11) A. 1712. d. 25 Febr. fol. (pl. 2).
(12) A. 1720. d. 23 April. f. (pl. 1).
(13) A. 1720. d. 4 April. f. (pl. 1).

Digitized by Google

grammata in Iubilaeum Lutheranum (14) & Actum Oratorium a quatuor iuuenibus morum probitate & humanitate praestantibus institutum (15), quorum primus Gerh. Henr. Carstens, Lubecens., praemisso Prologo, Leonem X de Indulgentiis consultantem imitabatur: secundus Io. Dan. Minus, Lubec., Tetzelium Indulgentias Thrasonico more iactantem exprimebat: tertius Godofr. Christian. Goetzius, Annaemontanus, Lutherum, narratione fatorum suorum data, Indulgentias refutantem effingebat: quartus Meno Nicol. Carstens, Lubec, Consiliarium Saxonici Electoris nomine Luthero de progressu Christianae religionis gratulantem sistebat; *Sciagraphiam Laborum Scholasticorum Lycei Lubecensis* (16); *Carmina* in funera, nuptias & dignitates litteratorum vtroque sermone composita, quorum catalogum paginae non capit angustia. Prelum adhuc expectant

Paren-

(14) Celebrauit hoc *Oratione Panegyrica de Lutheranae Reformationis Difficultate & Necessitate*, d. 4 Nov. 1717 recitata.

(15) A. 1717. d. 18 Nov.

(16) *Sciagraphia Labor. Scholasticorum, Magnificis inclytae Reipublic. Lubec. Dn. Consulibus, & consultiss. generoso ac prudentissimo Senatui, nobilissimis & experientissimis Dominis Doctoribus, maxime & admodum reuerendo & praeclarissimo tam Ministerio Ecclesiastico, quam Collegio Scholastico, reliquisque Ordinibus genere, doctrina & Mercatura florentissimis, in singulis Examinibus, si Deus vires & annos concesserit, in parentum notitiam, studiosae iuuentutis incitamentum & Athenaei Lubecensis incrementum repraesentanda.* Lubec. 1706 4. (pl. 1½).

Digitized by Google

Parentationes Ienae habitae in fun. Io. Henr. Beyſchlag, Medic. Candidat: Friderici Weitzen, LL. cultoris: Richteriae, Doct. vxoris.

Collegia de Parentationibus & Epiſtolis Germanice & Latine conſcribendis.

Parentationes Lubecae recitatae in fun. Bernh. Ioach. a Dale, I. V. Cultoris: Annae a Luzau: Hieron. Nicol. a Wickede: Ioh. Venninghauſen, S. R. M. Dan. Conſiliarii Iuſtitiae.

Orationes de Difficultate Regiminis Scholaſtici: de Θείᾳ Vocationum: in Obitum Sereniſſ. Principis ac Dn. Friderici, Ducis Gothani: de Lutheranae Reformationis Difficultate & Neceſſitate.

Quaeſtiones Cl. Hubneri Oratoriae ad praxin perductae.

Explicationes in Oratorem Weiſii Politicum.

Deliciae Cl. Morhofii Oratoriae variis exemplis illuſtratae.

Kirchmanni Rhetorica exemplis e Luthero petitis expolita.

Curtianae Orationes ad ductum Thilonis diſpoſitae & elaboratae.

Plutarchi Paedagogia formulis Graecis & exemplis Hiſtoriae litterariae exornata.

Animaduerſiones Philolog. in Libr. III. Cicer. de Offic.

Notae in Hiſtoriam Cellarii.

Orationes Ciceronis pro A. L. Archia, M. Marcello & in L. Catil. praxi Rhetorica & exemplis imitationum amplificatae.

Collegium Germanico-Latino-Poeticum cum Inventione

Digitized by Google

tione Dispositi. & Elocut. Carminum singulorum ad sensum Morhof. in Hyle Inuent. Poetic.

Lubecae Memorabilia ab A. 1699—1719 *metrice continuata, quae fata secunda & aduersa litteratorum spectant.*

Kirchmanni Florilegium rythmice elaboratum, & adgenium veterum Prouerbiorum diuersae nationis compositum.

Parodiae Ovidianae, Virgilianae & Horatianae.

Dispositiones variorum argumentorum, & alia plura, quibus omnibus cum studiosa iuuentute communicandis inter continuos labores sibi tempus, vires & sumtus sufficientes exoptat. Ego vero, vt cuncta optata consequatur vir egregiis meritis, longinquo temporis spatio partis, conspicuus, & telam felicissime pertexat, ex animo voueo.

§. XII.

Eodem, quo Göldelius Lubecam venit, anno 1695, laudabili IACOBI PAGENDARMII, Cantoris, cura, recusae sunt, iam ante excusae, *Cantiones sacrae, quas coetus noster Scholasticus sub horarum interuallis canere consueuit.* His additae sunt *I. Precationes pro studiosa iuuentute.* II. *Quinque fidei Christianae capita:* III. *Symbolum Divi Athanasii.* IV. *Litania Germanica. Et denique IV Vulgaris Hymnus funebris. Ad maiorem in Scholastica pube excitandam pietatem congestae.* Lubec. 8.

§. XIII.

An. 1698 in Athenaeo nostro *Laudes Lubecae* ele-

eleganti Carmine Heroico per *Andream Langium* ſunt decantatae. Conf. Athen. Lub. P. III. pag. 50.

§. XIV.

An. 1702 lucem vidit M. THOMAE HONSTEDTII, Rev. Miniſt. Senioris & Paſtoris Cathedralis, egregius Catechismus, hoc titulo: *Einfältige, doch grundliche Catechismus-Erklärung, inſonderheit nach den Worten des Catechismi aus heiliger Göttlicher Schrifft fürgeſtellet.* Lub. 1702. 12. ibid. 1707. 12. Qui Catechismus publica auctoritate in quatuor inferiores Scholae noſtrae claſſes eſt introductus. Nam in Magnifici Senatus Decreto an. 1702. d. 17 Mart. (quod Catechismo eſt praefixum & Act. Min. T. VIII. Append. n. III etiam inſertum) haec inter alia verba ſeguntur: *Welcher Catechismus in denen vier unterſten Claſſen hieſiger Lateiniſchen Schulen ſo fort eingeführet werden ſoll.* Quare hodieque vſurpantur.

§. XV.

An. 1703 coepit ſumme reuerendus atque excellentisſimus Praeſul noſter, D. GEORGIVS HENRICVS GOETZIVS, anteceſſorum veſtigia laudatisſime premens, bene de Gymnaſio noſtro mereri. Docent hoc *Orationes*, ſub finem Examinum recitatae, &, praeter erudita argumenta, ſalutaria vitae ac morum praecepta, iuvenibus valde neceſſaria, complexae. Docent *Praelectiones Theologicae*, in Auditorio Catharinia-no habitae. Docent *Scripta*, rei ſcholaſticae promo-

mouendae ergo vel in Examinibus publicis, vel alio tempore euulgata. Notitiam omnium eorum, quae ad hoc Caput pertinent, atque ante annum 1718 ſunt edita, hic ſuppeditare, operae erit pretium. Sunt autem

De Odio Pontificiorum in Hymnos Eccleſiae Lutheranae Commentariolus, Lectionibus Sacris de Parallelismo Iudae Proditoris & Romanae Eccleſiae ad Artic. Smalcald. P. II. Art. II p. 310 tempore hoc Quadrageſimali in Auditorio Cathariniano habendis, praemiſſus. Lipſ. 1703. 4. (pl. 4½). Auſpicatus eſt has Lectiones d. 13 Mart. Vid. pag. 35. Lucem deinde vidit *Parallelismus Iudae Proditoris & Romanae Eccleſiae*, Lubec. 1706. 4. (pl. 3).

De Iob. Bugenhagii Meritis in Eccleſiam & Scholam Lubecenſem Oratio, d. 27 Mart. 1703. in Schola Lubecenſi recitata. Lipſ. 1704. 4. (pl. 3).

Programma de Praeſtantia Epitomes Hunnianae. Lub. 1703. 4. (pl. 1). Hoc Lectiones Theologicas in D. Nicol. Hunnii Epitomen Credendorum habendas, & ad d. 15 Iun. 1703 hora 9 antemerid. incipiendas Iuuentuti Scholaſticae Lycei Lubecenſis indixit.

Lübeckiſcher Schul-Brunnen, in einer beſondern am 28ſten Octobr. (war der 21ſte Sonntag nach Trinitatis) im Jahr Chriſti 1703 in der Haupt-Kirchen zu St. Marien gehaltenen Predigt aus Num. XXI. 18 gezeiget. Lub. 1704. 4.

Princeps Graecae doctus, Iuuentuti Scholaſticae in Phrontiſterio Lubecenſi, litteras Graecas diſcenti, com-

commendatus. Acceſſerunt Io. Cunr. Dieterici duo Programmata, quibus Reſtaurationem Graecarum Literarum, auſpiciis Io. Reuchlini, Mart. Cruſii, Mich. Neandri & Laur. Rhodomanni olim factam, deſcripſit; vt & Io. Zwingeri Oratio inauguralis de Barbarie ſuperiorum aliquot ſeculorum, orta ex ſupina Linguae Graecae ignoratione. Lipſ. 1704. 4.

De Mercatoribus Eruditis Diatribe, in Examinae Autumnali 1705. *exhibita.* Lub. 4. (pl. 2).

Spicilegium poſt Meſſem, ſeu Additamenta ad Diatriben de Mercatoribus Eruditis *in Examine Autumnali* 1706 *propoſita.* Lub. 4. (pl. 2).

ΚΗΠΟΦΙΛΟΣ, *ſeu de Eruditis* Hortorum Cultoribus *Diſſertatio, Lectionibus Theologicis in D. Nicolai* Hunnii *Epitomen Credendorum habendis praemiſſa.* Lub. 1706. 4. (pl. 2½).

Diatribe de Ruſticis Eruditis, Examini Vernali A. 1707 *ſacrata.* Lub. 4. (pl. 3).

Analecta Literaria de Ruſticis Eruditis, in Examine Autumnali A. 1707 *propoſita.* ibid. 4. (pl. 2).

Auctuarium Analectis Literariis de Ruſticis Eruditis adiectum, inque Examine Vernali, die Georgii, A. 1708 *exhibitum.* ibid. 4. (pl. 2).

Praelectionum Sacrarum, in B. Dn. D. Nicolai Hunii *Epitomen Credendorum, habitarum, Specimen.* Lub. 1708. 8. (pl. 3). Specimen hoc, quod complectitur Notas in IV Capita, *Iuuenibus ornatiſſimis & florentiſſimis, Auditorium Catharinianum, Lectionibus ſacris deſtinatum, frequentaturis* inſcripſit, ſimulque promiſit praelectionum in Hunnii Epitomen continuationem.

De

Digitized by Google

De Poenitentia Simſonis Commentatiuncula Sacra, Lectionibus ordinariis Iuuentuti Schol. Lubec. dicatis, & in Auditorio Catharmiano habendis, praemiſſa. 1708. 4. (pl. 2). Sub finem huius Commentatiunculae indicat, quod Praelectiones in Hunnianam Epitomen velit denuo auſpicari.

De Sutoribus Eruditis Obſeruationes Miſcellaneae, in Examine Autumnali 1708 *propoſitae*, Lubec. 4. (pl. 3).

De Alectoromachia, vulgo Hanen-Kampfe, in Lyceo Lubecenſi d. 16 *Octobr.* 1708 *inſtituta Diſſertatio.* ibid. 1709. 4. (pl. 2).

De Viris doctis, LVCAE inſignitis nomine, Oratiuncula Scholaſt. in Phrontiſterio Lubecenſi d. 18. *Octobr. An.* 1707, *finito Examine Autumnali, recitata, atq; cum prelo egreſſa eſſet, in Examine Vernali d.* 18 *Mart.* 1709 *exhibita.* 4. (pl. 2).

Selecta ex Hiſtoria Litteraria, in Examine Autumnali A. 1709 *propoſita.* Lub. 4. (pl. 4½). Caput I. ſiſtit Mercatores eruditos. II. Ruſticos eruditos. III. Sutores eruditos. IV. Sartores eruditos. V. Viros eruditos ab opificiis ad litterarum ſtudia reuocatos.

Ex Hiſtoria Litteraria, Specimen Catechismi Hiſtorialis, in Examine Vernali an. 1710 *editum.* ibid. 4. (pl. 3).

Elogium Batto-Medlerianum, exponens Vitas Iacobi Batti, Eccleſiae Rigenſis Superintendentis, & D. Nicolai Medleri, Eccleſiae Brunovicenſis Praeſulis, in lucem publicam protractum. Lubec. 1710. 4. In-

Digitized by Google

ſcripſit Adoleſcentibus Examen Autumnale ſubituris.

Puer decennis, ſ. Eruditus in primo decennio vitae ſuae memorandis factis obnoxius, in Exam. Vern. 1711 *exhibitus.* Lub. 4. (pl. 2).

Diſquiſitio Sacra: Num Moribundus quarta Petitione Orationis Dominicae uti poſſit? in Exam. Autumnal. d. 26 *Octobr.* 1711 *exhibita.* 4. (pl. 1½). Recuſa eſt an. 1717.

Muſeum Eruditi variis memorabilibus conſpicuum, in Examine Vernali Lycei Lubecenſis d. 14 *Mart.* 1712 *apertum.* 4. (pl. 2).

Theoremata de Liberalitate Viduarum in Exam. Aut. d. 17 *Octob.* 1712 *propoſita.* Lub. 4. (pl. 2½).

Diſſertatio Theologica de Cultu Iudae Proditoris in Exam. Vern. d. 3 *April.* 1713 *exhibita.* Lub. 4. (pl. 1).

De Valerii Herbergeri, Theologi piiſſimi, notiſſimique, Symbolis, vulgo Denck- und Leib-Sprüchen, in Lyceo Lubecenſi d. 17 *Octobr. A.* 1713 *habita Oratio.* 8. (pl. 1½).

Miſcellanea Hiſtorico-Theologica de Coniugio Eruditorum, in Exam. Aut. d. 15 *Octobr.* 1714 *propoſita.* 4. (pl. 2).

Diſſertatio Hiſtorico-Litteraria de Eruditis, qui vel aquis perierunt, vel diuinitus liberati fuerunt, ad Exod. XIV, in Exam. Vern. d. 8 *April.* 1715 *propoſita.* 4. (pl. 3.)

Symbolum Emanuelis Sebaſtiani Harderi, Verbi Diuini Miniſtri apud Lubecenſes in Aede Arcis & Spiritus Sancti, Oratiuncula Scholaſtica, finito Examine Verna-

Digitized by Google

Vernali, d. 9 April. 1715 recitata, eaque paulo poſt, in Examine Autumnali, d. 14 Octobr., anni eiusdem, publici iuris facta, expoſitum. 4. (pl. 1½).

Symbolum eſt: *Erigit Seruator Humiles.*

De Peregrinationibus, Eruditionis Orientalis colligendae cauſa, ſuſceptis, Ecloga Hiſtorico-Litteraria, in Exam. Vern. d. 30 Mart. 1716 propoſita. 4. (pl. 3½).

Ecloga de Conuiuiis Eruditorum, ad Pericopam Euangelicam Dom. XVII p. Trinitat. in Exam. Autumn. d. 19 Octobr. 1716 propoſita. 4. (pl. 3).

De Peregrinationibus periculoſis ob Doctrinae Euangelicae Hoſtes Diſſertatio, pridie Cal. Aprilis A. 1716 ad Lycei Lubecenſis Ciues directa, atque d. 15 Mart. A. 1717 in Examine Vernali publici iuris facta. 4. (pl. 1½).

Bibliotheca Anti-Pontificia Presbyterii Lubecenſis, Iuuentutis Scholaſticae, in Lyceo Lubecenſi Examen Autumnale ante Solennia Iubilaei Lutherani ſecundi, d. 18 & 19 Octobr. A. 1717 ſubiturae, commodis ſacrata commendataque. 4. (pl. 4½).

Bibliothecae Anti-Pontificiae Clarorum Lubecenſium Specimen, d. 19 Octobr. 1717 in Phrontiſterio Lubecenſi editum. 4. (pl. 2).

Bibliothecae Lutheranae, Scriptores quosdam Apologeticos, Lutheri Doctrinam & Vitam vindicantes, complectentis, Specimen, quod Sermoni Saeculari, d. 10 Nov. 1717 in Auditorio Cathariniano a ſe habito praemiſit. 4. (pl. 3). Praedicauit Sermone Saeculari *Emolumenta, quae elapſo ſaeculo ſecundo Eccleſiae Lubecenſi contigere.*

§. XVI.

An. 1703 *Iesum Dolorum Filium* ex cathedra Gymnasii Lubecensis inferiori eleganti Carmine heroico decantauit *Ioan. Hermannus ab Elswich*, Rendesburgo-Holsatus, quod Carmen, Notis Philologico-Theologicis ornatum, eodem anno lucem aspexit. Conf. Ath. Lub. P. I. p. 301.

§. XVII.

Anno 1705 facies rerum scholasticarum visa est quodammodo immutata. Vt enim in nullis rebus facilius, quam in his, aliquid potest desiderari, ita etiam a sacro ordine emendatio efflagitabatur. Cum vero haec a Magnifici Senatus auctoritate dependeret, saepius sacri ordinis viri Eum rogarant, vt corruptae rei scholasticae consuleret. Factum illud est an. 1695. d. 24 Nov. per Litteras Ministerii ad Senatum scriptas, quae extant T. VIII Act. n. CII: nec non an. 1697. 16 Octobr. per prolixum Scriptum, quod cum Notis Variorum legitur in Act. Min. T. VIII. n. CXXXIX. Conf. T. VII. f. 301. a. b. Nominati deinde sunt d 4 Nov. 1700 in conuentu Ministerii, qui Scholasticae Visitationi interessent. Vid. cit. Act. T. VII. f. 325. b. Hoc tamen negotium a Magnifico Senatu, quibus de causis, nescio, sic est dilatum, vt licet an. 1701 in Consistorio (v. Act. Min. T. VII. f. 335 sq, & an. 1702. d. 26 Ian. in Commissione (v. Act. cit. f. 338. b) denuo vrgeretur, anno demum 1705 lucem videret *Eines Hochw. Rahts der Kayserl.*

Digitized by Google

Kayſerl. Freyen Reichs-Stadt Lübeck Verordnung wegen der Schulen zu St. Catharinen, publiciret am 2 Novembr. 1705. 8. (pl. 2); in qua Ordinatione p. 16 Scholae clancularie *ſchädliche und in Republica nicht zu tolerirende Winckel-Schulen* appellantur. Prodiit ſimul *Noua Oeconomia, ſiue Diſtributio Lectionum & Exercitorium*, in qua Lectiones publicae *Hebraicae*, quae methodo Wasmutho-Opitiana tractantur, *Hiſtoricae*, ad ductum Chriſtoph. Cellarii, *Geographicae* ac *Sphaericae*, *Exercitationes Oratoriae* &c. praecipiuntur: *Collegia Ethica & Politica* hac etiam occaſione ſunt commendata.

§. VXIII.

Laudabile ſpecimine h. a. ſe probauit *Georgius Fridericus Neumannus*, (16) Stolbergenſis, *Oratione de Fauore Lubecenſium in Exteros, recitata in Lyceo Lubecenſi d. VIII Cal. Octobris* 1705, quae lucem aſpexit Lipſ. 1709. 4. (pl. 5).

§. XIX.

An. 1706, defuncto Pagendarmio, Cantore, in Collegium Scholaſticum fuit cooptatus HENRICVS SIVERS, Lubecenſis, quum d. 18 Mart. Libris Symbolicis mente manuque ſubſcripſiſſet. Ille an. 1674 natus, in praeci-

(16) Scripſit hic Neumannus etiam
De Eruditis, qui Patriam ſuam nonnunquam obſcuram nobilitarunt. Lipſ. 1707. 4.
De Theologis, qui Patriam ſuam nonnunquam obſcuram nobilitarunt. ibid. 1708. 4.
Stolbergam Litterarum, ib. 1709. 4.

Digitized by Google

pua felicitatis parte ponit, ſingularique gratiae diuinae acceptum refert, quod Praeceptoribus Athenei patrii publicis vſus ſit, de re litteraria perquam egregie meritis, *Suantenio* nimirum Rectore, *Mart. Lipenio*, *Heſſio* & *Göldelio*, Conrectoribus, *Brûggio*, *Freudio* & *Sixt. Chriſt. Lipenio* Subrectoribus, *Pagendarmio*, Cantore, *Wida*, *Chryſio* & *Chriſtiano Schevio*, Collegis. Laudat etiam vtilem operam, ſibi a *Mellio* noſtro (quem Muſae vetant mori) in priuatis ſcholis Heraldicis nauatam. Doctorum publicorum ſolerti admodum inſtitutione per tria fere luſtra fruitus, habita an. 1694 de Carolo I, Brittanniarum Rege, in publica panegyri Oratione (Vid. ſupra §. I, ſusceptoque an. 1696 Academico itinere, Profeſſores Academiae Ienenſis omni laude maiores, in Philoſophicis *Treunerum*, in Hebraicis *Danzium*, in Mathematicis *Hambergerum*, in Hiſtoria litteraria & eloquentia *Schubartum*, in Homileticis *Züllichium*, in Theologicis *Velthemium* & *Bechmannum* audiuit. Roſtochii vero *Fechtii*, *Grapii* & *AEpini*, Theologorum celeberrimorum, Collegiis lectoriis, examinatoriis, diſputatoriis, homileticis interfuit. Dignus proinde laude, qua eum ornauit Suantenius in Teſtimonio an. 1705. Non. Sept. ipſi dato, ex quo, cum mihi iſtud videre eſſet licitum, ſequentia excerpſi: *Declamauit pietatem, & continuam expoſuit ſolertiam ſolida literarum cognitione, morumque egregio nitore illuſtratam, & tam in Gymnaſtica, quam Academica conſortione his illuſtribus donis commendabilem ſe reddidit Vir iuuenis praeſtantiſſimus*

eiusmus HENRICVS SIVERS, *Lubecensis. Videlicet per tempus bene multum in Gymnasio Lubecensi nostra institutione ductus atque eruditus eousque profecit in laudabili eximiae ac modestae conuersationis tenore, vt & primus sui ordinis & praefectus chori symphoniaci, varia ac multiplici musicae rei peritia conspicuus euaderet celebrareturque. Academicae abhinc illustrationis assectator, intentum iis artibus & disciplinis animum solertissime adiecit, sine quibus nec constans eruditio, nec morum lautitia comparari potest: ac diligentia semper augusta eas accumulauit dotes, quibus, vel sacro coetui, vel egregio alit cuidam muneri, idoneum adiumentum detuique conciliet.* Postquam porro in Holsatia Balckii, Neostadiensium, & Wetteringii, Sarouiensium Pastoris animarum, filios quatuor annorum spatio, vt in Athenaeum Lubecense mitterentur, Parentum desiderio satisfacturus praeparauerat: primum an. 1703 Lubecensi, dein an. 1704, cum Hamburgi vnicum Christophori Rantzovii filium litteris imbueret, & Georgii Eliezeris Edzardi, Gymnasii Professoris celeberrimi, priuata in Rabbinicis opera vteretur, Hamburgensi Colloquio se stitit, vtrobique pro Concione verba faciendi licentiam nactus. Sed cum B. Pagendarmius matri ipsius viduae, quae Mercurio mercaturaeque eum destinauerat, auctor olim suasorque extitisset, vt Musis & Musicae illum consecraret, eique timidulo decem annorum puero, primum canendi specimen edituro, calcar animumque addidisset, spondens fore, vt ipsi aliquando succederet: diuino tandem con-

filio augurium eius comprobatum fuisse, euentus docuit. *A parentibus*, inquit idcirco celeberr. Goetius noster in Additam. ad Diatrib. de Mercatorib. Erudit. §. 4, *nundinationi destinatus, suasu & consilio antecessoris sui laudatissimi, B. Iac. Pagendarmii, in Scholam missus, artibus ingenuis & literis praeclaram nauauit operam, vsque dum ad Cantoris vocaretur munus, atq; Praeceptori suo, qui olim quasi iocans eum allocutus erat: Tu aliquando meus euades successor, rite surrogaretur.* Conf. M. Ioach. Mantzelii Praefagia Eruditor. de Erudit. §. 39. Anno enim 1706. d. 12. Mart., cum in aedibus Magnifici Dn. Wincleri, Consulis primarii, vnicum nepotem erudiret, Cantor electus, & d. 22 April. introductus est, habita Oratione *de Impedimentis Studii Scholastici praecipuis*, ac, quam indicat Inscriptio Suanteniana, Lectione inaugurali in *Horat. Lib. II. Od. XVI.* Conf. Nov. Lit. Mar. Balth. 1706. p. 223, vbi solemnis huius Actus mentio etiam iniicitur. Seruet Numen virum meritissimum, vt porro queat iuuentutis commoda promouere!

§. XX.

Annus 1708 commemorabilis est ob similem solemnem actum, in quo ZACHARIAS STAMPEELIVS, Subrector fuit declaratus. Patria huius praeclare meriti viri est Nova Soltquella, Electoralis Marchiae veteris Brandenburgensis ciuitas, Ducatui Lunaeburgensi finitima, vbi in lucem editus an. 1654. d. 24 August., patre

patre *Christophoro Stampeelio*, Camerario laudatae ciuitatis, & auo paterno *Stephano Stampeelio*, ICto & Secretario ibidem. Auus maternus fuit *Christophorus Zerniz*, Camerarius veteris Soltquellae. Puer sex annorum traditus est publicis patriae Scholae Praeceptoribus, viris probatae dexteritatis & plerisque ad Ecclesiastica munera paulo post vocatis, quorum institutioni capita pietatis & fidei Christianae, linguarum etiam Latinae & Graecae fundamenta in acceptis refert. Missus deinde fuit an. 1672 ad capessendum vberiorem ingenii cultum in Lyceum Magdeburgense, cui ea aetate praeerant *M. Antonius Guernerus Cuno*, Rector, & M. *Christianus Soldenerus*, Conrector, quorum ille eum ad Academiam abiturum peregregio Testimonio ornauit. Academica studia 1674 Ienae ductu D. *Georgii Goetzii* in Philosophia Morali, D. *Io. Christoph. Hartungii* in Methaphysicis, D. *Georg. Adam. Struvii* & D. *Adriani Baieri* in Iure Ciuili inchoata, an. 1676 Francofurti ad Viadrum in Collegiis *Strykii, Rhetii* & *Becmanni* vlteriores progressus fecerunt, & anno 1680 Regiomonti manuductionibus Practicis finem inuenerunt. Interiectis annis palaestra informatoria eum sibi vindicauit 1677 & sqq in arce generosi Domini von Wulffen, Commissarii militaris, Hereditarii in Tempelberg, Madlitz & Körsdorff, feudis Brandenburgensibus inter Berolinum & Custrinum sitis: 1681 & sq in insula maiori Mariaeburgensi Prutenico-Regia: 1683 a decimo octauo Octobris vsque ad nonum eiusdem mensis anni 1685 Evangeli-

ci Dirschavienses in Pomerellia Gedano vicina primas publicae institutionis partes ipsi crediderunt, & aegre quidem, non tamen sine insigni Testimonio dimiserunt. Inde maternis litteris in patriam ad suscipiendas curas oeconomicas auocatus, molestas Praefectorum militarium cohabitationes (seu, vt vulgo vocant, inhospitationes, Einquartierung) aegre sustinuit, cumq; agrorum hortorumque cultura, rerumque domesticarum cura Musis minus commoda videretur, illae Viri litteris fauentissimi Dn. Sebastiani Gerckenii, I. V. D. & Magnifici postea Consulis de libera Imperiali Republica Lubecensi meritissimi, cui iam Magdeburgi & Ienae satis innotuerat, consilio & commendatione commodiora inuenerunt Lubecae hospitia. Sed an. 1693 d. 24 Augusti. ad vacantem in Ducali Slesvicensi Lyceo Conrectoratum vocatus, id, quod demandati muneris erat, diuino adiutus auxilio per integros quindecim annos, & quod temporis excurrit, qua potuit fide & solertia, vnice curauit. Anno autem saeculi huius octauo, fatis ita dirigentibus, ab Illustri & Magnifico Reip. Lubecensis Senatu in locum p. d. Dn. Sixt. Christ. Lipenii, Subrectoris de Catharinianeo Lubecensi meritissimi, electus, acceptis litteris vocatoriis & dimissione ab Aula Gottorpiensi legitime impetrata, Lyceo Slesvicensi *Oratione de publicorum Praeceptorum Praemiis* publice habita vale dixit, Maecenatibusque Lubecensibus incolumis redditus, praevia d. 30 mensis natalis Aug. p. d. Enoch. Suantenii, Rectoris celebratissimi, introtro-

troductione, & inaugurali *de Pueritiae Scholastici Ortu & Progressu* sermone recitato, adiuncta ad *Vers.* 700—710 *V Aeneid. Virgil.* (quorum epiphonema sic se habet:

Quo nos fata trahunt, retrahuntque, sequamur
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est)

Commentatione *de Obsequio Fatis, vti trahunt retrahuntque, praestando*, datoque Cal. Nov. 1708 Libris Symbolicis nomine, puluerulentas functiones vt rite suscepit, ita peractis iam quatuordecim annis diuino fretus auxilio & rebus suis contentus, pie, confidenter, diligenter in hodiernum vsque diem exsequitur, id quod aetatis inter mortales reliquum est (quod Deus litterarum & Bibliothecae ergo iubeat multum esse!) diuinae in se voluntati matutinis nocturnisque precibus humillime commendans. Scripsit

Memoriam Germanicam Sebastiani Gercken, I. V. D. & Consulis. Lub. 1710. d. 18 Febr. fol. (pl. 3).

——————— *Michaelis Hentschel, Past. Iacob.* 1711. d. 4 Febr. f. (pl. 2.)

——————— *Enochi Suantenii, Rectoris.* 1717. d. 2 Aug. f. (pl. 1).

§. XXI.

Annus quoque subsequens 1709 ob noui Collegae introductionem notari meretur. Est is PAVLVS HEY, Borlumo-Slesvicensis, an. 1678 d. 14 Octobr. natus parentibus *Gerhardo Hey*, Borlumensium Pastore, & *Maria, Pauli Martini*, Pasto-

Digitized by Google

Paſtoris Borlumenſium, & *Annae*, ex *Petro Ketels*, mercatore apud Bredſtedenſes natae, filia. Auus paternus fuit *Petrus Hey*, Slesvici & Holſatiae Ducis in Praefectura Huttenſi Quaeſtor, Avia *Lucia*, filia *Georg. Weslingii*, Kilonienſium Conſulis. Cum decimum ſeptimum aetatis annum nondum expleuiſſet, priuatam Praeceptorum inſtitutionem cum Profeſſorum Academicorum lectionibus commutaturus Kilonium ſe contulit, ita ſuadente viro magnifico & ſumme rev. Dn. Joſua Schwartzio, S. Th. D., Danorum Regis Conſiliario Conſiſtoriali & Ducatuum Slesvici & Holſatiae Superintendente Generali, qui, praeter alios, in aedibus paternis Academiam petituri exactiſsime recognouerat ſtudia, illumq; Academicis laboribus aptum ſuffecturumque deprehenderat. Initio menſis Octob. 1695 Prorectore Magnif. Dn. D. C. Franckio, & Phil. Ord. Decano Dn. Georgio Paſchio in Studioſorum numerum receptus alboque inſertus Academico, Profeſſores publice ac priuatim ſ. docentes, ſ. diſputantes attente & aſſidue audiuit, *Franckio* in primis & *Maio* valde familiariter vſus. Kilonio 1699 m. Decembr. digreſſum ſtudiis ac moribus filiorum generis, virtutum & eruditionis laude conſpicui, honoribus inſignes praefecerunt Viri, quos inter praecipue nominandi Samuel & Paulus Strickeri: ille Gottorpienſis Camerae Conſiliarius, & Regis ac Ducis Vectigalium Inſpector, cuius filium vnicum in Academiam Kilonienſem duxit, & Profeſſoribus commendauit; hic Eccleſiae & Scholae Cathe-

thedralis Slesvicenſium Paſtor & Inſpector, cuius in aedibus commorabatur, cum an. 1709 m. Mart. Lubecam ſecedere a Viro Magnifico Dn. Ioanne Weſtkenio, primario Reip. Lubec. Conſule, iuberetur, qui paulo poſt in defuncti Iacobi Steinbrecheri locum ſurrogandum Collegam Scholae eum deſignauit. A Dn. En. Suantenio, Rectore, ſolenniter d. 11 Iun. a. e. introductus, Oratione *de Scholis Literarum Morumque Officinis, & lectione inaugurali in Cic. ad Famil. Epiſt. IV. Lib. XIV* habita, oblatum ſcholaſticum munus d. 12 Iun. Adiutore Deo Optimo Maximo aggreſſus eſt. Libris Symbolicis e. a. d. 27 Aug. mente manuq; ſubſcripſit. Benedicat Numen ipſius laboribus, vt merita in iuuentutem, diu ſuperſtes, valde poſsit amplificare! Seruet quoque litterarum morumq; officinam noſtram, & indies magis ac magis eam iubeat florere!

§. XXII.

An. 1711. d. 26 Octobr. glorioſiſſimorum Caeſarum, RVDOLPHI ab HABSBVRG atque CAROLI III *Res geſtas* in Gymnaſio noſtro nitido Carmine Germanico, paulo poſt luce donato, cecinit *Hermannus Vlricus a Lingen*, Lubecenſis. Vid. Athen. Lub. P. III. p. 91 ſq.

§. XXIII.

An. 1714 d. 25 Ian. introductus eſt MATTHIAS SCHMID, Möllnenſis, defuncti Marci Widae ſucceſſor. Accepit is an. 1682 vîuram huius vitae, communicatae a parentibus honeſti nominis: patre quidem *Andrea Schmid*, Muſico Senatus ac Ciuitatis non incelebri: matre

Wolber-

Wolbertha, *Gerh. Burmeiſteri*, Senatoris ac Camerarii ibidem vnica filia. Quibus cum nimis mature fuiſſet orbatus, maternus ſolicita cura auus prouidit, vt ſolido pietatis, doctrinae ac morum cultu exornaretur. Eapropter, patrii primum ludi diſciplinae committebatur; deinde vero Ratzeburgenſem Cathedralem, ac Michaelitanam Luneburgenſem Scholam frequentauit, in quibus virorum clariſſimam iuuentuti erudiendae operam impendentium, in primis autem *Eberh. Ioach. Elfeldii*, Rectoris Schol. Luneb. Michaelit. meritiſſimi, ductu ac auſpicio iuſtos in literis elegantioribus progreſſus fecit. Maturior autem factus conſortioni Academicae, Roſtochium ſe an. 1705 contulit, ibidemque per triennium, & quod excurrit, ſedulam Philoſophiae, Philologiae ac Theologiae operam nauauit. Qua re commoti ſunt non ſolum Paſtor Gûlzovienſis, Dn. Tochtermann, ſed & Glûekſtadii Dn. Gôrſſenius, ſerenisſimo Danorum Regi a Conſiliis Iuſtitiae, ac Leoburgi Dn. Ioach. Conr. a Pleſſe, potentisſimi Magnae Britanniae Regis ac Electoris Hannover. Conſiliarius ac Praefectus primarius, vt fidei eius ac inſtitutioni liberos ſuos committerent. Tandem, Deo ita dirigente, a Magnifico Dn. Io. Weſtken, Conſule tum huius Reipublice primario, an. 1714 ad munus ſcholaſticum vocatus eſt Lubecam, quod auſpicaturus ſolemni ritu *de Iano Praeceptoris boni imagine* verba fecit, ſimul teſte Suanteniana Inſcriptione, *Cic. ad Attic. Epiſt. XIV. Lib. V.* interpretatus. Receptus in numerum Colle-

Collegarum, Libris Symbolicis d. 26 Ian. e. a. subscripsit. DEVS fortunet ipsius conatus, vt diu possit bene de tenera iuuentute mereri!

§. XXIV.

An. 1715 *Preces Germanicae*, quae singulis diebus publice recitantur, pio ac laudabili instituto sunt recusae.

§. XXV.

Annus 1717 finem laboribus Suantenianis imposuit. Sequuti sunt, vacante post obitum Suantenii Rectoratu, Göldeliani quidam, quorum notitia supra §. XI iam est data.

§. XXVI.

Defunctum autem Suantenium Amici, Collegae, Discipuli valde commendarunt. Horum nemini non placuerunt verba summe reu. Goetzii in Orat. de Scholar. Increment. pag. 5: *Non immerito tua, perbeate SVANTENI, quam habuisti, virtus, quamque, cum per triginta & quod excurrit, annos, Studii Catharinani in hoc Ephebeo fuisses Director, conseruasti, illis, quibus nota fuit cognitaque, digna celebranda est laudibus. Tuae siquidem institutioni, tuis consiliis, tuaeque disciplinae multum se debere ingenue profitentur omnes, gratam propterea nominis tui & doctrinae memoriam spondentes.*

CAPVT

CAPVT XX.

DE

Rectoratu

IOANNIS HENRICI a SEELEN.

A. 1718 ſqq.

§. I.

VIx ac ne vix quidem a me potui impetrare, vt illud quoque tempus attingerem, quo mihi licuit Athenaeo Lubecenſi praeeſſe. Nam quae ego quidem adhuc egi, levia eſſe non inficior, & haud comparanda cum iis, quae anteceſſores mei laudatisſime praeſtiterunt. Interim vt Hiſtoria Athenaei tam plena exhiberetur, quam fieri poterat, iſthaec non plane omittenda eſſe exiſtimaui. Confirmarunt me dubitantem, an vitae meae ac ſcriptorum aliquam facerem mentionem, tum permulti alii, de vita ac ſcriptis ſuis commentati, tum in primis duo viri, quos Lubeca noſtra veneratur & ornamentis ſuis annumerat, D. Georgius Henricus Goetzius ac M. Iacobus a Melle, quorum ille in Epiſtola inſerta Diario literato, quod vocatur Bûcher-Saal P. XLIV. p. 556 ſqq, pleraque ſcripta ſua recenſuit; hic in Notit. Maior. p. 7 ſq de vita ac ſcriptis ſuis eſt commentatus. Cauſas ſane habeo graues, cur praedicem (& vtinam ſatis poſſem praedicare!) diuinam prouidentiam

Digitized by Google

videntiam ac gratiam, quam per omnem vitam ita ſum expertus, vt Iacobaeum iſtud (1) meum quoque faciam: קטנתי מכל החסדים ומכל האמת אשר עשית את־עבדך

§. II.

Natus ſum anno 1688. d. 8 Auguſt. in Ducatus Bremenſis regione, quae Kedingia appellatur. Locus meus natalis, vno lapide Stada diſtans, dicitur Aſela, olim, quam hodie, diuite Eccleſia parochiali celebrior. Sic enim ſcribit Borchardus, Archiepiſcopus Bremenſis, permutans Eccleſiam Asle Stadio vicinam cum Eccleſia Brügge in Diplomate (2) Bremae 1335. die Michael. dato: *Borchardus, Dei gratia, Sanctae Bremenſis Eccleſiae Archiepiſcopus, omnibus praeſentia viſuris, ſalutem in omnium ſaluatore. Quia debitis ſollempnitatibus obſeruatis, Eccleſiam in Asle noſtrae dioceſis, ad menſam praepoſiti noſtrae praedictae Bremenſis Eccleſiae deputatam, cum Eccleſia in Brugge, ſimiliter noſtrae dioceſis, ad menſam praepoſiti Nouimonaſterii & conuentus ſui deputata, etiam noſtrae dioceſis de conſenſu ſeu conſilio capituli noſtri permutationem celebrauimus, pro eo, quod poſſeſſiones temporales praedictae Eccleſiae in Asle praeponderant poſſeſſionibus temporalibus praedictae Eccleſiae in Brügge, decreuimus recompenſam temporalium fieri canonicam & condignam. Ordinamus igitur & decernimus, vt poſtquam Rector in Asle, qui*

(1) Gen. XXXII. 11.

(2) Integrum hoc Diploma legi poteſt in D. Henr. Muhlii Diſſertatt. Hiſtorico-Theolog. & ſpeciatim in Hiſt. Coenob. Bordesholmenſ. p. 584 ſq.

Digitized by Google

nunc est, discesserit, & praepositus Nouimonasterii, quicunque pro tempore fuerit, possessionem pacificam ecclesiae in Asle sibi & monasterio suo per viam permutationis vnitae, fuerit assecutus. &c. Patrem veneratus sum ERICVM ZACHARIAM von SEELEN, Ammensa-Brunsvigum, celeberrimorum Ienensium Theologorum, *Ioannis Musaei* (cuius asseruo varia collegia, manu beati parentis scripta, quae inter *Loci Theologici*, adhuc inediti, inprimis commemorabiles) *Sebast. Niemanni* ac *Fridem. Bechmanni*: dissertissimi Oratoris sacri *Georg. Goezii*: maximi Philologi *Io. Frischmuthi*: excellentissimi Mathematici *Erhardi Weigelii*, per integros octo annos auditorem, deinceps in annum vigesimum Pastorem Aselensem, an. 1698 die, qui Simoni ac Iudae sacer est, cum pro sacra concione de amore, quo homo hominem debet complecti, verba faceret, apoplexia tactum, & paulo post defunctum, cum aetatis annum quinquagesimum primum ageret, atque verum *Quietismum Sacrum* ex Ps. LXXIII. 28 demonstratum Stad. 1691 4. euulgasset. Matrem, cuius mors me in Academia Wittenbergensi viuentem valde afflixit, MARGARETAM ELISABETHAM HOFFMANNIAM dilexi. Erat illa filia M. ANTONII HOFFMANNI, cuius aui mei memoriam non possum non hac occasione paucis renouare. Produxit eum Minda, Westphaliae vrbs haud incelebris, cum annus millesimus sexcentesimus ac duodecimus ageretur. Absolutis in patria studiis scholasticis, Giessam se contulit, inde Marpurgum

Digitized by Google

purgum, vbi in primis adhaesit fidelissimo praeceptori suo, D. *Menoni Hanneckenio*, t. t. Theolog. & Hebr. Ling. Professori, deinceps Praesuli Lubecensi immortaliter merito, cuius singularem fauorem magnam felicitatis partem existimauit. Docent hoc ea, quae ipse de vita sua in chartam coniecit, e quibus apparet, quod Hannekenius illum primicerium suum vocare consueuerit. Duas quoque Sylloges Quaestionum Theologicarum principaliorum, ab Hannekenio Marpurg. 1643. 8 editae, Disputationes, quartam scilicet ex loco de Christo, *de Communicatione Idiomatum*, nec non decimam septimam, *de Conciliis & Papa*, respondendo defendit, sicuti etiam eruditas laudati Hannekenii ad hanc Syllogen Obseruationes calamo excepit, quas Obseruationes manu beati aui scriptas, tanquam χειμήλιον, asseruo. Marpurgo abiit Wittenbergam, vbi *Disputationem Gnostologicam de Abstractione, Principio Cognoscibilis productiuo*, praeside M. *Gerhardo Wichmanno*, Lubecensi, publice συζητήσει subiecit, quae Disputatio ibid. 1660. 4 est recusa. Auctum deinceps industriae praemio, Magistri scilicet honore, Comes de Rosenhaan, Legatus Suecicus, sacrorum peragendorum causa sibi adsciuit. Permutauit hoc officium cum alio munere sanctiori, posteaquam Comes de Oxenstierna, Legatus itidem Regius, eum a sacris esse iussit. Anno 1648 Aselae Pastor constitutus est, electus non multo post in Dioecesi Kedingensi & Ostensi Praepositus, nec non Consistorii Regii per Ducatus Brem. ac Verd., quod

Digitized by Google

Stadae est, Consiliarius, quae munia obiens an. 1675 e vita migrauit, repentina morte, cum mense post coenam assideret, defunctus. Quanti eum fecerit excellentissimus Theologus, *Io. Georg. Dorscheus*, docet Epistola ad ipsum Osnabrugae degentem scripta, quam lectu haud indignam non possum non ex αὐτογράφῳ descriptam hic conseruare:

Salutem a Domino Iesu!

Reuerende plurimum clarissimeque Dn. Hoffmanne, Frater in Domino coniunctissime! Et humanitatem tuam singularem laudauit Dn. Heusius noster, & peculiarem tuum in me affectum commendauit, vt iam plena animi propensione in amicitiae consuetudinem tecum transeundum esse censeam. Requirit autem illud a nobis tum vocationis nostrae sanctitas, quae exemplar coniunctionis penitissimae nostrae in nobis apparere voluit, & temporum horum difficultas. Sed de eo negotio multus fui in Dedicatione ad Academiam Hafniensem, praefixa Septenario meo Admirandorum Christi, quem eo vsq; ad vos penetrasse spero. Alias equidem opusculis meis adstat illa iniquitas, quae vel in lucem missa intra certos aliquos carceres detinet, e quibus ad amicorum manus pertingere nequeunt, vel iam concepta & elucubrata a prelo & luce arcet. Inter quae sunt meae Obseruationes ad Constitutionem Vrbani IIX de Festis, *& alia. Sic nobis vndiquaque aduersa sunt haec tempora, vt opus esset & magno pretio adornare Bibliothecas, & graui labore conficere libellos, & in prelum etiam sumtus expendere. Interim vili salario, inter rei familiaris detrimenta, viuendi incommoda sustentare. Mitto tibi,*

tibi, quod nuper e prelo liberatum eſt, tumultuarium Germanicum hoc opuſculum. Subſequetur aliud, ſed ad quod tuo opus eſt conſilio. Refutaui Iudicium Theologicum Erneſti Euſebii (3) de Pace *apud vos ſparſum. Edam in lucem primum in forma Diſputationis Academicae, deinde auctius in forma abſolutiore. Spero cum bona venia Pacificatorum me id praeſtiturum. Imo cogito praecipuo alicui viro ex illis inſcribere. Et ſtere Saluius erat in animo, quem omnes noſtri in oculis habent. Conſule candide in medium, quid videatur, candide, & in quam partem inclines aperi proxima occaſione literis D. Ottoni traditis. Si propendes in Saluium, aut ſubſtituis alium, mitte ſimul titulum, quo honorandus eſt. Ignosce primitias vſurpatae amicitiae iſta importunitate inſignienti & vale in Domino Ieſu proſperrime. Dab. Argentorati. 19 Apr. 1647.*

T. R. Dtem
toto animo complexus

J. Georg. Dorſcheus D.

Nomen ab obliuione vindicauit edito libro Theologico, cuius inſcriptio eſt: *Parallela Heortologica, oder Theol. Bedencken von Jährigen Gedenckals Brand- Bete- Danck- und ordentlichen Feſt-Tagen; von Mittel-Dingen und Chriſtlicher Freyheit. Wobey zugleich vom Ambt der Weltlichen Obrigkeit in Religion- und Kirchen-Sachen; auch vom Beruff und Wahl der*

(3) Sub ficto *Erneſti de Euſebiis* nomine alii putant latere *Henr. Wagnereccium*, alii *Io. Caramuelem*, alii *Io. Mulmannum*, alii *Fab. Chiſium* &c. Leg. Placcii Theatr. Pſeudonym. p. 268.

Digitized by Google

Prediger, mit Zuziehung und Einrahi der Geiſtlichen des Orts, gehandelt wird, 1669. 4. Alph. 3. pl. 13. Multa alia in hoc libro pertractantur argumenta, e. c. *de Calendario Gregoriano ab Euangelicis non ſtatim recepto* p. 380 ſqq: *de Cyclo Lunae* p. 402 ſqq: *de Pericopis Euangelicis* p. 424 ſqq: *de Synedrio Iudaico* p. 525 ſqq. &c. Accedunt Documenta, vulgo *Beylagen*, quae inter multa egregia ac ſingularia, e. g. *Iudicium viri docti de Mich. Hauemanni Aſtraea* p. 41 ſq: *Seb. Niemanni, Theol. Ienenſ. Reſponſum de Magiſtratu in rebus eccleſiaſticis ſic dicta poteſtate architectonica* p. 42 ſq: *Quiſtorpii Epiſtola de Morte Hugonis Grotii* p. 45 ſq. &c. Litteris etiam conſignauit *Agenda Eccleſiaſtica Bremenſia*, quae vero adhuc lucem non aſpexerunt. His gaudeo parentibus, & tanto magis gaudeo, quanto integrior ſemper fuit eorum exiſtimatio. Adolescentulum me parentes optimi mercaturae faciendae deſtinauerunt: at deinceps, cum neſcio quem erga litteras amorem in me deprehendiſſent, mutarunt conſilium, Muſisque totum conſecrauere. Primis igitur litterarum elementis ac rudimentis domeſticorum praeceptorum ope, imbutus, in diſciplinam traditus ſum TOBIAE SCHEPLERO, Symmyſtae Aſelenſi meritiſſimo, viro, quem multi ad munus ſcholaſticum, quam eccleſiaſticum, aptiorem iudicarunt, cuius fidelisſima inſtitutione, per ſex annos frui licuit. Deinceps Athenaei Stadenſis alumnis ſum additus, inque hac florentiſſima tunc quidem temporis Muſarum ſede ſtudiorum humanitatis ac Philoſophiae curſum haud exiguum

guum absolui. Suis me annumerauit haec Schola integros septem annos, & ordini supremo adscriptum adeo constantem habuit, vt raro admodum exemplo, quadriennium in eo consumserim, quum omnes fere, posteaquam annum vnum alterumve ibi exegerunt, in Academias se conferant. Ego autem sero demum Stadam dulcissimam reliqui, dissuadentibus licet saepe amicis, qui ob causas non spernendas abitum in Academiam vrgebant. At cum ipse nullo negotio perspicerem, eruditionem non tantum in Academiis, verum vbique hauriri posse, exoptatissima, qua fruebar, occasione tractandi studia litterarum diu vtendum esse arbitrabar. Singulari enim, & paterno vix dissimili, amore ac fauore me complectebatur vir longe celeberrimus MICHAEL RICHEY, Rector Stadensis, hodie Professor Hamburgensis, vir de re litteraria praeclarissime promeritus, & cum paucis comparandus, (quem diutissime seruet Numen, & omni felicitatis genere beet!), cuius domesticae consuetudini, Bibliothecae instructissimae, fidelissimaeque institutioni, publicae, priuatae, priuatissimae, plurima me debere gratissimus profiteor, ad cineres tantum doctorem exosculaturus. Vtilis quoque erat informatio IOANNIS CHRISTOPHORI ROITZSCHII, viri itidem doctissimi, qui ex Conrectore Stadensi factus Ecclesiae Spicensis in Ducatus Bremensis parte, quam Wursatiam appellant, Pastor haud ita pridem est defunctus. Praeter hos publicos doctores laudandi sunt ii, quorum pri-

vata industria profeci. Veneror cineres DIEDERICI von STADE, primum Secretarii, deinceps Archiuarii, viri, in quo antiqua fides & solida eruditio fuit admiranda, cui, ante Richeyum hospiti, vt in aliis studiis, ita praesertim in historicis non pauca debeo. Neque excidit memoria CHRISTIANVS LEBRECHT FELS (de quo in Cap. anteced. §. 8. nonnulla annotavi), cuius auspiciis non solum vberiores in sanctiori lingua, (publice etiam tradita), habui progressus, verum coepi quoque R. Selom. Ben Melech Commentarium in loca selecta vocesq; & res difficiles S. Scripturae, יפי מכלל dictum, legere. Fidelissima autem praeceptorum opera factum, vt an. 1709. d. 5 Kal. Febr. solemni ritu Oratorium *de Vanitate Diuinationum* specimen (cui Richeyus elegantissimum *de eo, quod nimium videtur in Iac. Frid. Reimmanni Pio Desideriis Historiae Litterariae* Programma praemittebat; occasionem vero dabat lepidus vates, Isaacus Bickerstaff dictus) edere potuerim; alia etiam tentarim, quae iuuenilia ac leuia sponte praetereo. Tandem vero Stada, fidelissima litterarum mearum nutrice, habita *de Officiis Discipulorum ex mente Ludov. Viuis Oratione* vale dicendi causa, abire, & Academicos doctores auscultare necessarium duxi. Ex Academiis eam Patronorum & Amicorum voluntate elegi, quam purioris doctrinae studium laudatissimum dudum inclytissimam reddidit, Wittenbergam intelligo. In itinere non poteram non inuisere, praeter pulcherrimam & multis cimeliis rarissimis instructam

ſtructam Arcem Saltzdahlenſem, Bibliothecam Guelpherbytanam longe lateque celeberrimam, quae incomparabiles theſauros litterarios perluſtrandos vſurpandosque offerebat. Operae non minus pretium ducebam ſubſiſtere aliquandiu Helmeſtadii, vbi ſi per colloquia cum viris famam dudum in orbe litterato conſecutis, IO. FABRICIO, IO. ANDR. SCHMIDIO, HERMANNO von der HARDT (qui, praeter alia, ſuum conatum, ſi quid ego iudico, paradoxum, de vera Hiſtoria ex Mythologia detegenda, prolixe enarrabat, hacq; occaſione alia, quae magis arridebant, proponebat) & in primis IO. GEORGIO ECCARDO, hodie Hanoverae imo totius orbis eruditi, ornamento nec non per vſum Bibliothecarum nihil me didiciſſe dicerem, ingratus forem. Wittenbergenſis Academiae ciuibus adſcripto, praeſtantiſſimis doctoribus, quos gratiſſimi animi declarandi ergo nominabo, vti licuit. Quemadmodum vero a ſtudiis Philoſophicis fieri ſolet initium, ita ſtatim doctorem eligebam IO. CHRISTOPH. WOLFIVM, Curſu, quem vocant, Philoſophico Metaphyſicam, Logicam, Pneumaticam ac Phyſicam, ex mente recentiſſimorum Philoſophorum, eleganter admodum profitentem, & deinceps Hiſtoriae Philoſophicae initia cum auditoribus communicantem. Pendebam porro ab ore D. GOTTLIEB WERNSDORFII, diuiniorem doctrinam proponentis ac contra veritatis hoſtes, Fanaticos praeſertim, vindicantis: res in ſacra republica geſtas ex idoneis fontibus enarrantis: ſanctio-

remque dicendi rationem ostendentis. Intereram scholis D. MARTINI CHLADENII, in quibus modum interpretandi sacrum codicem docebat, & incautos ac temerarios interpretes, praesertim recentiores, castigabat: Libros Symbolicos exponebat: disputandoque vniuersam fere Theologiam excutiendam curabat, de quo labore testari potest laudati Praesidis *Programma, Benedicti Pictheti Sententiam de Pietismo exponens*, quo an. 1712, finitis litterariis certaminibus, palaestram, in quam vna cum commilitionibus ingressus eram, occlusit. Adiungebam me D. HENR. KLAVSINGIO, Koenigii Theologiam Positivam declaranti, & Cursum, vt vocant, Mathematicum absoluere contendenti. Auscultabam D. IO. GVIL. IANVM, Neumanni Theologiam Aphoristicam illustrantem. Adibam D. CHRISTIANVM VATERVM, res physicas, ductu Physiologiae, quam euulgauit, tam per rationes, quam praecipue per experimenta demonstrantem: nec non D. IO. HENR. HEVCHERVM, in duorum corporum humanorum sectione naturalem eorundem structuram & conditionem ostendentem. Audiebam IO. CHRISTOPH. WICHMANNSHAVSEN, linguarum, quae ab oriente nomen habent, doctorem. Aderam IO. GVIL. BERGERO, hospiti honoratissimo, amplissimum historiae campum aperienti, & priscam verba faciendi rationem inculcanti. Adiutorem quoque in litteris Graecis accuratius cognoscendis mihi conciliabam M. GEORG. FRID. THRYLLITIVM, virum ad hoc studiorum

diorum genus natum & factum, & in Graecis scriptoribus ad stuporem versatum, cuius auspiciis varia monumenta Graeca legi relegique. Quae dum agerem, iamque appropinquaret tempus, quo docendo discere ac vires periclitari in animo habebam, litterarium deinceps iter susceperturus, intercedebat luctuosissimum fatum, & dilectissimae parentis inopinata mors circulos meos turbabat. Quare, aegerrime licet, Wittenberga (vbi per tempus satis longum subsistere animus erat) discedere, & aliquam sororum rerumque domesticarum rationem habere cogebar. Almam tamen Leucoream, interiecto exiguo temporis spatio, repetere & destinata exequi, apud animum firmiter constitueram. Sed aliud ego, aliud Numen cogitabat, volebatque praeceptorum meorum, Richeyi in primis, praesagium, mihi aliquando in scholastico puluere desudandum esse, impletum. Scilicet vacabat isto tempore munus Conrectoris Flensburgensis, THOMA CLAVSENIO (hodie SS. Theol. D. Consiliar. Eccles. Regio, per Ducat. Slesvic. & Holsat. Superintendente Generali, Praeposito Slesvic., Rendesburg., quem, honoris causa nominatum Holsatiae gratulor) Concionatore Aulico Hafnienſi constituto. Innotescebam ego, praeter omnem spem atque opinionem, per supra laudatum WOLFIVM. (qui ante Clausenium spartam Conrectoris Flensburgi ornauerat) Patronis quibusdam Flensburgensibus, mihi plane ignotis, qui dicta munia prae multis aliis,

ista

ista ambientibus, mihi deferri cupiebant. Ego quidem, tenuitatis meae probe conscius, & muneris, si religiose administretur, grauitatem cum annis ac alius rebus comparans, satius esse putabam, oblatum munus recusare, quam nonnulla, quae obstare videbantur, difficulter vincere. Sed instabant Flensburgenses, meque denuo ad se arcessebant. Quid facerem? suadentibus praesertim fidelissimis Amicis, vt diuino nutui, haud obscure sese prodenti, magis, quam amori, quo ferebar in Academiam, obtemperarem. Et sane experientia me postea docebat, nutum fuisse vere diuinum. Certe nisi talis extitisset, ego munia isthaec, qui ea, quod sanctissime affirmo, aegre admodum in me deuolui patiebar, non impetrassem, haud paucis ad ea adspirantibus. Praeuio igitur examine satis rigoroso, per plurima vota Conrector eligebar, &, per ANDREAM HOYERVM, Praepositum ac Pastorem Ioanneum, inauguratus, XV Kal. Decemb. 1713 hoc munus auspicabar. Quod cum per biennium fere pro viribus gessissem, ab amplissimo Senatu Stadensi d. 10 Octobr. 1715 per vnanimia, vt aiunt, electus, ad idem officium obeundum vocabar. Quam vocationem nisi Patroni ipsi, qui me elegerant, dixissent diuinam, mansissem Flensburgi, vbi, praeter Numinis auxilium, quo me laborantem adiuuabat, Patronorum experiebar fauorem plane singularem, & merito a me praedicandum, inuidiamque (quae raro deest, quando iuniores aetate grauioribus praeferuntur,

tur, neque eligentes semper annos numerant) deuictam mox videbam. Accedebat misera & Ciuitatis & Athenaei Stadensis, ex pestilenti lue & funesto bello orta, facies: quae tamen omnia non poterant impedire, quo minus eum docendi causa adirem locum, cui magnam (imo dixerim fere maximam) partem debeo earum litterarum, quae in me quidem deprehenduntur. Cum igitur eodem die, quo ante biennium Orationem inauguralem habueram, in publico actu oratorio Patronis, Fautoribus, Collegis, Discipulis vale dixissem, itineri me accingebam, quo feliciter absoluto Stadensibus redditus, diuino fretus Numine, munus Conrectoris an. 1716. d. 3 Ian. aggrediebar. Deferebat mihi istud Senatus, quem denuo honoris causa appello, nomine M. IOAN. ERNEST. BVTTNERVS, Consistorii Regii Consiliarius, Ministerii Stadani Senior & ad S. Nicolai Pastor primarius, habita *de Anima Scholae* Oratione, ad nomen meum alludente. Quam Orationem, quoniam elegans est & ingeniosa, non possum non ex autographo maxime reu. auctoris descriptam, hic conseruare. Haec autem in ea facta sunt verba:

Tir.

Animam fere egit haec Schola, ex quo duobus „morborum generibus afflicta fuit Stada nostra, „nec Marte solum, sed & morte infestata; quibus „accesit tertium, infelix & inopinatus doctorum superiorum discessus, quo suis priuata magistris

„giſtris vidua eſt facta haec ſchola. Vt enim „corpus eſt mortuum, quando decesſit anima, „ita ſchola iacet mortua, dum illi, qui animare „eam ſunt ſoliti, vel discesſerunt, vel plane de„ceſſerunt. Ignoſcite, Auditores, quod animam „ſcholae tribuo, quod exanimatam eam dico & „corpus mortuum, quando rectoribus & magi„ſtris deſtituitur. Si enim, referente Dionyſio „Halicarnaſſeo, Appius Claudius Sabinus vrbem „Romam iure comparauit homini, eiusque ani„mam vocauit Senatum, corpus vero ciues atq; „multitudinem, quis mihi vertet vitio, ſi ſcho„lam eodem nomine appellem. Quid enim „aliud eſt coetus ſcholaſticus, quam corpus, „quod animatur, quando informatur? quid „anima? niſi qua homo intelligit & loquitur. „Vt autem intelligant artes & diſciplinas ſcho„larum alumni, vt eleganter loqui diſcant non „tantum Latinam, ſed linguas etiam alias, Grae„cam, Ebraeam, & quas non? nemo docet & „efficit, niſi doctor ſcholaſticus. Quemadmo„dum ergo, quod ait Plinius, nihil viuit ſine „anima; & homo, auctore Tertulliano, ſine „anima ne hominis quidem, ſed cadaueris no„men obtinet: ita nihil in ſchola ſine rectore & „magiſtro viuit, quia haec demum vera eſt vi„ta, quam artes & virtutes nobis parant, quam „doctrina magiſtrorum confert, ſine qua brutis „ſimiliores ſumus quam hominibus; dum qui „ſcholas frequentant, tum demum bene viue„re incipiunt, quando artes liberales diſcunt, „quas docere praeceptores ſolent diſcipulos, do-

ctores

„ctores ea de causa dicti. Quemadmodum „etiam, quod ait Episcopus Mediolanensis Am„brosius, caro & anima velut lege sociantur con„iugii, ex quibus homo constat; sic quando „coetui scholastico iungitur magister, animam „accipit ille coetus, hominique quam trunco „redditur similior, qui scholam frequentat. „Quam ob causam sua cum corpori cuilibet sit „forma, formae autem nomine ipsa quoque ani„ma veniat, in animum mihi induxi occasione „illius, cuius causa hanc conscendi cathedram, „& qui Scholae huic Stadanae constituendus est „Con-Rector, ab *anima* vero nomen obti„nuit, dicere quaedam de *Anima Scholae*, „& scholarum magistros cum ea conferrre. Quod „vt succedat eo felicius, Vos, Domini & Fauto„res honoratissimi, ea, qua par est, veneratio„ne rogo atque obtestor, vt aequo adsitis animo „& sicubi non recte exposita fuerint singula, in „partem meliorem accipiatis, linguisque & ani„mis faueatis.

„De *Anima Scholae* facturus verba non „male agere mihi videor, si nonnulla praemisero „de iis, qui rebus etiam inanimatis animam tri„buere non sunt veriti. Eruditis ignoti non „sunt Zoroastres, Hermes Trismegistus, Or„pheus, Pythagoras, Plato & Stoici, at quan„ti viri & Philosophi! qui *Mundo* asseruisse *Ani*„*mam* perhibentur, quanquam modo diverso „eam exposuerunt. Neque minus affirmant „nonnulli, Aristotelem, Philosophorum Cory-

phaeum,

„phaeum, *Coelo* tribuiſſe animam. Verba Sta-
„giritae haec ſunt: ὁ ὠϱανὸς ἔμψυχος καὶ
„ἔχει κινήσεως ἀϱχήν. In eandem iuiſſe ſenten-
„tiam ex Patribus etiam dicitur Origenes, Hiero-
„nymus & Auguſtinus, quorum tamen illos re-
„traxiſſe pedem confirmat Petrus Hurtadus de
„Mendoza, iſtum mutaſſe mentem teſtatur
„apud Casmannum Patritius. Vt taceam alios,
„qui rebus etiam aliis animam tribuerunt. Ani-
„manda igitur cum ſit Schola haec noſtra, de
„eius quoque *Anima* ſolicitum eſſe oportet. Di-
„xi hanc eſſe magiſtrum ſcholae & doctorem.
„At vero cum debilis ſit anima ſine animo, velu-
„ti nonnemo ex Philoſophis loquitur, eaque
„ita dicatur dicta ab animo, vti domina a do-
„mino; Animus vero Catoni ſit Deus (quem
„etiam per coeli animam intellexiſſe paullo an-
„te laudatum Ariſtotelem, nonnulli ex eius in-
„terpretibus affirmant); ipſi fatebuntur docto-
„res ſcholaſtici, ſine DEo ſe nihil profecturos in
„ſchola, aut eam animaturos eſſe. Anima cer-
„te originem debet DEo, qui flatum vitae in ho-
„minis flauit faciem, eoque homo in animam
„viuam factus eſt, vtique ex Dei flatu, vt loqui-
„tur Tertullianus. A DEo quoque ſunt artes &
„diſciplinae, ipſique artium & diſciplinarum
„magiſtri, immo & officinae earum, ſcholas in-
„telligo, quae propterea Spiritus ſancti officinae
„dicuntur, in quibus homines formantur. In-
„cidit heic mihi, quod de templo Delphico re-
„fert hiſtoria. Hoc ſi quando peregrini aut
„hoſpites acceſſerunt, Sacerdoti in more fuiſſe
dicitur

„dicitur clamare: Heic fiunt homines. Id si „de scholis aliquis dixerit, meliori iure dixerit. „In scholis enim illud peragitur opus longe no„bilissimum, vt veri hominis personam induat, „quisquis animum ac mentem optimis artibus, „mores virtute & honestate imbuit. Expendis„se id quondam fertur Socrates, insignis apud „Graecos vir & philosophiae alter quasi parens, „cuius e ludo tanquam ex equo Troiano omnium „artium doctores magno numero prodierunt. „Is enim, cum Xenophontem, nobilissimum „Athenis iuuenem haberet obvium, interrogan„temque, vbinam locorum veri fierent homi„nes, respondisse perhibetur: sequere & disce; „eumque ad coetus discentium iuuenum abdu„xit. Homines igitur dum fiunt in scholis, & „scholae, tanquam homines, eos gignunt, ani„ma scholae vtique non erit, nisi qui eam for„mat, doctor atque magister. Et vt homo sine „anima non est homo, sic nec schola sine magi„stro schola dici, nec discipulus sine praecepto„re genuinus homo fieri potest. Homo sane si„ne anima non viuit; discipulus etiam sine prae„ceptore vita homine digna destituitur. Vita „enim vt est propria animae ἐνέργεια, eiusque „perpetua comes atque socia, ita vis praecepto„ris est bona vita. Nec enim viuere bonum est, „nisi bene viuas, inquit Seneca. Cui praeiuit „Tullius, quando viuere se haud posse affirma„uit, nisi in literis viueret. Animi autem cul„tus vt eidem Tullio est quasi quidam humanita„tis cibus, qui vitam hominis non modo alit, sed

„& conſeruat: ita animus rerum nobiliſſima-
„rum praeceptis ac diſciplinis innutritus maxi-
„me viget atque floret. Sed ad *Animam Scho-*
„*lae* reuertor. Disquiri ſolet inter eruditos,
„vtrum anima, cum ſit forma hominis, aſſi-
„ſtens an informans dici debeat. Aſſiſtentem
„Auerrões, informantem alii eſſe dicunt. Scho-
„lae ſi haec forma, tanquam anima, eſt tribuen-
„da, & aſſisſtens & informans erit. Aſſiſtit for-
„ma corpori, quando ei praeſens eſt, vt nauta
„naui, currui & equis auriga, quorum vterque
„curſum promouet, eoque dirigit, quo tendit:
„ille quidem, ne venti alio rapiant nauim; hic
„ne equi exorbitent, ſed currus in orbita ma-
„neat. Sic coetui ſcholaſtico praeſens ſit opor-
„tet magiſter, eumq ue ita dirigat, vt ne in vi-
„ta vel moribus exorbitet, aut petulantia ſua in
„deuia & praecipitia decurrat. Siue igitur in
„corde ſit animae ſedes, ſiue in capite eiusque
„cerebro, de quo non minus inter Philoſophos
„eſt controuerſia, ſufficit, eam eſſe totam in cor-
„pore toto, & totam in ſingulis eius partibus,
„quibus deinde vt aſſiſtat neceſſe eſt. Quod de
„Scholae animae omnino aſſerendum eſt. Non
„minus autem informans forma eſt anima, ea-
„que quam maxime, quia per vnionem ſui cum
„corpore ita informat corpus, vt certam ei na-
„turam largiatur. Largitur anima corpori ani-
„mato vim vegetandi, nutriendi, augendi, mo-
„vendi, ſentiendi, appetendi, intelligendi, ra-
„tiocinandi, iudicandi & alias. Quid dicam
„de Anima Scholae, de doctore ſcholaſtico?

Annon

„Annon hic ingenium discipuli, totiusque sibi „crediti coetus scholastici ita excitare & animare „solet, vt vegetum accipiat corpus mentemque „vegetam, vt nutriatur artibus & augmentum „virtutum capiat? Et quaeso Te, vnde alias ha„bet discipulus, quod rite moueri & promoueri „potest, nisi a praeceptore, artium & studiorum „promotore, a quo etiam sensus cum animo mo„ventur. Anima vti sentit, ita non solum ipsa „vtitur sensibus, ex iisque maxime visu & audi„tu, sed etiam corpus eorum reddit particeps. „Videt praeceptor atras ignorantiae tenebras, vi„det mores dissolutos & agrestes, videt damna „inde oritura, eaque & animo & oculis videt. „Neque minus ipsi vident discipuli, dum aperti „sunt ipsis oculi a praeceptoribus. Nec vident „solum, verum & audiunt. Audit non raro „praeceptor, male rem gerere discipulum, & „discipulus ob eam rem ipse male audit. Qui „si dicto semper audiens esset praeceptori, nun„quam male, sed bene semper audiret. Appe„tit laudem discipulus, quam etiam intelligit „sibi conferendam, si cum ratione appetat. „Quam ob caussam obseruet oportet discipulus „id, quod habet Cicero: Duplex, inquit, est „animorum vis & natura: vna pars in appetitu „posita est, quae est ὁρμὴ Graecae, quae homi„nem huc & illuc rapit: altera in ratione, quae „docet, & explanat, quid faciendum fugiendum„que sit. Ita fit, vt ratio praesit, appetitus ob„temperet. Nihil ergo est appetendum, quod „rationi aduersetur. Nihil a discipulo susci-

„piendum, quod praeceptori aduersum intelli-
„gat. Ratiocinari autem dum docet anima, dis-
„cat discipulus a praeceptore nil sine ratione
„suscipere. Vti enim nihil magis proprium est
„homini, quam διαλέγεσθαι, ratiocinari & disser-
„te aliquid explicare, ita hoc ab anima habet
„homo. Discat etiam discipulus limato & po-
„lito vti iudicio & de rebus sincere iudicare. Hoc
„si fecerit, verum scholae membrum erit, ab anima
„scholae recte formatum. Quemadmodum igi-
„tur anima corpus non tantum format & mouet,
„sed etiam gubernat, ita scholae magister ex
„vtraque ratione anima Scholae dici meretur.
„Mouet enim coetum scholasticum, tanquam
„corpus suum, doctrina, qua ei vitam compa-
„rat; gubernat vero disciplina; quarum neutra
„sine altera corpus recte formari potest: sed vt
„doctrina sine disciplina quoque corpus solet
„dici sine anima, ita doctrina animatur & vitam
„accipit, quando disciplina accedit. Id quod
„probe obseruandum est magistro scholarum,
„qui tanquam anima non modo vitam conferre
„debet scholae per sanam doctrinam seu institu-
„tionem, qua artes & scientias docet, sed & gu-
„bernare eam per honestam disciplinam. Mu-
„tus enim est & instar mortui sedet inter erudi-
„tos, qui nunquam est ingressus scholam, nec
„quicquam artium & scientiarum didicit. Viuus
„autem fit & vox eius viua, quando vitam agit
„eruditione plenam, eamque praeceptori acce-
„ptam refert. Quam ob causam sapienter di-
„ctum videtur ab Aristotele, qui rogatus, quo

docti

„docti differrent ab indoctis, ὅσα, inquit, οἱ ζῶντες τῶν τεθνηκότων, quo viuentes a mortuis. „Doctrina enim, teste Seneca, format hominem „& fabricat, vitamque disponit, actiones regit, „agenda & omittenda demonstrat. Quando „igitur ex fabrica nostri corporis & singularum „partium figura, positu, functione, vtilitate „colligimus, humanam naturam non casu ex „atomis Democriti confluxisse, sed ab aeterna „mente architectrice conditam esse; non minus „ex iuuene erudito, variisque artibus & scien„tiis imbuto iudicare aliter non possumus, nisi „ab anima scholae docta eum haec hausisse. Ca„vendum tamen, ne doctrina haec sit coacta aut „inuita (a parte discentium). Vt enim inuitos „canes qui venatum ducit, nihil agit; sic nullus „vnquam praeceptor aliquid proficiet, si ad do„ctrinam hauriendam vel ineptus vel piger „esse discipulus deprehendatur. Quemadmo„dum autem doctrina est illa vita, quam cor„pori scholastico dat anima scholae; ita disciplina est ea vis animae huius, quae guber„nat scholam. Intelligo autem disciplinam „regendorum morum, qua coercentur disci„puli, vti doctrina informantur. Quae vtra„que ab anima pendet, vtraq; ad corpus ten„dit, quod imprimis rectione indiget. Cor„pus enim quanto vilius est anima, anima „vero quanto nobilior est corpore, tanto ma„gis animae imperium, corpori obsequium „competit. Imperare autem & obedire, gu„bernare & obsequi se mutuo excipiunt. Im-

„perium si intermittit anima, & corpus obse-
„quium, ordo turbatur. Necesse est igitur, vt
„discipuli regantur disciplina, ne more cyclo-
„pico sine ordine viuant, suisque cupiditatibus
„frena laxent. Cum enim homo post lapsum
„procliuis sit ad mala, haec animae insita est vis,
„vt lethale hoc vulnus corrigere possit; quod
„idem de scholae anima est sentiendum, quae
„certas corpori scholastico praescribit leges,
„quibus peruersi eiusmodi mores coërceri so-
„lent. Ideo namque exercenda est disciplina,
„vt vitentur non modo mala, sed etiam poenae
„subtrahantur.

„Sed non permittit tempus, vt pluribus haec
„persequar, nec vestra, Fautores optimi, at-
„tentione nimis abuti licet. Ad Te, vir
„clarissime, Joannes Henrice a Seelen, me
„conuerto. Ab anima nactus es nomen,
„Scholaeque huius anima in posterum di-
„cendus es. Audiuisti vim animae, quod
„corpus formet, vt autem formet, ex naturae
„libro didicit. Quare & Tibi trado librum, vt
„discendum scias ex libris formare corpus scho-
„lasticum idque informare; praesentem intelli-
„go iuuentutem & quae hanc est secutura. Li-
„brum hunc Tibi trado ex cathedra, loco emi-
„nentiori, dignitatis indicio & sede docentium
„altius extructa. Animae enim sedem ideo
„nonnulli posuere in capite tanquam nobiliori
„& sublimiori corporis parte, quia inferiora
„membra eo melius dirigere posse putarunt. Do-

centes

Digitized by Google

„centes ideo excelsiorem elegerunt locum, vt „discentes eo commodius doctrinam percipere „possent. Doctor dicendus es iuuentutis: do„ce, quod docet anima. Docet anima homi„nis, esse Deum, conditorem rerum omnium: „Tu idem docebis. Docet anima, qualis sit „DEus, nempe iustus iudex, bonorum remu„nerator, scelerum vindex: eadem doctrina a „Te requiritur. Docet anima multiplicem sa„pientiam & scientiam, sacram & profanam: ean„dem ob causam Tu quoque Scholae huius ani„ma eris. Docet anima discrimen inter hone„stum & turpe, nam virtutes a vitiis distinguere „docet. Et haec Tua erit cura non infima. Do„cet anima loqui & scribere: Tu docebis elo„quentiam, ad eamque perueniendi medium, „stilum puriorem. Barbare enim loqui est ma„gis balbutire quam loqui. Haec si feceris, „Tuamque Tibi nunc creditam iuuentutem „omni studio animaueris, Anima huius Athe„naei iure meritoque diceris. Et ad hoc opus „requiruntur libri, quibus ipse vteris in cathedra „docturus, quos etiam sedentibus in subselliis „& discentibus commendabis. Accipe etiam „signa imperii scholastici. Imperat, vt perce„pisti, anima corpori, idque regit. Et Tibi „conuenit imperium in hoc corpus scholasti„cum. Rege igitur illius membra, rege oculos, „vt ne videant vanitatem, mundique illecebras, „sed in Te, Tuumq3 os immoti videant. Rege „aures, vt attentae sint ad percipiendum ea, quae „DEo & hominibus grata. Rege manus, vt ca-

„lamo excipiant ea, quae vel memoriae ſunt „imprimenda, vel ad ſtilum & eloquentiam pa„randam in chartam coniicienda. Manus enim „cauſam eſſe ſapientiae, non ſine cauſa dixit „Anaxagoras. Rege pedes, vt mature hoc Mu„ſarum domicilium ingrediantur, nec niſi abſo„luto penſo & finito ad ſtudia deſtinato tempo„re egrediantur. Rege mores, rege ſtudia, rege „quicquid regendum ſe Tibi obtulerit. Et ſic „nomen Animae Tibi nemo in dubium voca„bit.

„Tuum autem, Vir clariſſime, vti eſt regere „atque docere, ita veſtrum, iuuenes ornatiſſi„mi & cariſſimi, erit obedire & diſcere, ſi ge„nuinum Animae huius corpus dici volueritis. „Ductores ſequuntur illi, qui ab iis ducuntur; „doctores, qui docentur. At vero praeceptores „duces ſunt in via ſapientiae & virtutis, minime „ergo contemnendi ſunt, ſed iis obediendum. „Qui enim doctores ſuos contemnit & duces, „ipſam etiam ſapientiam & virtutem, omniaq; „ſimul iura, diuina & humana, contemnit. Di„ſcendum eſt, animoq; ſemper voluendum il„lud tritum: Dic cur hic? Homines eſſe vultis, „tales eritis, ſi artes & doctrinam imbiberitis. „Pecudes eſſe auerſamini, tales autem mane„bitis, ſi artes & doctrinam neglexeritis. Fa„cite igitur, vt haec Anima cum corpore veſtro „ita vniatur, vt per doctrinam eius homines ve„ri euadatis. Nolite autem obliuiſci, curam „animae nunquam eſſe intermittendam, eamq;

magis

„magis quam corpus fouendam. Grato vos „semper oportet esse animo erga vestram ani„mam, vt ei ne subtrahatis, quod ipsi de„betur; memores illius Tullii: Nullum of„ficium referenda gratia magis est neces„sarium. Denique si plures vna cum Platone & „Galeno statuere velimus animas, non tamen „sibi contrarias aut infensas, sed amice vnitas „inueniemus. Totum si consideramus coetum „scholasticum, diuersas etiam animas in eo de„prehendimus. Quot enim discentium sunt „classes, tot sunt corpora; quot corpora, tot „animae. Agite igitur, quotquot in hac scho„la estis animae, animate vos & ad vnitatem per„petuam animos vestros componite. Inprimis „autem, qui in classibus superioribus tanquam „vno corpore, duae estis Animae fraterna con„iunctione coniuncti viuite tanquam vna in „duobus corporibus anima, eoque erga iuuen„tutem vestram este animo, vt animam effla„re malint singuli, quam hisce animabus ca„rere.

Hac Oratione initiatus, munia Conrectoris, Roitzschii, praeceptoris, succesſor factus, in me suscepi, quae aliquot supra biennium hebdomadas tantum administraui, maximorum interea Patronorum fauorem, si non promeritus, saltem expertus. Benignissimus enim DEUS, cuius singularem & nunquam satis praedicandam prouidentiam per omnem vitam sensi, rem ita dirigebat, vt cunctis Patrum Conscriptorum Lubecensium, sancte ad extremam vsque ha-

litum colendorum, ſuffragiis an. 1717. d. 21 Decemb. Athenaei Lubecenſis Rector eligerer, & d. 3 Ian. 1718 vocarer. Quod munus, arduum licet, tanto maiori fiducia & alacritate capeſſebam, quanto certior eram de diuina voluntate, ſiquidem ipſe Magnificus & Illuſtris Reip. Lubecenſis Senatus in Litteris, collatum officium nunciantibus, vocationem meam ſingulari Numinis directione factam & vere diuinam appellat. Quae verba vti ſaepe animum meum confirmarunt, ita ad demisſisſimas gratias ſummo Numini perſolvendas, & ad cultum, quo Magnificum Senatum venerari fas eſt, me nunquam non inflammabunt; imo ad demandatos labores pro virili porro exequendos incitabunt. Introductus autem ſum, poſtquam d. 21 Febr. Symbolis noſtris mente ſincera & ſacris per Lutherum emendatis ſine omni fuco addicta, nomen dederam, d. 24 Febr. Magnifici Senatus nomine a D. GEORG. HENR. GOETZIO, Superintendente, concinna *de Scholarum Incrementis Oratione*, an. ſeq. 1719. d. 27 Mart. euulgata; ad quem ſolemnem Actum laudatus Praeſul erudita *de Praeceptoribus Lutheri Commentatione* d. 22 Febr. inuitauit. *Oratio*, quam ego auſpicii cauſa *de praeclaris Gymnaſii Lubecenſis meritis in rempublicam ſacram, ciuilem & litterariam*, habui in Athen. Lubec. P. I. p. 1—22 legitur.

§. III.

Scripta mea ipſe vix digna iudico, quae recenſeantur. Attamen cum pleraque, Lubecae edita,

edita, ad Hiſtoriam Gymnaſii noſtri pertineant, omnium adhuc euulgatorum notitiam, temporis ordine conſignatam, dabo. Sunt autem

Stada Literata, doctorum Virorum Stadae anno 1711 *viuentium Vitas, Honores atque Opera, edita & inedita, exhibens.* Stad. 4. (pl. 16).

Oratio ſolemnis de Praeceptoribus Eruditis, qua celeberrimorum virorum Adriani Bailleti, Davidis Schulteti & Ioan. Chriſtoph. Wolfii huius argumenti ſcripta ſupplentur; publice dicta XV Kal. Decemb. A. 1713, *cum demandatum ſibi munus docendi auſpicaretur.* Flensb. 1713. 4. (pl. $11\frac{1}{2}$).

De Scriptoribus Gentilibus falſo in Chriſtianorum ordinem relatis, ſpeciatim de fruſtra quaeſitis in Virgilio rebus diuinioribus, Diſſertatio. Flensb. 1714. 4. (pl. 4). Praemiſſa eſt Actui Oratorio, in quo *Petr. Andr. Hoeck*, Flensburgenſ., *Laudes Geographiae*; *Nicol. Fedderſen*, Flensburgenſ., *Laudes Mercaturae*; ac *Dietericus Ambroſius*, Bredtſtedenſis (oratione metri legibus adſtricta vſus) *Vindicias Poëſeos* aduerſus Tanaq. Fabri futilem de Futilitate Poëſeos librum propoſuerunt.

De Ingrato quorundam Pſeudo-Lutheranorum erga Lutherum Animo Commentatio. Flensb. 1714. 4. (pl. $3\frac{1}{2}$). Praemiſſa eſt Orationi publicae, quam *Paulus Samuel Wegener*, Cotzenbüttela-Eidoroſtadienſis, *de Grato Animo* habuit.

Prin-

Digitized by Google

Princeps Muſicus ex ſacra & profana Hiſtoria exhibitus. Flensb. 1715. 4. (pl. 3). Praemiſſus eſt Orationibus *Olai Molleri*, Flensburgenſ. *de Eruditis Muſicis*; nec non *Petri Crameri*, Flensburgenſ. *de Hiſtoria.*

Memorabilium Bremenſium Specimen, ſiue de Feſto Lanceae & Clavorum, quibus Chriſti Corpus fuit perfoſſum, in Ducatu Bremenſi olim celebrato iuſſu Innocentii VI, Pontificis, cuius Bulla ex MSC. inſerta, Commentatio. Flensb. 1715. 4. (pl. 5).

Lutherus de Scholis optime meritus, ſiue de praeclaris Rebus, quibus Lutherus Scholas ornauit, Oratio, III. Non. Ian. 1716 in Gymnaſio Stadenſi habita, cum Conrectoris munus auſpicarer. Accedit Conſilium B. Lutheri de Bibliothecis ingratiam Scholarum erigendis, cum Annotationibus quibusdam recuſum. Flensb. 1715. 4. (pl. 7).

Commentatio de Vita, Scriptis & Meritis in Rempublicam literariam Io. Chriſtoph. Wolfii, Obſeruationibus nonnullis Exegeticis, Philologicis, Hiſtorico-Eccleſiaſticis, Litterariis, Philoſophicis inſtructa. Stad. 1717. 4. (pl. 7).

Cogitata de conſeruando maxime neceſſario Stili Latini puri & emendati Studio. Stad. 1717. 4. (pl. 2½).

Diſquiſitio de Reformatione Lutheri non humanis coepta ac promota Conſiliis, cui inſerta egregia ac vere Lutherana Confeſſio Gaſp. Contareni, Cardinalis, de Iuſtificatione, & acceſſit Prolufio de Viſitatione Scho-

Digitized by Google

Scholarum per Lutherum inſtitutu. Stad. 1717. 4. (pl. 4½). Praemiſſa eſt Actui Oratorio Iubilaeo, d. 2 Novembr. habito, in quo *Petrus Andreas Hoeck*, Flensburgenſ. *de iis, quae in Reformatione Lutheri diuiniora ſunt*, verba fecit.

Diſſertatio de Reformatione Lutheri ſpectante etiam ad Mores. Stad. 1717. 4. (pl. 4). Reſp. *Petro Andrea Hoeck*, Flensburgenſ.

De Integritate Vocis ΕΠΕΙΡΑΣΘΗΣΑΝ *Hebr. XI.* 37 *Schediasma Philologicum.* Lubec. 1718. 4. (pl. 1½). Inuitaui hoc Schediasmate ad Examen publicum d. 4 & 5 April. inſtitutum.

Inquiſitio in Samuelis Basnagi ſententiam de Vaticinio Iacobi. Gen. XLIX. 10, *euincens, non eſſe illam veriſimiliorem, ſed Accentuum rationi & genio Hebraeae Linguae aduerſari.* Lubec. 1718. 4. (pl. 2). Praemiſi Orationibus (quibus ipſe *de Meritis Clarorum Lubecenſium in Linguam Hebraeam* praefatus ſum) *Iacobi Gletzel*, Anclam. Pomeran. *de Elegantia Hebraeae Linguae*: ac *Chriſtian. Henr. Peterſen*, Ploena-Holſati, *de Diuitiis Hebrae Linguae*, d. 7 April. habitis.

Memoria Ioannis Iacobi Stolterfohti, Philoſ. & Medic. Doctor. ac Phyſici. Lubec. 1718. d. 8 April. fol. (pl. 2).

Memoria Michaelis Vermehren, Paſtor. Aegidian. Lubec. 1718. d. 3. Mai. fol. (pl. 2).

Melete-

Digitized by Google

Meletema Critico-Morale, quo Modi Moralia tradendi per Meditationes vſus non plane ſpernendus aſſeritur, Lectionibus Moralibus in Gymnaſio Lubecenſi habitis praemiſſum. Lubec. 1718. 4. (pl. 1½).

Vindiciae Librorum Symbolicorum, & in primis Auguſtanae Confeſſionis, aduerſus Godofr. Arnoldum, affirmare auſum, Honorem Deo eiusq; Verbo per Symbola eſſe ereptum. Lubec. 1718. 4. (pl. 2). Inuitaui his Vindiciis ad Orationem publicam (cui ipſe *de Lubeca felici ob honorem & amorem, quo Auguſtanam Confeſſionem affecit, afficitq;* quaedam praefatus ſum) *de eximiis Lutheri, tanquam primi & praecipui Auguſtanae Confeſſionis auctoris, in rempublicam ſacram meritis*, quam *Godofredus Chriſtianus Goetzius*, Annaemontanus, in memoriam Auguſtanae Confeſſionis d. 25 Iun. habuit.

חנוך *ſiue de Inſtitutione Iuuentutis apud veteres Hebraeos ad Prou. XXII. 6 Commentatio.* Lubec. 1718. 4. (pl. 2). Indixi hac Commentatione Examinis publici ſolemnia d. 17 Octob. & ſq. celebrata.

Exercitatio de emphatica falſorum & impiorum doctorum denominatione, qua a Iuda Ep. com. 13 ΑΣΤΕΡΕΣ ΠΛΑΝΗΤΑΙ *vocantur.* Lub. 1718. 4. (pl. 2½). Praemiſſa eſt *Petr. Andr. Hoeck*, Flensburgenſ. *Orationi de magna Planetarum Coniunctione menſe Auguſto facta*, d. 20 Octobr. habitae.

Ecloga

Digitized by Google

Ecloga Archeologica de Dea Pace. Lub. 1718. 4. (pl. 1½). Praemiſſa eſt *Chriſtiani Lipenii*, Lubec. *Orationi de Pace inter CAROLVM VI Imperatorem Auguſtum, & Turcarum Imperatorem nuper conciliata.* d. 27 Octobr. habitae.

Programma de Incrementis, quae Studium Politicum ex Reformatione Lutheri cepit, ſub auſpicium Lectionum Politicarum ſcriptum. Lubec. 1719. 4. (pl. 1).

De Vere Sacro Obſeruatio Philologico-Antiquaria. Lubec. 1719. 4. (pl. 1). Hae Examinis Verni d. 27 Mart. & ſq. inſtituti cauſa publicam Muſarum officinam aperui.

Selectorum Litterariorum Specimen I, exhibens notitiam pleniorem Bibliothecae Hiſpanicae Nicolai Antonii, Bibliothecarum omnium principis. Lubec. 1719. 4. (pl. 3). Praemiſi Actui Oratorio Gynaſtico, in quo d. 30 Mart. *Iac. Fridericus Pforthuſen*, Lubecenſis, *de Litterarum flore magna Reipublicae felicitate* verba fecit, ſimulque dixit vale.

Memoria Chriſtophori Wendii, Rev. Miniſt. Lubecenſ. Sen. & Paſtor. Cathedr. Lub. 1719. d. 25 April. fol. (pl. 1).

De Medicorum Meritis in Sacram Scripturam Diatribe Hiſtorico-Critica. Lubec. 1719. 4. (pl. 6). Edita eſt occaſione Orationis Panegyricae, & ſimul valedictoriae, illuſtris Medici, *Ioannis Bohnii Memoriae* ſtudio *Godofr. Chriſt. Goetzii*, Annaemontani, d. 25 Maii ſacrae,

Iudi-

Digitized by Google

Iudicium Hildebrandinum de Coniugio Lutheri modeſte expenſum. Lub. 1719. 4. (pl. 2). Scriptum hoc ſecundis ſumme reu. Praeſulis noſtri Nuptiis conſecratum in Nuptial. Goetzian. p. 488 ſqq ad calcem T. III Sermon. Nuptial. Lubecenſ. eſt repetitum.

Memoria Gabrielis Fitzmanni, Paſt. Travemünd. Lubec. 1719. d. 31 Iul. fol. (pl. 1).

Selectorum Litterariorum Specimen II, exhibens notitiam Librorum Michaëlis Serveti de Trinitate, quos libros rariſſimos Bibliotheca publica Lubecenſis aſſeruat, occaſione Lectionis Theologicae de SS. Trinitate, Examini publico d. 16 Octobr. & ſq. habito deſtinatae, editum. Lubec. 1719. 4. (pl. 1½).

Annotationum Philologicarum in Novum Teſtamentum ex Plutarcho erutarum Specimen. Lubec. 1719. 4. (pl. 2). Praemiſſum eſt Orationi d. 19 Octobr. habitae a *Ioan. Iac. Haccio*, Ratzeburgenſi, *de eo, quod in Graecae Linguae Studio pulchrum eſt.* Ad continuandum, ſi Deus vitam & vires porro conceſſerit, hoc argumentum calcar mihi addidit magnus quondam Theologus, Caſpar Loeſcherus, quippe in Catalogo ſcriptorum, Memoriae ipſius adiecto, inter opera affecta & inedita ſecundo loco reperitur *Plutarchus ſacrae Scripturae interpres.* Vtinam tanti viri labor prodiret!

Memoria Ioannis Braſchii, Med. D. Lubec. 1720. d. 18 Ian. fol. (pl. 1). Eadem Memoria Germanico etiam idiomate a me eſt conſcripta.

Selecto-

Selectorum Litterariorum Specimen III, exhibens notitiam Chronici adhuc inediti ab Hermanno Kornero conscripti, cuius nitidum exemplar Lubecae asseruatur. Lubec. 1720. 4. (pl. 1½). Praemisi Orationi solemni sistenti *Memorabilia ex Vita CAROLI IV, Imperatoris*, quam *Meno Nicolaus Carstens*, Lubecensis, d. 15 Febr. habuit, simulque vale dixit.

Non-Christiani Passionis Christi Testes. Lubec. 1720 4. (pl. 1). His producendis ansam dedit *Ioannis Henrici Vermehren*, Lubecensis, Oratio *de admiranda, quae in CHRISTO patiente fuit, Constantia*, d. 7 Mart. habita, quae etiam fuit valedictoria.

Guilielmi Burtoni, Angli, Λεξικα veteris Linguae Persicae, quae apud priscos Scriptores, Graecos & Latinos, reperiri potuerunt. Accedit Marci Zuerii Boxhornii Epistola ad Nicol. Blancardum de Persicis Curtio memoratis Vocabulis, eorumque cum Germanicis cognatione. In gratiam Philologiae & humanitatis studiosorum edita, Praefatione, Notis & Additamentis instructa. Lubec. 1720. 8.

Memoria Ioannis Godofredi Carstens, Medic. Doct. Lubec. 1720. d. 18 Mart. fol. (pl. 1).

Selectorum Litterariorum Specimen IV, exhibens notitiam inediti Chronici Lubecensis, monumenti praestantissimi cuius auctor anonymus Detmarus esse coniicitur. Lubec. 1720. 4. (pl. 2). Praemissum est *Georgii Davidis von Braunschweig* Patricii Luneburgensis, Orationi solemni & valedictoriae

de amico inter Lubecam & Luneburgum Vinculo, d. 21 Mart. habitae.

Selectorum Litterariorum Specimen V, exhibens notitiam rarissimi codicis Bibliorum Lutheranorum, lingua Saxoniae inferioris Lubecae 1533. fol. nitide excusorum. Lub. 1720. 4. (pl. 2). Praemisi Orationibus d. 21 Mart. habitis, quibus *Hermannus Franzius*, Lubecensis, *Memoriam Wolfgangi Franzii*; ac *Ioannes Iacobus Haccius*, Ratzeburgensis, *Memoriam Georgii Haccii* instaurarunt, simulque vale dixerunt.

Pietas ex Nummis Consularibus Lubecensibus delineata. Lubec. 1720. 4. (pl. 1). Inuitaui hoc scripto ad Orationem solemnem, Symbolum Viri illustris, magnifici ac consultissimi DN. ADOLPHI MATTHAEI RODDII, Reip. Lubec. Consulis primarii immortaliter meriti: *Sincere. Iuste. Pie* explicantem, quae d. 11. April. a *Petro Andrea Hoeck*, Flensburgensi, vale dicente, habita.

De Improuidentia multorum nostrae aetatis hominum circa Litteras Dissertatio. Lubec. 1720. 4. (pl. 1). Praemisi Orationi Gymnasticae *de Prouidentia Dei circa Litteras*, quam *Franciscus Iacobus Helms*, Lubecensis, d. 18 April. habuit, simulque vale dixit. *Improuidentiae* vocabulo minus eleganti, & vix alia, quam Tertullianea auctoritate vindicando, vsus sum, quia res plane non elegans, sed ad inelegantem barbariem viam sternens erat exprimenda.

Memo-

Digitized by Google

Memoria Ioannis Godofredi Borgehlii, Medic. Doct. & Physic. Lubec. 1720. d. 23 April. fol. (pl. 1).

Memoria Ioannis Roddii, I. V. L. & Reip. Lubecenſ. Secretarii. Lub. 1720. d. 3 Mai. fol. (pl. 1).

De Improuidentia multorum noſtrae aetatis hominum circa Litteras, & ſpeciatim Hiſtoriam, altera Diſſertatio. Lubec. 1720. 4. (pl. 1). Edita eſt Occaſione *Praelectionum Hiſtoricarum*, quibus rogatu nonnullorum auditorum *Chriſtophori Schraderi Tabulas Hiſtorico-Chronologicas* illuſtrare coepi.

Memoria Ioannis Reichii, Archi-Diac. Aegid. Lubec. 1720. d. 15 Octobr. fol. (pl. 1).

Selectorum Litterariorum Specimen VI, exhibens notitiam rariſſimi codicis Bibliorum Gloſſatorum, lingua Saxoniae inferioris Lubecae 1494. *fol. editorum.* Lubec. 1720. 4. (pl. 3). Praemiſi Orationi Gymnaſticae, quam d. 24 Octobr. *de legitima ſacri codicis Interpretatione ſacrae Reipublicae maxima Felicitate* habuit *Theodorus Fridericus Dornſtrauch*, Oldesloa-Holſatus.

De Pietate Ioſephi erga Mariam ad Matth. I. 19 Schediasma exegeticum, Verſionem in primis Lutheri vindicans. Lubec. 1720. 4. (pl. 1). Inuitaui hoc Schediasmate ad Orationem *de laudanda veterum Chriſtianorum pietate, inſtituto Natiuitatis Chriſti Feſto oſtenſa*, quam d. 30 Dec. habuit *Bernhardus Möllmann*, Flensburgenſis.

Grammatica Latina Lubecenſis Chytraeo-Kirchmanniana, cum nouis quibusdam Obſeruationibus, &

Praefatione de Studio Grammatico. Lubec. 1721. 8.

De Studio conſeruandi Religionem per Nummos. Lub. 1721. 4. (pl. 1). Inuitaui hoc Programmate ad Orationem ſolemnem, Symbolum Viri illuſtris & magnifici DN. PETRI HENRICI TESDORPFII, Reip. Lubec. Conſulis immortaliter meriti: *Pie. Honeſte. Temperanter* explicantem, quam d. 28 April. *Ioannes Philippus Praetorius*, Bucouienſ. Meſo-Marchic., Chori Symphoniaci Praefectus, habuit, ſimulque vale dixit.

Hiſtoriae Litterariae ex Nummis illuſtratae Specimen. Lubec. 1721. 4. (pl. 1). Inuitaui hoc Specimine ad Orationem ſolemnem, Symbolum Viri illuſtris, magnifici ac conſultiſſimi DN. DANIELIS MVLLERI, Reip. Lubec. Conſulis immortaliter meriti: *In Domini Metu* explicantem, quae d. 1 Mai. a *Bernhardo Möllmanno*, Flensburgenſi habita.

Memoria Ioannis Wolteri, V. I. D. & Reip. Lub. Senatoris. Lubec. 1721. d. 26 Aug fol. (pl. 1).

Selectorum Litterariorum Specimen VII, CAROLI M. Homiliarium, Spir. 1482 fol. opus longe rariſſimum, recenſens Lubec. 1721. 4. (pl. 2). Praemiſi Orationi Gymnaſticae, quam *pro ſacro Studio in Henr. Corn. Agrippam* d. 23 Octobr. habuit *Bernhardus Möllmann*, Flensburgenſis, vale ſimul dicens.

De

De eclectico Philosophandi studio, eiusque commodis & incommodis ad Godofr. Christ. Goetzium, Annaemontanum, in celeberrima Academia Lipsiensi Philosophiae Magistrum creatum, Epistola. Lipsi. 1722. 4.

Schediasma Philologico-Sacrum, quo Homerus Passionis Christi testis, a Iacobo Hugone productus reiicitur. Lub. 1722. 4. (pl. 1). Praemisit Orationi *pro Christo patiente*, ad imitationem Orationis Ciceronis pro Roscio Amerino elaboratae, quam d. 11 Mart. debebat habere *Ioannes Dapid Make*, Vkermunda-Pomeranus.

Selectorum Litterariorum Specimen VIII, exhibens Disquisitionem de Religione Hadriani Turnebi. ibid. 1722. 4. Praemisi hoc memorabile litterarium Orationi solemni, qua *Christoph. Gottl. Rhon*, Lubecensis, vale dicturus, d. 9 April. *Memorabilia e Vita FRIDERICI BARBAROSSAE, Imperatoris* (cui multa debet Lubeca), enarrauit.

Ad Doxologiae solemnis GLORIA PATRI verba: SICVT ERAT IN PRINCIPIO, Commentatio Philologico-Sacra, in originem vsus, verumque & genuinum sensum eorum inquirens. ibid. 1722. 4. Inuitaui hac Commentatione ad *Ioan. Christoph. Schwartz*, Lubecensis, Orationem valedictoriam *de Litterarum Studiis Gloriam Dei amplificantibus*, d. 16 April. publice habitam.

Digitized by Google

Athenae Lubecenſes, ſiue de Athenaei Lubecenſis inſignibus meritis, per inſtitutionem optimorum virorum acquiſitis, in Rempublicam ſacram, ciuilem & litterariam commentarius, praeter glorioſas Memorias quorundam Conſulum Lubecenſium, quos ſequuntur alii Viri meritiſſimi ad Senatum Lubecenſem pertinentes, multas praeſtantiſſimorum Theologorum, ICtorum, Medicorum, Philologorum & Philoſophorum Vitas, partim renouatas, partim nunc primum litteris conſignatas, adiectam Scriptorum editorum & non editorum notitiam habentes, complectens. Partis I, Lubec. 1719. 8. (Alph. 1. pl. 2), praeter Orationem Inauguralem *de praeclaris Gymnaſii Lubecenſis meritis in rempublicam ſacram, ciuilem & litterariam* breuiter agentem, ac praecipuos doctores publicos collaudantem, Sectio I Conſules Lubecenſes, II Syndic. Senatores, Protonot. & Secretarios Lubecenſes; III Theologos exhibet. Partis II, ibid. 1720. 8. (Alph. I. pl. 4) Sectio I Viros illuſtres Conſiliarios & ſplendidis muneribus inſignes; II Theologos exhibet. Partis III, ibid. 1721. 8. (Alph. I. pl. 11) Sectio I Iurisconſultos; II Medicos; III Philologos & Philoſophos ſiſtit.

§. IV.

In meo etiam Rectoratu continuauit ſumme reuerendus D. GEORGIVS HENRICVS GOETZIVS, Superintendens, honoris cauſa denuo

denuo nominandus, laudabile inſtitutum, Scripta Scholaſtica, occaſione in primis Examinum, euulgandi. Nam praeter iam commemoratam *de Praeceptoribus D. Martini Lutheri Commentationem*, d. 22 Febr. 1718. 4. (pl. 2½), ac *Orationem de Scholarum Incrementis*, d. 24 Febr. 1718 recitatam, an. autem 1719. d. 27 Mart. 4. (pl. 2) luci datam, edidit

Eclogam Theologicam de moribundi Lutheri Colloquio, in ultima Coena habito, in Exam. Vern. d. 4 April. 1718 exhibitam. 4. (pl. 1½).

Diſſertationes, Oraculum Lutheri: Fleiſſig gebetet iſt über die Helffte ſtudiret, ac Praeſagium Lutheri de Iohanne Stromero, Anteceſſore Academiae Ienenſis, editum, illuſtrantes, inque Examn. Autumn. d. 17 Octobr. 1718 propoſitas. 4. (pl. 3).

De Inſidiis Pontificiorum Iuuentuti Scholaſticae ſtrui ſolitis, Orationem Scholaſticam, d. 4 April. 1713 recitatam, & in Exam. Aut. d. 16 & 17 Octobr. 1719 publicae luci expoſitam. 4. (pl. 2½).

De Literarum Sacrarum Cultoribus, contemtim Schwartzmäntel & Catechismus Knechte vocatis, Diſſertationem, Examini Vernali d. 18 & 19 Mart. 1720 inſtituto ſacratam. 4. (pl. 1½).

Hiſtoriſche Nachrichten von unterſchiedenen Lieder-Freunden, welche in ihrem Leben, und beſonders auff denen Sterbe-Betten, mit geiſtlichen und lieblichen Liedern ſich erbaulich getröſtet haben; der Lübeckiſchen Schul-Jugend, bey dem am 14den und 15den Octobr. A. 1720 angeſtellten Herbſt-Exa-

mine zur heiligen Nachfolge vorgeleget. 8. (pl. $3\frac{1}{2}$).

Orationem Scholasticam de Hymnis & Hymnopoeis Lubecensibus, h. e. Lübeckische Lieder-Historie, continuo Autorum Syllabo, Hymnos passim notos, illosque ab iis, quos vel Lubeca tulit, vel publice docentes audiuit, confectos, sistentem, atque finito Examine Autumnali in Auditorio publico d. 15 Octobr. 1720 recitatam. Lub. 1721. 8. (pl. $3\frac{1}{4}$).

Philippi Saltzmanni, Theologi Cizensis, Vitam ac Merita in Scripta Lutheri, nec non Memoriam Erasmi Gruberi, Praesulis Ecclesiarum Ratisbonensium, de Scriptis Lutheri praeclare meriti, gemino Sermone Scholastico, in Lyceo Lubecensi d. 5 April. & d. 18 Octobr. A. 1718 habito, instauratam. Lub. 1721. 8. (pl. $2\frac{1}{2}$).

§. V.

An. 1618. d. 19 Octobr. decretum est in Senatu, vt Rector publicis sumtibus *Catalogos Lectionum* typis exscribendos curaret. Satis factum est Magnifici Senatus voluntati, ac Collegae dederunt.

Catalogum Lectionum atque Exercitationum partim per proxime elapsum semestre, & quod excurrit, spatium habitarum, partim in posterum habendarum, m. Octobr. 1718. 4. (pl. 2).

Catalogum Lection. atque Exercitat. ab Examine Autumnali 1718 *vsque ad Examen Autumnale* 1719 *habitarum.* 4. (pl. 2).

Cata-

Catalogum Lection. atque Exercit. ab Examine Autumnali 1719, *vsque ad idem Examen* 1720 *habitarum.* 4. (pl. 2½).

Catalogum Lection. atque Exercit. ab Examine Autumnali 1720 *vsque ad idem Examen* 1721 *habitarum,* 4. (pl. 2½).

Qui Catalogi non solum Lectiones & Exercitationes, tam Gymnasticas, quam reliquas indicant, verum etiam docendi methodos, quibus etiam incrementa, quae nonnullae disciplinae, e.g. Logica, & aliae per recentiores, imo recentissimos, doctores habuerunt, obseruantur.

§. VI.

An. 1719 coepi in Sermonibus, qui Examinibus more consueto praemittuntur, ex mente veterum Ebraeorum *quinque Gradus ad Sapientiam* describere. Hinc *Silentium* in Exam. Vern. 1719: *Auscultatio* in Exam. Aut. a. e: *Memoria* in Exam. Vern. 1720: *Exercitatio* in Ex. Aut. a. e: *Studium doctrinae magis semper magisque amplificandae* in Exam. Vern. 1721 dicendi materiam suppeditauit.

§. VII.

An. 1720 *Legum nostrarum Memoriam Saecularem* per publicam earum praelectionem, interpretationem & inculcationem (alio etiam tempore factam) colendam curaui. Iubilaeum hunc actum hoc auspicatus sum sermone:

Quod DEVS immortalis, legislatorum omnium princeps, bene ac feliciter euenire iubeat!

Digitized by Google

Viri clarissimi, doctissimique
Honoratissimi Dnn. Collegae, Amici aestumatissimi,
Vosque Iuuenes dilectissimi.

Singularis est Dei O. M. gratia, qua sub initium huius anni possumus Legum nostrarum Iubilaeum celebrare. Ipsi centum sunt anni, quibus publica haec bonarum mentium officina legibus vtilissimis saluberrimisque est gauisa. Annus enim agebatur millesimus sexcentesimus & vigesimus, cum Magnificus huius liberae atq; imperialis Reipublicae Senatus laudatissimam susciperet curam de Legibus, quibus hodieq; Athenaeum nostrum est munitum, condendis, confirmandis, euulgandis. Profecto nunquam satis praedicari potest piorum maiorum opera, legibus his ferendis nauata. Etenim ducunt ad pietatem, veram cunctarum virtutum scaturiginem, nil nisi salutare, nisi honestum iubent, vitiisque pessimis viam praecludunt. Laetamur itaque iis, & merito laetamur, hoc praesertim tempore, quo saecularem earum colimus memoriam. Iubilaea cum gaudio intensissimo, cum laetitia maxima solent esse coniuncta. Quidni & nos hoc tempore gaudeamus? Difficilia quidem, fateor, & tristia sunt haec, in quae nos incidimus, tempora, sed tamen non omni laetitia nos priuarunt. Laetitiam autem hoc die nobis merito conciliat, quod in Schola hac per integrum saeculum ope legum nostrarum iuuenes, si non omnes (haec enim felicitas nullis plane legibus obtingit), aliqui tamen a vitiis, ad quae iuuenilis aetas solet esse valde proclivis,

Digitized by Google

vis, sint abducti, & optimis virtutibus assuefacti. Seruet Deus nobis hanc felicitatem, & amplificabitur gaudium nostrum! Equidem optarem, in Iubilaeo hoc non omnes gaudio perfundi, sed quorundam animos tristitia repleri. Eos intelligo, qui res suas male egerunt, qui mentes recti conscias non habent, qui, vt paucis dicam, legibus nullo modo obtemperarunt. Hi si hoc in primis die moerore percellantur, animique eorum poenitudine facinorum ducantur, felix est illorum conditio, & participes tandem etiam fieri possunt gaudii, quo omnes pii, omnes boni, omnes obedientes afficiuntur. Hi legibus non terrentur, sed officiorum suorum se lubentissime admoneri patiuntur. Atque hic etiam hodierni nostri conventus finis est, qui vt feliciter obtineatur, Leges a Magnifico Senatu latae publica praelectione sunt repetendae & denuo promulgandae. Adeste igitur, Iuuenes amantissimi, animis pietatis, honestatis & omnium virtutum cupidis, animis obsequentibus, animis attentis. Percipite officia vestra, quae Legibus optimis, nunc praelegendis, continentur.

§. VIII.

An. 1721 in Examine Autumnali nouum auspicatus sum Orationum Gymnasticarum argumentum, quo *Scholas Biblicas* contemplor. *Scholam Paradisiacam* in dicto Examine: *Scholam Adami* autem in subsecuto Exam. Vern. 1722. (d. 26 & 27 Mart. dieb. Iov. & Ven. habito) perpendi. Vtrum

Vtrum hoc argumentum, quod late patet, ad finem aliquando sim perducturus, ille nouit, quem vitae ac rerum mearum arbitrum agnosco venerorque.

§. IX.

Sub ipsum anni huius 1722 initium *Librum Thesium* comparaui, cui a Respondentibus memoriae & incitamenti ergo inscribuntur Theses, quae in Gymnasticis exercitiis disputatoriis ventilantur.

§. X.

Tandem aliqua hic etiam mentio facienda *Domus Viduarum*, Magnifici Senatus liberalitate, quae gratissima merito praedicatur mente, Collegis donatae, ex AErario autem Collegii Scholastici haud ita pridem exaedificatae, structuram non sine labore ac molestia dirigente honoratissimo Collega nostro, Dn. Ioanne Schevio. Vtinam daretur occasio praedicandi Evergetas, Domui huic fauentes, quam libenter vellem ea, quae occasione huius Domus *de Cura Viduarum apud Veteres* scripsi, edere, & simul hodiernorum Patronorum piorumque Legatorum munificentiam eo, quo par est, modo celebrare!

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXI.

exhibens

MEMORABILIA QVAEDAM

ad

HISTORIAM ATHENAEI LVBECENSIS

spectantia.

§. I.

Sacra Coena tempore verno & autumnali, quo Catecheticae Conciones habentur, Praeceptores aeque ac Discipuli, primum Mariani, deinde Iacobaei, porro Petrini, & tandem Aegidiani ac Cathedrales vtuntur. Vt toti coetui scholastico, tam docentium, quam discentium, vno eodemque die liceret hoc sacramento frui, iam an. 1676 Hinckelmannus & Collegae, variis de causis, rogarunt. Vid. Act. Min. T. VII. f. 70 sqq. Sed huc vsque antiquus mos, quo quatuor dies his sacris dicati, obtinuit. Pro instauratione & conseruatione huius ritus scholastico-sacri contenditur in Act. cit. T. V. P. I. f. 226. b.

§. II.

Solemnis precum publicarum formula, *Litania* dicta, singulis diebus Martis & Iouis eo tempore, quo in Templis, in Schola etiam canitur.

§. III

§. III.

Examina, quae ordinarie ſunt ſemeſtria, a duobus Magnifici Senatus Legatis, nec non Rev. Miniſterio, inuiſuntur. In iisdem plerumque Actus Poëticus ordinarie a Subrectore: poſt ea Oratorius a Rectore inſtituitur.

§. IV.

Laudabilem *Vale dicendi ritum* vel publice, vel ſaltem priuatim, ii obſeruant diſcipuli, ad Academias abituri, qui mente recti conſcia & re bene geſta a nobis discedunt. Praedicauit hunc ritum, & merito praedicauit Sebaſtianus Meierus in Progr., quo inuitauit an. 1662. d. 26 Mai. ad Orationem Valedictoriam, quam de Origine & Laudibus Vrbis Lubecae Caſpar Sagittarius, Lunaeburgenſis, recitauit. *Prudenti*, ſic auſpicatur, *conſilio ab Amplisſimo inclytae huius Reipubl. Magiſtratu, & laudatisſimis Scholae Curatoribus, inter alia ſancitum eſt, vt ſupremi ordinis diſcipuli, vltimam Scholae ſalutem dicturi, & Academico ſe coelo commiſſuri, publica Oratione vale dicant, & ſic bono cum alite, liquidoq; auſpicio in Academiam, quam ſibi deſtinauerunt, migrent.*

§. V.

De *Libris Scholaſticis Lubecenſibus* obſeruari meretur, quod in multis aliarum prouinciarum & vrbium Scholis adhibeantur. Si quis inde velit de eorum praeſtantia iudicare, forſan non errauerit.

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

Comoediae in Legibus quidem non ſunt prohibitae, ſaepius tamen, ſine dubio ob abuſum, ab iis vix ac ne vix quidem ſeparandum; turbas excitarunt. Vid. Act. Miniſt. T. V. P. I. f. 231. a. b. T. VII. f. 51. b. 326. a. b. T. VIII. n. 139. §. 20.

§. VII.

Qui *Legatis* ad vſum vel Athenaei noſtri, vel Collegarum, laudatiſſimam ſuam munificentiam declararunt, hic honoris & gratae mentis ſignificandae ergo ſunt omnino etiam nominandi. Non diffiteor autem, me in hoc argumento anteſignanum habuiſſe ſaepius laudatum Mellium, ex cuius Lubec. Religioſ. Cap. LXXXVI Euergetarum nomina, pace ipſius ſiſtam: pleniorem beneficiorum deſcriptionem eius Operi (quod vtinam videret lucem!) non ſurripiam. Laudantur vero a Mellio

HENRICVS RAPESVLVER, Conſul, 1531.
ANNA NENSTEDEN, 1536.
LVTKE SCHEPENSTEDE, 1539.
CORDT von RIDEN, Senator, 1550.
IOHANNES STROKRANTZ, Eccleſiaſtes Iacobaeus, 1577.
LORENTZ RVSSE, 1583.
THOMAS von WICKEDE, Senator, 1626. Vid. quae ad h. a. dicta ſunt ſupra Cap. XIV.
IOHANNES GERDES, 1631.
CHRISTOPHORVS von NEVKIRCHEN, Conſiliarius Pomeranicus, 1641.
CARSTEN BÖSE.

His

Digitized by Google

His addendus omnino est IOHANNES FVCHTING, Senator.

Conf. quae occasione *Aerarii Viduarum & Orphanorum* relata sunt supra Cap. XIV. §. 33.

§. VIII.

Digni quoque sunt, quorum honorifica hic fiat mentio, ii, qui singularem erga bonas litteras, earumque cultores, amorem per *Legata, litterarum studiosis consecrata*, vulgo dicta *Stipendia*, ostenderunt. Horum tantum Lubeca potest ostendere numerum (licet non eadem fuerit omnium liberalitas), quantum paucis aliis in locis reperire licebit. Notitiam charissimorum & laude dignissimorum nominum debeo, quod gratus profiteor, citatae Mellii Lubecae Religiosae, in cuius Cap. LXXVIII ordine alphabetico concinnatus, &, praeter indicatum Legatorum valorem, aliis nonnunquam observationibus illustratus, est hic Catalogus:

ELEONORA von der AA.
RVBEN ABT.
M. WILHELMVS ANTONII, primus Ecclesiastes Lutheranus Aegidianus.
NICOLAVS BARDEWICK, Consul.
IOACHIM BARDT.
HANS BARTELS.
Der BERGEFAHRER AELTERLEVTE.
WILHELM BERTRAM.
IACOBVS BORDINGVS, I. V. D. & Consul.
MARGARETA BORGES.
CARSTEN BÖSE.

IO-

IOHANN BOYSENBORCH.
IOHANN BRANDES, Canonicus.
HENRICVS BRÖMSE.
HANS BVSCH.
Die CASSA.
HENRICVS CONRADVS.
ROTGER van DONEN.
HERMANNVS DWERCH, Canonicus.
ANDREAS EGGERS.
ANNA ESCHENBORGS, v. BRVWERS.
THOMAS FICKE.
BEREND FRESE.
HANS FRESE.
IOHANNES FVCHTING, Senator.
WARNER GANTENBERG.
HANS GODENDORP.
HANS GRENSIN.
THOMAS HEBBENS.
TALEKE HINTZEN.
WOLTER van HOLSTEN.
S. JACOBS KIRCHE.
LORENTZ JESSE.
HENR. KNESEKE.
HENRICVS KÖHLER, Senator.
Die KRAMER COMPAGNIE.
ANNA LANGEN.
GERHARD von LENTEN.
LAVRENTIVS LEVE.

Digitized by Google

S. MARIEN KIRCHE.
IOACHIM MECKLENBVRG.
ABELKE MEYERS.
N. MIDDENDORFF.
PETRVS MÖLLER.
MORITZ MORITZEN.
MAGDALENA MVLLERS; *Arnoldi Bonni*, Cos. filia, *Laurentii Mülleri*, Cos. Vidua.
M. BVRCHARDVS MVSCVLVS.
ANNA NENSTEDEN.
LEONHARD von ORADEN.
HENNING OSTHVSEN, Praepositus Capituli Lubecensis.
IOHANNES PALE.
HENNING PARCHAM, Senator.
HENRICVS RAPESVLVER, Consul. Ex huius Legato nonnihil instaurandae Scholae nostrae Catharinianae an. 1531 fuit impensum.
ALBRECHT ROLEFFS.
LORENTZ RVSSE.
ELISABETH SACHTLEVENS.
IOACHIMVS SAGER.
REYMAR SANDOW.
HENRICVS SCHABBEL. De huius illustri Stipendio, quod omnibus reliquis palmam praeripit, dixi quaedam Athen. Lubec. P. I. p. 38 sq. De Schabbelii liberalitate scripta etiam nonnulla sunt in Act. Min. Lub. T. IV. p. 414. Leges Stipendii insertae T. VII. Append. p. 98. Ad praecones huius Stipendii

dii pertinet Botſaccus in Anabapt. Reprob. Dedicat. p. C b 3.

Die SCHIFFER.

Von SCHINCKELS Capelle zu St. Marien.

BENEDICTVS SCHLICKER, Senator.

Der SCHONENFAHRER - SCHVTTING.

HANS SCHVLTE.

DITERICH SCRIVER.

HANS von SENDEN.

HERMANN SIEGMANN.

IOHANN STALHODT.

D. IOHANNES STAMMEL.

GESEKE STANGEN.

LVCAS STEFFENS.

GOTTSCHALCK von STITEN, Senator.

EVERT STORTELBERG, Conſul.

IOHANNES STROKRANTZ, Symmyſta Iacobaeus.

ANNA STROKRANTZEN, Iohannis Vidua. Diſpenſatores Legatorum Strokrantzianorum ſunt quinque Paſtores, Rector, Conrector.

HANS SVLSE.

GERDT TEGELER.

HANS VPTÖGER.

Die WANDSCHNEIDER.

IDEKE WARMBÖKEN.

HIERONYMVS WARMBÖKE.

HENRICVS WEDEMHOFF, Senator.

BARBARA WICHMANNS.

IOACHIM WVLFF.

Digitized by Google

Horum nonnulli pertinent quidem ad tempora sacrorum emendationem antecedentia: plerique tamen post repurgatam religionem liberalitate sua valde praedicanda studia, tam sacra, quam alia promouere cupiuerunt. Vtinam multi hodie maiorum premerent vestigia!

CAPVT XXII.

sistens

SYNOPSIN

Historiae Athenaei Lubecensis,

siue

CATALOGVM

RECTORVM ET COLLEGARVM

ab

HENRICO BANGERTO

vsque ad annum 1664 concinnatum:

a

IOAN. HENR. VON SEELEN.

vsque ad annum 1718 continuatum.

Rectores, qui Scholae Lubecensi post introductam Lutheranam religionem praefuere, e variis monumentis conquisitos, & *Collegas*, quos reperire licuit, hic (1) subiicere

(1) Ad calcem Orat. Inaugural.

Digitized by Google

iicere visum est, quod optimorum virorum nomina, tempus & ordinem cognoscere, multis, nostris potisimum hominibus, gratum futurum existimarem.

Cum anno cIↃ IↃ XXX Johannes Bugenhagius, Pastor, Witteberga ad id negotium euocatus, ordinem sacrum concionum & rituum in templis Lubecae seruandum scripto complexus esset, Amplisimus Senatus communem Scholam in coenobio D. Catharinae instituit. Huius Rector

I. Hermannus Buscoducensis, introductus eodem anno est, &

Erasmus Sarcerius, Annaemontanus, Conrector. Hic Rostochio ad hoc munus vocatus est. Dauid Chytraeus in Saxon. an. 1530. p. m. 156. Sarcerii huius extat *Rhetorica*. In ea inter caetera Oratiuncularum Paradigmata vnum posuit, in quo *Sententia vera de Verbis Coenae*, anno 1528 (2) Lubecae in Schola declamato, defenditur. Editus ab ipso & *Libellus in vsum puerorum, qui primum exponere discunt*, eumque Hieronymo Northoff, & Hermanno Brunings, Lubecensibus, dedicavit, anno 1533.

II. M. Hermannus Bonnus, Osnabrugensis Westphalus. Hic antea regii pueri Ducis Iohannis in aula Serenisimi Danorum Regis Praeceptor fuerat. Inde ad Rectoratum Scholae Lubecensis vocatus. Quem cum an-

(2) In hoc numero haud dubie error typographicus.

Digitized by Google

num laudabiliter gesſiſſet, Eccleſiarum Lubecenſium Superintendens factus eſt. Vir Latine, Graece, & Hebraice doctus fuit, quique & ſoluto orationis genere & metris incluſo valuit. De Carminibus illius vnum ex charta lacera ab interitu vindicare & huc referre placuit:

Epitheta boni Magiſtratus, ſeu Principis, Latine reddita ex Polluce, ab

Hermanno Bonno.

Haec ſunt, quae faciunt praeclarum nomina Regem,
Rex pater eſſe ſuis debet, placidusque, benignus,
Mitis & humanus, manſuetus, prouidus, aequus,
Magnanimus, liber, nec lucri turpis auarus.
Non ſinet adfectus dominari, ſed rationis
Omnia conſilio peraget, nec ſpurca voluptas
Principis egregium pectus vitabit honeſti.
Praeterea iuſtus, prudens, fortisque futuri
Sollicite populi commiſſa negotia curet.
Vindictae fugiens, & plurima diſſimulabit.
Qui tenet imperium, lenis bellator & audax,
Sed qui bellandi cauſſam non praebeat vlli.
Pacis amans, ſemper pacis defenſor & author.
Defendet miſeros, caſtigabitque rebelles.
Corriget & mores populi, vitiisque recidet
Semina, conſtituens legum monumenta bonarum.
Principis haec refert meminiſſe vocabula ſemper,
Vt ſciat imperium cum maieſtate tueri.

Geminum ei Epitaphium ſcriptum reperio. in vtroque eximiae viri laudes commemoratae ſunt

ſunt. Alterum monumento illius ad D. Mariae, in ſacello, parieti adfixum, legitur:

Epitaphium Domini Magiſtri
Hermanni Bonni,
Primi Eccleſiae Lubecenſis Superattendentis.

Eximios inter docta pietate miniſtros,
Sincere Chriſti qui pia iuſſa docent,
Poſtremo minime ponendus in ordine Bonnus,
Seu vocem ſpectes, ſeu pia ſcripta viri.
Muſarum a puero ingenti perculſus amore,
Subdidit ingenio linguae vtriusque decus.
Praefuit effraeni magna cum laude iuuentae,
In qua ſumma rei ſpes melioris ineſt.
Ardua transadiit ſanctae penetralia linguae,
Theſaurum verae quae pietatis habent.
Hinc populo ſummi prompſit mandata tonantis,
Et moeſtis Chriſti dicta ſalutiferi.
Quid dicam? quoties maleſani pectora vulgi
Demulſit, dictis ad meliora vocans?
Omnibus eſt vitae candore probatus honeſtae,
Optatus miſeris portus & aura fuit.
Quanta bona in Bonno ſint terris nuper adempta,
Agnoſcis damno pulchra Lubeca tuo.
Orandum, in meſſem det Chriſtus vt ipſe magiſtros,
Et ſeruet coetus organa vera ſui.

Obiit anno cIↃ IↃ XLIIX. die 12 *Februarii, aetatis ſuae anno XLIV.*

Digitized by Google

Alterum, a Vincentio, Rectore, postea scriptum, aeque dignum, quod in lucem retrahatur:

Viri Clarissimi D. Hermanni Bonni Epitaphium. M. Petro Vincentio, Vratisl. authore.

Hoc cineres Bonni seruantur & ossa sepulchro,
Mens habitat supra regna beata poli.
Donec in hoc fragilis mortali carcere vitae,
Humana vinctus conditione fuit;
Ingenio facili studiisque salubribus apto,
Doctrinae a teneris attigit omne genus,
Praeceptasque bene docuit felicius arteis,
Commodaque ingeniis contulit ampla bonis.
Qui quanquam tantis doctrinae dotibus esset
Praeditus, vt posset splendidiora sequi;
Dignatus tamen est teneram formare iuuentam
Artibus, & meritum duxit id esse grave.
Vtque togae quondam Romanae Quinctilianus,
Sic Lubeca tibi gloria Bonnus erat.
Omnia lustrarat vigili monumenta labore,
Quaeque dedit Latium, Graecia quaeque dedit.
Vnde tulit totum famam decusque per orbem,
Sed non haec illi gloria summa fuit.
Doctrinae Christi immenso flagrabat amore,
Hinc aeterna venit gloria, vera salus.
Ergo reuelati docuit mysteria verbi,
Filius aeterni quae tulit arce patris.
Sola quod acceptos faciat nos gratia Christi,
Gratia sincero credita firma fide.
Illi haec summa fuit doctrinae, hic denique finis,
Hic scopus, ingenii huc contulit acer opes.

Vt

Vt ſua ſaluifico conſtaret gloria verbo,
Et tuus illaeſus, Chriſte, maneret honos.
Caeſarea vnde ſacris praefectus in vrbe miniſtris,
Cum laude officio praefuit atque fide.
Et voce & ſcriptis ſaluantis dogmata Chriſti,
Et vitae ornauit moribus vsque piis.
Excitus donec ſuperae ad conſortia vitae,
Scandit adorati coelica templa Dei.
Nunc vbi ſanctorum praeſignis in agmine laeto,
Sperato fruitur iam propiore Deo.
At nos gratamur Bonno commercia coeli,
Qui ſumus in terris pars aliquanta ſuper,
Aque Deo in ſedes vt deducamur easdem,
Venerit, optamus, cum ſua cuique dies.
Vnius, hoc faxis Chriſti o fili vnice, patris,
Crimina qui deles ſanguine noſtra tuo.

Conſcripſit etiam *Chronicon Lubecenſe*, idiomate Saxonico, breue quidem illud, ſed in quo tamen praecipuas Reipublicae commutationes, bella & pericula commemorauit, interſperſis ſalutaribus monitis & praeceptis, quae rerumpublicarum Rectoribus & ciuibus ſint obſeruanda. Editus liber ab illo eſt XXIIX Martii, anno clɔ Iɔ XXXIX.

Scripſit etiam Vitas Apoſtolorum, Martyrum, Episcoporum & ſanctorum Patrum veteris Eccleſiae. Liber inſcribitur *Farrago Exemplorum* &c. Is primum, ipſo adhuc ſuperſtite, editus eſt Halae Saxonum: deinde poſt quadraginta plus minus annos denuo excudendum illum curauit filius eius, *Arnoldus Bonnus*, anno 1579: qui

tandem Lubecae Consul factus est 19 Decembr. 1594, mortuus 16 Iun. 1599.

III. M. Guilielmus Rutenius, bonus in primis Grammaticus. Qui, cum aliquot annos Scholae huic praefuisset, Magdeburgum abiit, & per tempus ibidem vixit. Incidebat autem in obsidionem vrbis, quae XVI Sept. anno cIↃ IↃ L coepta, IX Novembris anni sequentis finita est. Post obsidionem Lubecam reuersus, ibi pie obdormiuit, anno salutis cIↃ IↃ LV, septimo Octobris; vti inscriptio lapidis sepulchralis ex aduerso Auditorii Theologici ostendit.

IV. Matthias Brassanus. Hic anno 1543 a Bonno Superintendente ex vrbe Sundio vocatus est. Decessit anno cIↃ IↃ LII. 16 Kal. Febr. Epitaphium illi a Petro Vincentio, successore, scriptum, parieti exteriori Auditorii nostri adfixum, ad nostram vsque aetatem, sed litteris iam maximam partem exolescentibus, durauit. Legitur etiam Carmen in tumulum ipsius in Iohannis Boceri Elegiarum libro primo, in quo inter ceteras laudes etiam Philosophiae & trium linguarum cognitionem ipsi elegans ille poëta tribuit, cum scribit:

Atque tibi Sophiae penetralia tota patebant,
Et noras linguae triplicis omne decus.

V. M. Petrus Vincentius, Vratislauiensis. Huic officium Rectoris anno cIↃ IↃ LII. 4 Nouembr. commendatum a Syndico fuit. Die octauo mensis eiusdem *Carmen de Lubeca* publice recitauit. Etiam hunc Bocerus elegia per-

docta

docta celebrauit, in qua optimi Praeceptoris laudibus illum ornat, & Poëtam doctisſimum vocat. Elegia, numero XI, incipit:

Accipe Vincenti tibi miſſum Carmen ab iſto, &c.

Edidit Carmen, *Precationem pueritiae Chriſtianae, contra Concilium Tridentinum*; quod illis annis agebatur, cuius initium:

Summe Deus, quem terra ſuum, quem pontus & aër &c. Item *Enchiridion obſeruatae Latinitatis elegantioris in Philippica prima Ciceronis*, quod *Hermanno V. Doren, H. F.*, ac reliquis diſcipulis dedicavit. Poſtquam annos aliquot Scholam rexiſſet, cum Magnifico viro, *Hermanno Falcone*, Conſule, V. I. Doctore, legato Reipublicae, in Angliam profectus eſt. Iter illorum idem Bocerus egregio Carmine, Elegia VII, proſecutus eſt.

Ex Collegis illius fuit *Iohannes Pruneman*, qui obiit an. 1553, vt conſtat ex illius Epitaphio, quod ad D. Catharinae fugientibus literis columnae adfixum ſupereſt.

VI. Laurentius Mollerus. Hic anno cIↃ IↃ LVII. die tertio Maii a Magnificis Coſſ. Antonio a Stiten & Ambroſio Meier introductus eſt. *Valentinus*, Synd. oratione habita ipſum diſcentibus commendauit. Reſpondit Rector novus oratione, in qua Magiſtratui egit gratias, ſuamque in adminiſtranda impoſita docendi prouincia operam, fidem & ſtudium promiſit. Mollerus tandem, qua neſcio de cauſa, Rectoratu ſe abdicauit.

Illius tempore, aut certe paulo ante aduentum,

Digitized by Google

tum, noui Rectoris *M. Hermannus Wipperman*, Conrector, obiit, anno cIↃ IↃ LXX. die XV Octobr., hora quarta vespertina, vt habet inscriptio Epitaphii in aede D. Catharinae.

VII. M. Iobus Magdeburgus. Huic anno cIↃ IↃ LXX. 23 Octobr. a Magnificis Coss. Rectoratus demandatus est. Quatuor ferme annos non sine laude ei praefuerat, cum anno cIↃ IↃ LXXIV, circa d. festum Iohannis, Suerinum discederet, vocatus ab Illustrissimo Principe *Iohanne Alberto*, ad filiorum informationem. Scripsit *Epitomen pro Classe Prima Scholae Lubecensis ex Iohanne Rivio, de Verborum & Rerum Copia*, editam Lubecae typis Balhornii. *Graecae* etiam *Linguae Praecepta* concinno admodum ordine in vsum Scholarum digessit, quae quidem typis exscripta nunquam sunt, iuuentuti tamen cum fructu, propter accuratam, qua conscripta erant, methodum proposita.

Circa eosdem annos Collega fuit *Nicolaus Boldewin*.

IIX. M. Ioachimus Hanfius. Stendalia, vbi etiam Rector ludi literarii fuerat, anno cIↃ IↃ LXXIV. euocatus est. Rami Philosophiam in Scholam Lubecensem introduxit. Dictauit discipulis *Obseruationes in Dialecticam Philippi Melanchthonis*: item *Praelectiones in P. Rami Logicam*. Quas ex ore dictantis cum aliis Primae Classis discipulis excepit Samuel Gerveſius, postea Conrector Soltquellis, & deinde Rector Scholae Wismarienſis, vti commemorat ipse in Epistola

Epistola MS. ad Iohannem Schraderum, III Idus Maii anno cIↃ IↃ XXCIII. Scripsit etiam *Annotationes in Ciceronis Tusculanas Quaestiones*. Interdum etiam *Theses* disputandas proposuit. Mortuus est ἄπαις anno 1580. Collegae illius anno 1577 fuere *M. Nicolaus Vorstius*, Brabantus, Conrector: *M. Iohannes Meineke*, Subconrector: *Iacobus ab Hoege*, Cantor: *Ioachimus Paschasius*, Soltwedelensis: *M. Nicolaus Stintius*: *Nicolaus Balhornius*: *Casparus Meinart*. Anno sequenti, qui fuit 1578, *Iacobus ab Hoege* propter senium a Cantoris munere ad Quartam Classem docendam retractus est. In locum illius *Iohannes Meineke*, hactenus Subrector, surrogatus fuit. Huic autem substitutus *M. Andreas Pouchenius*, Subrector, M. Andreae Pouchenii, Superintendentis, filius.

IX. M. Pancratius Crugerius, Finsterwaldensis. Subscripsit Rector Concordiae libro Lubecae anno 1580. Subscripserunt cum eodem tunc temporis *M. Nicolaus Vorstius*, *M. Andreas Pouchenius*, *M. Iohannes Meineke*, Cantor, *Iacobus ab Hoege*, *Ioachimus Paschasius*, *Nicolaus Balhornius*, *Henricus Schutte*. Ex his *Paschasius* Ecclesiae Christi, quae Travaemundae est, minister vocatus est 24 Octobr. anno 1583.

Accesserunt deinde noui Collegae sub Rectoratu Crugerii

Iohannes Menardi, Anhaltinus.

M. Nicolaus Iungius, Lubecensis.

M. Ioachimus Dreier, Lubecensis, Conrector.

Sub-

Digitized by Google

Subscripsit 28 Novembr. an. 1587. Obiit 1630.

Gerhardus Schurmann. Subscripsit 16 Novembr. an. 1588. Obiit 1616.

Rector Crugerius, vt de ipsius docendi ratione ex Epistolis MSS. alicuius, qui ei σύγχρονος fuit, aliquid adiungamus, pulsa iterum Ramaea Philosophia, ab antecessore introducta, suum quoddam philosophandi genus introduxit, in calamum sua *Cogitata Logica* (sic enim appellauit) dictitans. In quibus ad Aristotelica principia propius accesit, & Philippum non omnia, quae ad artis integritatem pertinent, habere affirmans, supplere, quae deessent, voluit. Non minus in Rhetoricis multa *de Tropologia & Figuris* congesit, quae publice proposuit. Vir fuit in dicendo disertus, in disputando acutus, in disciplina scholastica regenda seuerus. In Theologicis illius tempore *Catechesis D. Davidis Chytraei* publice proposita est. Examina etiam publica auctoritate Magistratus habita. Et quidem anno 1583. X Kal. Maias M. Andream Pouchenium, Superintendentem, M. Georgium Barthium, Seniorem & Pastorem ad D. Aegidii, Gerhardum Grenzinum, Senatorem, & Secretarium aliquem Examini interfuisse reperio.

Frequenter quoque Primae Classis alumnos publice sub ipso declamitasse, in eiusdem viri Epistolis MSS. lego, qui Martio & Aprili mensibus anno 1583 quater, auditorio frequenti, de variis argumentis, in ligata & prosa oratione, Lati-

Digitized by Google

Latine & Graece peroraſſe diſcipulos adnotauit. Nonnunquam etiam *Theſes* publice ventilandas in Auditorio propoſuit; quarum exemplum ad annum 1586 reperio.

Anno 1589 Crugerium adhuc in ſtatione ſua hic Lubecae perſtitiſſe video. Illo enim anno diſtichon hoc muſei ſui parieti, vbi adhuc legitur, inſcribendum, ſuo etiam ſubſcripto nomine, curauit:

Dum ſtudeo ante alios tenerae prodeſſe iuuentae,
Ante alios hominum praemia more fero.

Illo anno aut vita exceſſit, aut alio migrauit. Nam, qui ei ſucceſſit, Rackelmannus, anno eodem, Octobri menſe, Rector introductus eſt. Reperio autem, aliquem Pancratium Crugerium, Finſtrewaldenſem, Goldbergae in Sileſia IX Kal. Sextiles hoc ipſo anno Scholae Rectorem eſſe conſtitutum. Extat enim huius Oratio, quam, cum introduceretur, habuit.

X. M. Michael Rackelmann. Subſcripſit Concordiae libro Lubecae 30 Octobr. an. 1589. Collegae noui illius tempore acceſſere

Martinus Nordtmann, Lubecenſis. Subſcripſit 19 Novembr. anno 1590.

M. Georgius Meünerus, Lubecenſ. Subconrector. Subſcripſit 20 Octobr. an. 1592.

Chriſtophorus Daſtorff, Vinarienſis. Subſcripſit 24 Octobr. an. 1592. Hic Paſtor electus ad D. Mariae Lubecae Kal. Iunii. 1598.

Rackelmannus abdicare ſe Rectoratu poſtea certis

tis de cauſis neceſſe habuit, & anno 1593. 9 Februar. hinc in patriam concesſit.

XI. Otho Gualtperius, SS. Theologiae Doctor, & in Academia Marpurgenſi Hebraearum & Graecarum literarum Profeſſor. Vtriusque linguae Grammaticam edidit, Hebraeae quidem anno 1589: Graecae autem anno 1590. Venit Lubecam anno 1593, menſe Iunio. Subſcripſit Concordiae libro die 25 eiusdem menſis. Poſt ſuſceptum Rectoratum anno eodem, praeſentibus Magnific. Coss. Dieterico Brômſs, & Hermanno a Dorn, *Orationem de Inſidiis & Artibus Satanae aduerſus Eccleſiam & Scholas*, pro conſecratione Gymnaſii Lubecenſis, tunc renouati, recitauit. Vulgauit etiam *Diſſertationem de Incarnatione Filii DEi*, Lubecae anno 1595. Collegas primum habuit, qui ante ſub Rackelmanno notati. Noui autem, qui illius tempore aſſumti, Concordiae libro hoc ſubſcripſerunt ordine:

1. *Ioannes Seſemann*, Cantor. Subſcripſit ipſo die Matthiae anno 1598. Obiit anno 1624.
2. *M. Ioachimus Drenckhanius*, Subconrector. Subſcripſit 25 Aptil. an. 1598. Rector Scholae Straleſundenſis factus an. 1606.
3. *Iohannes Brauns*, Lubecenſis, Praeceptor Setimae Claſſis. Subſcripſit 5 Mai. anno 1598. Obiit anno 1620
4. *M. Andreas Wedemannus*, Praeceptor Quartae Claſſis. Raceburgo Lubecam vocatus. Subſcripſit 6 Iun. an. 1599.

5. *Hen-*

5. *Henricus Arnholt*, Praeceptor Quartae Classis. Subscripsit 16 Decembr. an. 1599. Obiit an. 1608.
6. *M. Abrahamus Gibelius*, Torgensis, Subconrector. Subscripsit 27 Mart. an. 1607.
7. *Gregorius Teklenburg*, Lubecensis, Subconrector Subscripsit 21 Decembr. an. 1608. Infelici casu vitam finiit.
8. *Balthasar Bonhoff*, Lubecensis, Praeceptor Septimae Classis. Subscripsit 21 Decemb. an. 1608. Tandem aedituus Templi Cathedralis factus.
9. *Iohannes Scholvinus*, Lubecensis, Subconrector. Subscripsit mense Maio an. 1610. Electus Pastor Curslacensis 12 Novembr. 1613.
10. *Benedictus Bökeman*, Lubecensis, Praeceptor Septimae Classis. Subscripsit die Vrsulae an. 1613. Obiit 26 Iul. 1634.
11. *Albertus Masdorff*, Lubecensis, Praeceptor Quintae Classis. Subscripsit die Simonis & Iudae an. 1613. Obiit 3 Iul. 1635.

XII. M. Iohannes Kirchmannus. Vir excellenti doctrina, ex Academia Rostochiana, vbi Professor Poëseos fuerat, Lubecam in patriam vocatus est. Inter monumenta ingenii est *Liber de Funeribus Romanorum*, & alius *de Annulis*. Concordiae libro subscripsit 3 Decembr. 1613. Obiit 13 Kal. April. 1643. Collegae illius fuere, qui superstites erant Gualtperio e vita decedente. Noui vero, ipso Rectore lecti, Concordiae libro subscripsere:

1. *M. Georgius Fabricius*, Subconrector. Subscripsit Kal. Aprilis 1614.
2. *M. Franciscus Vorstius*, Holsatus, Subconrector. Subscripsit 16 Octobr. 1615. Electus Pastor in patria anno 1619.

3. *M. Thomas Balthasarus*, Lubecensis, Subconrector. Subscripsit 22 April. 1619. Electus Minister verbi diuini in aede Mariana, 1625. mens. April. Obiit 3 April. an. 1638.
4. *Hermannus Bilefeldt*, Lubecensis. Subscripsit 21 Mart. 1620. Obiit 8 Ian. an. 1648.
5. *Dauid Trostius*, Lubecensis. Praeceptor Quartae Classis. Subscripsit 12 April. an. 1621. Obiit 14 Iul. 1638.
6. *Martinus Wilde*, Lubecensis, Subconrector. Subscripsit 3. Mart. 1625. Pastor oppidi Burg & Inspector Ecclesiarum in Femaria insula vocatus est anno 1630.
7. *Andreas Herlicius*, Stralsundensis, Cantor. Subscripsit mense Aprili an. 1625. Obiit an. 1630.
8. *M. Sebastianus Meier*, Lubecensis, antea Rector Scholae Gustrovienſis. Hic primum Subrector, & paulo post Conrector, deinde Rector. Subscripsit 4 Ian. an. 1630. Obiit 12 Febr. 1664.
9. *Martinus Lincke*, Iûterboccensis, Cantor. Subscripsit 7 Mart. an. 1630. Obiit vltimo Decembris hora 10 vespertina 1662.
10. *Iacobus Kockertus*, Lubecensis, Subrector. Subscripsit 20 Iun. an. 1630. Obiit 21 Febr. 1654, quo die cum Iacobaeae (3) Paroeciae discipulis, pro more Scholae nostrae, S. Synaxi vsus fuerat, apoplexia correptus exspirauit.
11. *Iohannes Linovius*, Lubecensis. E Regiomonte Borusiae, vbi Praeceptor Scholae publicae fuerat, ad patrium ludum vocatus est 26 Septembr. an. 1634. Obiit 7 Septembr. 1663.

12. *Daniel*

(3) *Petrinae* forsan.

12. *Daniel Lippius*, Wismarienſis, Praeceptor ſeptimae Claſſis introductus eſt 10 Decembr. (4) an. 1635.

13. *Iuſtus Tribbecho*, Mollenſis. E patria, vbi Collega & Ludimoderator fuerat, commendatione beati Kirchmanni, auctoritate Magn. Coſ. Henrici Coleri vocatus eſt 1638, & ſub finem anni introductus.

XIII. M. Sebaſtianus Meierus. Introductus Rector 24 Iul. 1643.

1. *M. Henricus Bangertus*, Waldeccus. Antea Rector Scholae Oldenburgi. Inde literis Amplisſimi Senatus vocatus 17 April. 1643. Introductus 24 Iul. an. 1643.

2. *Ioachimus Schevius*, Mollenſis, poſtquam biennium ferme Scholae patriae Collega & Moderator fuiſſet, iuſſu Magnifici Coſ. Chriſtophori Gerdeſii, Conſulis primarii p. m. a Rectore Meiero in locum Hermanni Bilefeldi, rude donati, vocatus, & an. 1646. 3 Febr. Subſtituti nomine introductus eſt. Tandem poſt Bilefeldi exceſſum anno 1648 Collega, & ſeptimae Claſſis Praeceptor conſtitutus eſt.

3. *Iohannes Polzius*, Belziga Saxo, Subrector. Antea Rector Scholae Wismarienſis, nomine Dominorum Scholarcharum literis Rectoris Meieri vocatus eſt. Introductus die ſecundo Novembris an. 1654.

4. *Samuel Franck*, Stetinenſis, Cantor. Electus die quinto Februarii. Introductus d. 19 Febr. an. 1663.

(4) Pro *Decembr.* ſcripſit *Nouembr.* manu ſua ipſe Lippius in Catal. Bangert., quem ego poſſideo.

5. *Andreas Lüderus*, Grüninga-Halberſtadenſis. Electus a Magnifico Viro Dn. Hermanno a Dorn, Conſule primario, adhibito M. Sebaſtiano Meiero, Rectore, 8 Octobr. 1663. Introductus 3 Novembr. an. 1663.

XIV. M. Henricus Bangertus. In pleno Senatu 4 Mart. 1664 electus, die 15 illius menſis introductus.

Dauid a Brügge, Lubecenſis, Subrector. Electus 6 Mai. introductus d. 17. eiusd. an. 1664.

XV. Hermannus Nottelmannus, Gueſtphalus. Antea Academiae Equeſtris Luneburg. P. P. & Inſpector. Introductus Rector an. 1666. d. 10 Mai. Obiit an. 1674. d. 5 Sept.

Marcus Wida, Sclavia-Pomeran. introductus m. Aug. 1674.

XVI. M. Abrahamus Hinckelmannus, Doebela-Misnicus, Rector primum Scholae Gardelegienſis, deinceps Gymnaſii Lubecenſis. Venit Lubecam an. 1674. m. Nov. introductus autem eſt an. 1675. d. 7 Ian. Formulae Concordiae ſubſcripſit an. eod. d. 11 Maii. Vocatus an. 1685 Eccleſiaſtes Hamburgenſis, Lubecae dixit vale. Ipſo Rectore acceſſerunt

1. *M. Martinus Lipenius*, Gorza-Marchic., ex Rectore & Profeſſore illuſtris Paedagogii Sedinenſis an. 1676. d. 22 Aug. Conrector Athenaei Lubecenſis conſtitutus, Ioannis Polzii ſucceſſor.
2. *Chriſtophorus Chryſe*, Molnenſis, Andreae Lüdeti ſucceſſor, an. 1679. d. 20 Febr. introductus.
3. *Chriſtianus Schevius*, Lubecenſis, Ioachimi Schevii,

vii, parentis, succeſſor, an. 1679. d. 19 Iun. introductus.

4. *Iacobus Pagendarm*, Hervordia-Gueſtphalus, ex Cantore Osnabrugenſi factus Cantor Lubecenſis & Samuelis Franckii ſucceſſor, introductus an. 1679 28 Aug.

5. *Ioannes Kochius*, Lubecenſis, emerito Danieli Lippio an. 1682. d. 30 Mai. ſurrogatus.

XVII. M. Enochus Svantenius, Roſtochienſis, Poëſeos in Academia patria Profeſſor publicus, an. 1686 d. 16 Aug. Athenaei Lubecenſis Rector creatus, an. 1717. d. 23 Iul. mortuus. Illo Rectore in Collegium Scholaſticum cooptati ſunt

1. *Michael Freudius*, Mecklenburgenſis, Scholae Wismarienſis per XII annos Conrector, in locum Davidis von der Brügge an. 1688 Cal. Novembr. Subrector inauguratus.

2. *Ioannes Schevius*, Lubecenſis, Chriſtiani Schevii, fratris, ſucceſſor, introductus an. 1688. Id. Decembr.

3. *Gerhardus Minus*, Lubecenſis, Chriſtophori Chryſii ſucceſſor, an. 1691. VII Cal. Decembr. introductus.

4. *Iacobus Steinbrecher*, Neoſtad. Holſatus, Ioannis Kochii ſucceſſor, an. 1691. d. 17 Decembr. introductus.

5. *Sixtus Chriſtianus Lipenius*, Hala-Saxo, Michaelis Freudii ſucceſſor, an. 1693. d. 26 Ian. Subrector ſolemni ritu declaratus.

6. *Ioannes Henricus Heſſius*, Smalcaldienſis, Gymnaſii Gothani primum Subrector, deinde Scho-

Digitized by Google

lae patriae Rector, tandem Gymnasii nostri Conrector, M. Martini Lipenii successor, an. 1693. d. 27 Iul. inauguratus.

7. *M. Martinus Christianus Göldelius*, Gothanus, Gymnasii Schleusingensis Conrector, nostri Gymnasii Conrector an. 1695. d. 19. Nov. introductus & Ioanni Henrico Hesio surrogatus.

8. *Henricus Sivers*, Lubecensis, Cantor, Iacobi Pagendarmii successor, introductus an. 1706. d. 22 April.

9. *Zacharias Stampeelius*, Soltquella-Marchicus, Scholae Slesvicensis Conrector, an. 1708. d. 30 Aug. in locum Sixti Christiani Lipenii Subrector Athenaei nostri renunciatus.

10. *Paulus Hey*, Borlumo Slesvicensis, Iacobi Steinbrecheri successor, an. 1709. d. 11 Iun. introductus.

11. *Matthias Schmid*, Mölnensis, Marci Widae successor, an. 1714. d. 25 Ian. inauguratus.

XVIII. Ioannes Henricus von Seelen, Kedinga-Bremensis, antea Flensburgensis, deinde Stadensis Conrector, Lubecensis Rector an. 1718. d. 24 Febr. in splendida panegyri renunciatus.

Tu, Deus omnipotens, clementer protege, serua,
Amplifica nostrum Gymnasium atque Scholam!

V. CL.

V. CL.

MICHAELI RICHEY,

Hiſtor. & Graec. Ling. in Gymnaſ. Hamburg. P. P.

S. P. D.

Io. Henr. a Seelen.

QUo maiora ſunt Tua, Fautor optime, in me merita, eo gratior mihi ſemper eſt quaeuis Tibi inſeruiendi occaſio. Non poteram igitur non laetari noua haud ita pridem ſeſe mihi offerente, cum me rogares, vt pleniorem Operum ἀνεκδότων ad Hiſtoriam Lubecenſem ſpectantium, a Viro, quo neminem ad Hiſtoriam Lubecenſem ſcribendam aptiorem iam olim recte iudicauit Caſp. Sagittarius, quemvo Te quoque magni aeſtimare dudum intellexi, IACOBO a MELLE, conſcriptorum tecum communicarem. Faciam igitur lubens rem & tibi & mihi gratam, cumque MSSta Melliana euoluere mihi licuerit, ex αὐτοψία fide dignam dabo eorum recenſionem.

Primum primae magnitudinis (quam etiam tria ſequentia habent) opus, Germanica exaratum lingua, ita tamen, vt documenta proprio ſemper idiomate inſerta ſint, inſcribitur *Lubeca Religioſa*, haecque capita complectitur: I. Von dem Heidenthum unſer ehemahligen Vorfahren. p. 1. II. Von der Bekehrung unſer Vorfahren zum Chriſtenthum. 10. III. Von dem Stifft Oldenburg / und deſſen Biſchöffen. 21. IV.

Digitized by Google

Von dem Stifft Lübeck/ und deſſen Biſchöffen. 27. V. Von der Reformation und Annahme des Evangelii zu Lübeck. 93. VI. Von den Kirchen zu Lübeck/ inſonderheit von S. Marien Kirche. 141. VII. Von S. Jacobs-Kirche. 249. VIII. Von S. Peters-Kirche. 279. IX. Von S. Aegidien-Kirche. 319. X. Von der Thum-Kirche 335. XI. Von der ehemahligen Kirche S. Johannis auf dem Sande. 381. XII. Von S. Clements-Kirche. 383. XIII. Von S. Lorentz-Kirche. 385. XIV. Von der Capelle auf S. Marien Kirch-Hofe. 387. XV. Von S. Gertruden Capelle. 390. XVI. Von der Capelle des H. Creutzes. 392. XVII. Von der Capelle S. Thomae, und der zu Mägdebeke. 394. XVIII. Von den Klöſtern zu Lübeck/ inſonderheit von S. Johannis Kloſter. 395. XIX. Von St. Marien Magdalenen Kloſter / oder der Burg. 429. XX. Von S. Catharinen Kloſter. 444. XXI. Von S. Annen Kloſter 457. XXII. Von den Hoſpitalen und Armen-Häuſern zu Lübeck/ inſonderheit von dem H. Geiſt. 460. c. XXIII. Von dem Wayſen- oder Kinder-Hauſe / wie auch von dem Schweſter-Hauſe/und S. Michaëlis oder Segebergs Convent. 465. XXIV. Von dem Gaſt-Hauſe. 497. XXV. Von dem Pocken-Hauſe. 501. XXVI. Von den Conventen zu Lübeck. 504. XXVII. Von S. Aegidien-Convent. 506. XXVIII. Von S. Catharinen-Convent. 507. XXIX. Von Cranen-Convent. 509. XXX. Von S. Johannis-Convent. 514. XXXI. Von Kruſen-Convent. 515. XXXII. Von den Calanden zu Lübeck/ inſonderheit von S. Aegidien-Caland. 516. XXXIII. Von S. Clements-Caland 531. XXXIV. (a) Vom Calande des H. Geiſtes. 533.

XXXIV. (b)

XXXIV. (b) Von dem Calande S. Iohannis auf dem Sande. 533. XXXIV. (c) Von dem Calande zu S. Jürgen. 533. XXXV. Von S. Brigitten Hoffe. 534. XXXVI. Von Fůchtings-Hoffe. 535. XXXVII. Von Glandorpen-Hoffe und Gange. 540. XXXVIII Von Kochs-Hofe. 541. XXXIX. Von den elenden Häusern zu Lübeck. 542. XL. Von S. Agneten-Hause. 543. XLI. Von dem Armen-Hause bey S. Annen. 544. XLII. Von Brandenburgs-Armen-Hause. 545. XLIII. Von Cleysen-Armen-Hause. 546 XLIV. Von S. Elsaben-Hause. 547. XLV. Von Gercken-Armen-Hause. 549. XLVI. Von Ilhorns-Armen-Hause. 550. XLVII. Von Köhlers Armen-Hause. 551. XLVIII. Von Lunten Armen-Hause. 552. XLIX. Von Moyelken Armen-Hause. 552. L. Von Segebergs Armen-Hause. 553. LI. Von Serntins Armen-Hause. 554. LII. Von Stiten Armen-Hause. 555. LIII. Von Warendorffs Armen-Hause. 556. LIV. Von derer von Wickede Armen-Häusern. 557. LV. Von den Armen-Gängen zu Lübeck. 558. LVI. Von den Gottes-Buden und Gottes-Kellern. 560. LVII. Von dem Siechen-Hause und der Capelle zu S. Jürgen. 561. LVIII. Von dem Pest-Hoffe. 567. LIX. Von dem Hause der Unsinnigen. 568. a. LX. Von dem Siechen-Hause und der Capelle zu Schwartow. 571. LXII. Von dem Siechen-Hause und der Capelle vor Travemünde. 572. LXIII (a). Von den geistlichen Brůderschafften zu Lübeck/ insonderheit von S. Adrians Brůderschafft. 573. LXIII (b). Von S. Albrechts oder Adalberti Brůderschafft. 573. LXIII (c). Von S. Annen Brůderschafft. LXIV. Von S. Antonii

Brüderschafft. 575. LXV (a). Von S. Barbaren Brüderschafft. 585. LXV (b). Von der Becker Brüderschafft. 584. LXV (c). Von S. Bernhards Brüderschafft. 585. LXV (d). Von des H. Blutes Brüderschafft. ibid. LXV (e). Von S. Brandani Brüderschafft. 585. LXVI (a). Von S. Canuti Brüderschafft. 586. LXVI (b). Von der Brüderschafft des Capittels zur Burg. 586. LXVI (c) Von S. Catharinen Brüderschafft. 586. LXVI (d). Von der Circkel-Brüderschafft / oder der Gesellschafft der H. Dreyeinigkeit. 586. LXVII (a). Von SS. Cosmae und Damiani Brüderschafft. 608. LXVII (b). Von des H. Creutzes Brüderschafft 609. LXVII (c) Von S. Dominici Brüderschafft. 611. LXVII (d). Von der H. Dreyfaltigkeit Brüderschafft. 612. LXVIII. (a). Von der H. Drey Könige Brüderschafft. 612. LXVIII (b). Von S. Enwalds Brüderschafft. 612. LXVIII (c). Von S. Erasmi Brüderschafft. 612. LXVIII (d). Von S. Francisci Brüderschafft. LXIX (a). Von der Brüderschafft der Geisselung Christi. 613. LXIX (b). Von S. Georgii, oder der Reiten-Diener Brüderschafft. 613. LXX. Von S. Gertruden Brüderschafft. 614. LXXI. Von S. Gregorii Brüderschafft. 616. LXXII. Von aller Heiligen Brüderschafft. 617. LXXIII (a). Von S. Hülpen Brüderschafft. 618. LXXIII (b). Von S. Jacobi Brüderschafft. 618. LXXIV (a). Von S. Iohannis Brüderschafft. 619. LXXIV (b). Von S. Johannis Ablaß Brüderschafft. 619. LXXV. Von S. Josten Brüderschafft. 620. LXXVI. Von des H. Leichnams Brüderschafft. 621. LXXVII. Von S. Leonhards Brüderschafft. 632. LXXVIII (a).

Von

Von S. Loyen Brüderschafft. LXXVIII (b). Von S. Lucas Brüderschafft. 633. LXXVIII (c). Von Majores Brüderschafft. 633. LXXVIII (d). Von S. Margareten Brüderschafft. 633. LXXIX. Von S. Marien Brüderschafft. 634. LXXX. (a). Von S. Marien Berg-Gangs oder Heimsuchungs-Brüderschafft. 641. LXXX (b). Von S. Marien Mitleidens Brüderschafft. 641. LXXXI (a). Von S. Marien Rosen-Krantzes Brüderschafft. 642. LXXXI (b). Von S. Marien-Magdalenen Brüderschafft. 643. LXXXII. (a). Von S. Nicolai Brüderschafft. 644. LXXXII (b). Von S. Olai Brüderschafft. 644. LXXXIII. Von S. Rochi Brüderschafft. 645. LXXXIV. Von St. Thomas Brüderschafft. 646. LXXXV. Von S. Valentini und Christophori Brüderschafft. 646. LXXXVI. Von den Schulen zu Lübeck. 647. LXXXVII. Von den Bibliotheken zu Lübeck. 668. LXXXVIII. Von den Legatis für Studirende. 671. LXXXIX. Von Praebenden / oder wöchentlichen Armen-Gaben. 678. XC. Von Speisung der Armen. 682. XCI. Von Kleidung der Armen. 684. XCII. Von sonderbaren Allmosen und Legatis für Hauß-Arme. 687, XCIII. Von Beschenckung der Kirchen und Klöster / wie auch der Armen- und Siechen-Häuser. 689. XCIV. Von Vigilien und Seel-Messen / Memorien und Gedächtnissen von der Cantzel / Consolatien und Statien. 706. XCV. Von Vicarien und Commenden. 747. XCVI. Von Beschenckung der Geistlichen 784. XCVII. Von Wittwen-Kasten und Todten-Laden. 796. XCVIII. Von Ausstattung dürfftiger Jungfrauen und Jungfer-Laden.

Digitized by Google

832. XCIX. Von den Diaconis und Armen-Pflegern 850. C. Von ehemahls geſuchter Gemeinſchafft der Klöſter. 858 CI. Von Memorien-Gäſtereyen. 864. CII. Von Seel-Baden. 867. CIII. Von Wallfahrten. 869. CIV. Von Gelübden. 882. CV. Von ſonderbahrer Anſtalt und Verordnung der Begräbniß. 883. CVI. Von Heerfahrten wieder die Ungläubigen. 885. CVII. Von dem ſteinernen Creutze vor dem Burg-Thor. 886. CVIII. Vom Jeruſalems-Berge. 888. CIX. Von verurtheilten Miſſethätern. 890.

Secundum opus eſt *Commentarius de Rebus Lubecenſibus*, in quo Latina lingua conſcribendo hodieque occupatur. Hoc vero principatum obtinebit, & non ſolum totam Lubecam Religioſam, ſed alia multa complectetur, adeo vt ſi doctiſſimus auctor iſtud ad finem perducat, & in lucem prodire iubeat (quod Tu mecum vehementer optabis,) Ciuitati noſtrae Annales aeternitati, vt ille aiebat, ſcriptos queamus gratulari. Copioſa huius operis Praefatio agit de *Rerum Lubecenſium Scriptoribus*, ineditis & editis, quorum data notitia cenſuram interdum habet adiunctam. Commentarii inediti ſunt

Liber Ciuitatis, vulgo das Stadt-Buch/ ſuperior & inferior, das Obere und Untere/ oder Nieder-Stadt-Buch.

Alberti a Bardewick, Reip. Lubec. circa finem ſaeculi XIII Cancellarii, Annales Lubecenſes.

Faſti Lubecenſes, vulgo Raths-Matriculen/ ſiue Raths-Linien.

Lectoris Franciſcani, vulgo Minoriten-Leſe-Meiſters

sters (quem Detmari nomine insignitum fuisse, coniicit) Chronicon Lubecense vernaculum; nec non Apographum huius Chronici chartaceum.

Hermanni Korneri Chronica Nouella.

Chronica iussu Henrici Castorpii, Consulis senioris: iussu Klingenbergiorum: iussu Nicolai Böddekers, Episcopi Suerinensis: a Iohanne Godendorp, Vicario Templi Cathedralis, scripta, quae Reimarus Kock citauit.

Ἀδέσποτα Chronica Lubecensia, ad quae idem prouocauit.

Iohannis Rufi Chronicon.

Statii, Monachi Lubecensis Dominicani, Chronicon.

Chronica & Fasti Lubecenses, in Bibliotheca Hamburgensi & Gottorpiensi.

Libri duo Memoriales, vulgo Memorien-Bücher/Conuentus S. Michaelis, siue Segebergici, aut Domus Sororum, membranacei.

Codices Confraternitatum Lubecensium, S. Antonii, S. Mariae, Corporis Christi, & aliorum.

Friderici, siue Vritze Grawert liber ad Confraternitatem Circuli spectans, vulgo das Cirkel-Buch.

Reimari Kock, Wismarienſis, templi nostri Petrini Pastoris, Chronicon vernaculum.

Michael Kampferbeke, Stephanus Döring, Iohannes Bruns, Iacobus Hampe compilatores & continuatores Chronici Kockiani.

Wilhelmus Pale, eiusdem Chronici epitomator.

Henrici Rehbein Summarischer Begriff/ der Stadt Lübeck Chronicon.

Io-

Iohannis Marquardi, I. V. D. Equitis aurati D. Marci & Reipublicae patriae Lubecensis Consulis, Chronicon Lubecense, das ist / Beschreibung der Stadt Lübeck &c.

Hieronymi a Dorne, Reip. Lubec. Consulis, opus vernaculum de Gentibus, seu Familiis Lubecensibus.

Casp. Sagittarii Oratio, in Gymnasio nostro an. 1662 habita, de Origine, incrementis & varia fortuna Lubecae.

Eiusd. Historia Lubecensis ab an. MCCCCI. ad MDCLXXXVI. inedita.

Andreae Langii, I. V. D. Compendium Historiae Lubecensis.

Benedicti Rechow, Gedanensis, Lübisches Jahr-Buch / oder Chronick.

Testamenta antiqua.

Hactenus Commentarii luce nondum donati. Sequuntur scriptores ac libri, qui vel meras continent res Lubecenses, vel interdum modo eas attingunt. Commemorantur autem & magna ex parte diiudicantur

M. Adami Bremensis Historia Ecclesiastica.

Helmoldi, Arnoldi & Presbyteri Bremensis Chronica Slavorum.

Albertus Stadensis eiusque Continuator ab Andr. Hojero editus.

Hermanni a Lerbeke Chronicon Comitum Schavenburgensium.

Incerti auctoris Chronica Slavica, ab Erp. Lindenbrogio edita.

Alberti Krummedyk Chronicon Episcoporum Lubecensium, M Hen-

M. Henrici Aquilonipolensis Poëma Latinum de Primordiis Lubicanae Vrbis Caesareae.

Alberti Krantzii Saxonia, Vandalia, Metropolis & Chronicon regnorum Aquilonarium.

Dav. Chytraei Chronicon Saxoniae.

M. Herm. Bonni, Superintendentis, Chronicon Lubecense.

M. Erasm. Sarcerii, Conrect. Lubec., Oratio de Lubeca. Marp. 1537. Francof. 1551.

Io. Busmanni Carm. Eleg. de Laudib. Ciuit. Lub. Hanov. 1547. 4.

Io. (Hans) Regkmann, siue Reckemann, Chronicon Lubecense, vernaculo idiomate Saxonico compilatum. Spir. 1619. fol.

M. Petr. Vincentii, Rect. Lubec., Elegia de Origine, Incrementis & Laudibus Lubecae.

Mich. Henckelmanni Orat. de Lubeca. Rostoch 1602. 4.

Stephani Macropii, Andreaemontani, Panegyricus, occasione reditus Legatorum Lubecensium e Moscovia editus, fata vrbis nostrae & praecipua ipsius facta breuiter recensens. Lubec. 1603. 4.

M. Henr. Sandmanni Declamatio Ἐπιδεικτική de Fundatione & Incrementis inclytae Lubecae. Francof. ad Viadr. 1609.

Desiderii Regii Apex Lubecensis. 1649. 8.

Henrici Bangerti Historiae Lubecensis initium.

Conradi ab Hoeveln der Stadt Lübeck glaub- und besehens würdige Herrligkeit. Lub. 1666. 8.

Bern. Middendorp Raths-Linie. 1669.

Gode-

Digitized by Google

Godeſcalci Kerckring & Godeſchalci Müller Außzug Lübiſcher Chroniken. 1678. 8.

Henrici Kerckring, Conſulis Lubecenſis, Verzeichnüß von denen Adelichen Familien der Zirckel-Geſellſchafft in Lübeck. 1689. 4.

Gothardi ab Hövelen Oratio in Laudem Lubecae, habita Wittebergae 1697, & ibidem (fol. pl. 8) excuſa.

Die beglückte und geſchmückte Stadt Lübeck. 1697. 8.

Georg. Frid. Neumanni Orat. de Favore Lubecenſ. in Exteros. Lipſ. 1709. 4.

Caſp. Henr. Starckii Lebens-Beſchreibung M. Herm. Bonni, Superintend. Lub. 1710. 8.

Io. Hilmeri die von GOtt gewürdigte Lob-Eck. Lub. 1716. 8.

I. H. v. S. Athenae Lubecenſes,

I. a M. Hiſtoria Lubecenſis antiqua, media, recentior: Lubeca Literata ann. 1698. 1699 & 1700: Notitia Maiorum: Epiſtola de Balneis Animarum Lubecenſibus: Commentatio de Itineribus Lubecenſium ſacris: Gründliche Nachricht von der Stadt Lübeck: de Lapidibus figuratis agri litorisque Lubecenſis.

Poſt tot rerum Lubecenſium ſcriptores enarratos pergit: *Nunc ampliora quaedam & maiora conamur, ſcilicet, vt illa omnia, quae de antiquitatibus & rebus patriis, multorum annorum decurſu, improbo labore at indefeſſa diligentiâ, e ſcriptis editis & ineditis, aliisque documentis domeſticis innumeris, collegimus, notauimus, digeſſimus, communi eruditorum ſermone expreſſa, in vnum volumen redigamus, breui quidem,*

at

at satis rem exhauriente, titulo Rerum Lubecensium, *ad posteros transmittendum.* In hoc praestantissimo opere agit Lib. I. Cap. I. de Situ Lubecae p. 1. II. de Nomine Ciuitatis. p. 5. III. de Conditoribus & Statu Lubecae veteris. p. 13. IV. de Fundatione Lubecae hodiernae, & variis ipsius Dominis p. 23. V. de externa & interna Vrbis facie. p. 37. Lib. II. Cap. I de Gentilismo Lubecensium p. 57. II. de Conuersione Lubecensium ad Religionem Christianam. p. 62. III. de Episcopatu Oldenburgensi. p. 69. IV. de Episcopatu Lubecensi. p. 74. V. de Emendatione Sacrorum Lubecensium p. 134. Lib. III. Cap. I de Templo S. Mariae. p. 145. II. de Templo S. Iacobi p. 226. III. de Templo S. Petri. p. 256. IV. de Templo S. AEgidii. p. 278. V. de Templo Cathedrali. p. 294. VI. de Templo St. Iohannis in Arena. p. 331. VII. de Templo S. Clementis. p. 334. VIII. de Templo S. Laurentii. p. 337. IX. de Sacellis Lubecensibus. p. 339. Lib. IV Cap. I. de Monasterio S. Iohannis. p. 347. II. de Monasterio Arcis, vel S. Mariae Magdalenae p. 366. III. de Monasterio S. Catharinae. p. 381. IV. de Monasterio S. Annae. p. 394. V. de Conuentibus Lubecensibus. p. 411. VI. de piis Lubecensium Hospitiis. p. 458. VII. de Confraternitatibus Lubecensium Sacris. p. 530. Hoc argumentum ad pag. 616 vidi perductum, sed nondum finitum. Offendi autem in hoc opere, magna & accurata diligentia conscripto, praeter Inscriptiones Templa ornantes, varia rarissima Documenta, adhuc inedita, quae ei non pos-

Digitized by Google

sunt non singulare decus conciliare. Vtinam esset absolutum, & lucem videret!

Tertium opus est Genealogico-Heraldicum, Lubecensium Familiarum Genealogias & multarum etiam Insignia exhibens. Inscribitur *Lübeckische Geschlechter*. Familiae autem, in quarum gratiam propaginum tabulae adornatae, vocantur von der Aa: von Achelen: von Adelevesen, oder, von Aldesleven: Aland: von Alen: von Allen: von Arneborg: Ascheberg: von Attendorn: Backhusen: Balemann: von Bardewiek: Bartels: Basedow: Bauert: Beke: Berck: Bere: Bergmann: Bernewick: Berskampe: Bilderbeke: Billinghusen: von Bilrebeke: Bilring: Blomenrod: von Bockholt: Böckmann: von Boicenborg: Boje: Boitin, oder Bodin: Bomhauer: Bonhorst: Bonnus: Bording: Borgehl: Borneseld: Borstelt, und von Borstel: Bramstede: Brandenburg: Brandis: Brauer: Braunjohann: Brekefeld: Brekewold: von Bremen: Bremer: Brokhusen: Brokes: von Brömsen: von der Brügge: Brüggemann, oder Brüggemaker: Brüning: Bruns: von Brunswick: Brußkow: Buck, und von Bucken: Bußmann: Bütepage: Burtehude: von Calven: von Camen: Carbow: Carstens: Castorp: Claholt: Clasen: Clevorn: von Cölne: Constantin, oder Constin: von Coßfeld: Crane: Cratz: von Cremon: Crispin: Cröpelin: von Crumesse: von Dale: von Dame: von Dartzowe: von Dassel: von Dedinghusen: Dehns: von Deling: Detert: Diman: Dives, oder Divessen: Dobbin: von Dorne: von Dortmund: von Dovaye: Drughe und Droghe: von Dulmen: Ebeling: Elers: von Elpen: von Elsewich: von Elvern: Emmen: Emmermann: Engelstede: Engenhagen: Erasmi: Erp: von Erteneborg: Eschenburg: von Essen, oder von Essende: Ewinckhusen: Falcke: Feldhusen: le Févre: von Fisthusen: Fisch: Fitzmann: Focke: Frese: Fromold, oder Fromoldes: Galline: Garlop: Gercken: Gerdes: Gerwer: Geverdes: von Ghoer, oder von Guren: Güdehusen: Glopin: Goldoge: Grammendorp:

dorp: Grawert: Greverade: Grote: Grünewald: von Güsterow: Gutzmer: von Hachede: Hadewerck: Hagelstein: vom Hagen: Hake: Hakes: Haleholtscho: Hannekenius: von Hannover: Harder: von der Hardt: Hartmann: von Hattorpe: Haveland: Heidebuy: Heidorn: Hellberg: Helms: Hentschel: von Hereke: Herentrey, oder Herentey: von Heringen: Hertze, oder Hartze: von Hervorde: von der Heyde: Hildemar: von Hildensem: Hinrichsen: Hitfeld: Hogefeld: Holck: Holt: von Holthusen: Honcrjäger: Honstede: Hope: Hopmann: von Hövelen: Hovemann: Hoyemann, oder Hogemann: Hübens: Humborg: Hunnius: Huno: Hupe: vom Huse, de Domo: Hütterock, Jborch: Jlehorn: Joris: von Isernloh: Isselhorst: Junge: Kahle: Kalatz: Kampferbeke: Käyser: Kenckel: Kerckring: vom Kile: Kirchmann: Klenedenst: Klingenberg: Köhler: Kollmann: Kolthoff: Kortsack: Köster: Krechting: Kreck: Krowel: Krull: Kruse: Kule: Kure: Küsel: Lafferdes: Lange: Langhaar: Lebermann: von Lengerke: von Lennepen: von Lente: Leopold: Leve: Lindemann: Lindenberg: Lipenius: Lipperode: Lipstorff: Loß: von Lübeck: Lüchowe: Lüders: von Lüdinghusen: von Lüne: von Lüneburg: Lunte: Marquard: verMehren: Meier: von Melle: Meßmann: Meteler: Michaelis: Middendorff: von Minden: Mogelke, oder Moyelke: von der Mölen: Mölenstrate: Möllenhoff: Möller und Müller: von Möllne: Mönnick: Morkercke, oder Mürkercke: Mornewech: von Morum, von dem More, de Moris: Mulich: von Münster: Münter: Nau: Nenstede: von Nestwede: Niebur: Niestadt: Nolto: Nordanus: von Nusse: Odbernshusen: Odesloe: Offe: Oldenborg: von Ora, und von Orade: up dem Orde: von Osenbrügge: Osthusen und Ostinghusen: Ottendorp: Overdyck: Pagendarm: Pakebusch: Pape: Papendorp: Pasche: Peperfack: Perkentin: Persevale: Petersen: Pfeiffer: Pincier: Pleskowe: Plönnies: Pomarius: Provesting: Rapesülver: Rehbinder: Rehorst: Rehwold: Reiche: Reiger: von Rentelen: von Reval: Reuter: Richode: Ritter: von Robele: Rodde: Roder: Röder: Roland: von Rostock: Russenberg: Saffe: Salige: von Santwelle: Schacht: von Scheninge: von Schepenstede: Schinckel: Schlicker: Schomerus: Schoneke: Schonenberg:

Schonewedder: von Schottorpe: Schröder: Schumacher: vom See: Segebade: Segeberg: von Sina: Siricius: vom Sode: von Soltwedel: von Soſt: von Sövenbröderen: Spegeler: Spegelmaker: Springintgot: von Stade: Stakelet, oder Stokelet: Stalbuck: Stalhodt: Stampelius: Stange: Stauber: Steffens: Stein, und vom Steine: Steinbeke: Stekemeß: Steneke: von Stiten: Stolle: Stolterfoht: Storning: Stortelberg: Stotebrügge: Striedebeke: Striperock: Suderland: Sukow: Sundesbeke: Sütthoff: Swarte: Swarting: Tamke: Tegetmeyer: Teſtede: Teßdorff: von Thunen: Tidemann: Timmermann: Tinappel: von Tiſenhuſen: Tode: Todinghuſen: Travelmann: bey der Traven: von Vellin: von Velthem: von Verden: Vickinghuſen: Vincke: Vlowich: von Ulzen: Unckel: Volquerſtorp: Vorrade: Vot: von Urden: Vroling und Vroleke: von Vreyden: Vrowedhe: Vundengot, oder Wundengot: Wachendorp: von der Wage: von Wangerſen: von Warendorff: Warmböke: Warneke: Wedemhoff: Weller: Wendt: von dem Werder: von Werle: Werlhoff: Weſſeler: Weſtfal: Weſthoff: Weſtken: von Wetken: Wibbeking: von Wickede: Widderich: Wigerinck: Wikinghoff: Wilde: Winckler: Wincenberg: Winterkamp: von Winthem: Witick: Witte: Wittenborg: Wlome: Woldt: Wolffram: Wolffrath: Wolter und Wolters: Woltersdorff: Woltvogel: Wrot: Wulff: Wullenpund: Zeidler: Zerrentin: Zirenberg: Zöling, oder Söling: Zworne. Has Familias, in quibus multae, quae iam plane deſierunt, habebat volumen, quod ego perluſtraui. Indefeſſa auctoris induſtria hoc opus ſuccedente tempore haud dubie ita augebit, vt in poſterum nulla Familia celebrior Lubecenſis in eodem deſideretur.

Quartum eſt *Muſeum*, quod licet totum non ſpectet ad res Lubecenſes, ſed permulta alia, ex variis regionibus ac locis petita & comparata, complectatur, aliqua tamen etiam habet, quae ad Hiſtoriam Naturalem ac Curioſam Lubecenſem

sem pertinent, cuius rei documentum est elegans de Lapidibus Figuratis Agri Litorisque Lubecensis Commentatio ex hoc ipso Museo concinnata. Eius inscriptio est: *Museum Mellianum, vel Sacrarium Naturae & Artis, in vsum & oblectationem oculi animique curiosi adornatum Lubecae.* 1709. Contenta autem sunt I. *Naturalia*, & quidem (1) *Fossilia*, vt Terrae, p. 1. Salia, p. 10. Sulphura, p. 15. Bitumina, p. 17. Lapides informes, p. 20: figurati, p. 28. Gemmae, p. 43. Mineralia, & iis affinia, p. 53. (2) *Vegetabilia*, vt Semina, p. 69. Radices, p. 92. Plantae, p. 111. Cortices, p. 113. Ligna, & quae iis adnascuntur, p. 118. Fructus, p. 128. Succi concreti & liquidi, p. 141. Gummata & Resinae, p. 149. (3) *Animalia*, vt Insecta, p. 157. Reptilia, p. 165. Testacea, p. 168. Crustacea, p. 182. Pisces, p. 184. Aves, p. 188. Quadrupes, p. 194. Homo, p. 200. II. *Artificialia*, qualia sunt, Quae ad Religionem vel Superstitionem spectant, p. 203. Nummi, p. 212. Gemmae sculptae & caelatae, p. 223. Vrnae Sepulchrales, & affinia, p. 227. Arma & Vtensilia, p. 230. Vestes, & quae ad ornatum corporis pertinent, p. 240. Libri, Chartae & Membranae, p. 249. Varia, p. 252-262. Dives est hoc Museum tum aliis rebus, tum Lapidibus, in primis Echinitis, adeo, vt dubitem, an detur aliquod, Echinitis magis instructum. Inter Nummos, quos peculiari libro fusius descripsit, sunt p. 215 sq Nummi Virorum illustrium, videlicet Solonis, Biantis, Thaletis, Socratis, Platonis, Aristotelis, Demosthenis, Catonis, Ciceronis, Virgilii, Agrippae, Horatii,

Ovidii, Marcelli, Miltiadis, Themiſtoclis, Ariſtidis, Cymonis, Lyſandri, Alcibiadis, Thraſybuli, Cononis, Timothei, Epaminondae, Hannibalis, Lycurgi, Scipionis, Godefridi de Luzinem; nec non Feminarum illuſtrium, ſcilicet Sapphus, Corinnae, Polyxenae, Timocleae. Deſcriptiones ceteroquin breues quidem ſunt, ſed accuratae. Sic ea, quae ad Religionem aut Superſtitionem pertinent, p. 203 ſqq hac ratione delineauit:

Agnus Dei, Pontificis *Innocentii XII*, quatuor diuerſorum generum:

I.

ECCE. AGN. DEI. QVI. TOL. PECC. MVNDI. Agnus Dei, ſub quo: INNOC. XII. P. M. A. I.

B. M. V. SCHOLAR. PIAR. S. PANTAL. Effigies B. Mariae, ſub qua: ET. NOMEN. VIR. MARIA.

II.

ECCE. AGN. DEI. QVI. TOL. PECC. MVNDI. Agnus Dei, ſub quo: INNOC. XII. P. M. A. I.

S. P. NOLASCVS. ORD. B. M. DE. MER. Effigies Sancti, ſub qua: INNOC. XII. P. M.

III.

ECCE. AGN. DEI. QVI. TOL. PECC. MVNDI. Agnus Dei, ſub quo: INNOC. XII. P. M. A. IVB. 1700.

SALVATOR. MVNDI. SALVA. NOS. Effigies Salvatoris, ſub qua: ROMA.

IV.

ECCE. AGN. DEI. QVI. TOL. P. MVND. Agnus

Agnus Dei, ſub quo: INNOC. XII. P. M. A. IVB. 1700.

REDEMPTOR. MVNDI. Chriſtus, crucem ferens.

Agnus Dei, Pontificis *Clementis XI*, cui inſcriptum: SANCTVS. FRANC. DE. SALES. Imago Sancti, infra: CLEMENS. XI. PONT. MAX.

ECCE. AGN. DEI. QVI. TOL. PECC. MVNDI. Agnus Dei, ſub quo: CLEM. XI. P. M. A. XIV. 1714.

Alius, eiusdem Pontificis, cum epigraphe: S. PIVS. V. P. MAX. Caput mitratum.

ECCE. AGN. DEI. QVI. TOL. P. M. Agnus Dei, ſub quo: CLEM. XI. P. M. A.

Amuletum Pontificium, benedictam *Ceram* continens, quod olim collo geſtauit *Anna Grant*, femina Hibernica.

Amuletum Pontificium, vitro duplici incluſum, cui inſcriptum: NOTRE. DAME. DES. CARMES. IPN. S. e Gallia allatum 1716.

S. *Annae* & S. *Mariae* effigies, e ligno caelata & deaurata.

S. *Antonii* Eremitae effigies, eleganter picta, in tabella lignea.

Ectypon *Sigilli*, quo olim Lubecae *Confraternitas S. Antonii*, apud Praedicatores, ſeu in templo Arcis, vſa fuit. Exhibet illud S. Antonium, cum perigraphe: *Sigillum Fraternitatis ſancti Anthonii apud fratres Predicatores in Lubek.*

Bulla argentea, Roſario annectenda, hinc effigiem B. Mariae Virginis (nótre Dame de Lieſſe), inde vero Sacramentum Rhemenſe, exhibens.

Digitized by Google

Bullae argenteae, Rosariis annectendae. Reliquiis AEdis Lauretanae contactae. Ab vno latere omnes *S. Mariam Lauretanam* exhibent, ab altera vero partim *S. Antonium de Padua*; partim caput *S. Anastasii contro la tentatione Diabolica*; partim *il Crucifisso miracoloso di Cyrolo*, quinto Laureto lapide.

Bullae aereae, Rosariis appendendae. cum imagine *B. Mariae Lauretanae*, aliorumq; sanctorum ad aversa typis ac nominibus, vt S. M. M. (Sancta Maria Magdalena). S. PAVLVS APOS. S. A. S. IOSEPH. S. FRAN. ORA P. N. (Sancte Francisce, ora pro nobis). S. FR. D. PAVLA (S. Franciscus de Paula).

Cerei benedicti Cetobricenses, ex vrbe Lusitaniae Setubal, vulgo S. Ubes. Geweihete Wachs-Kertzen von S. ubes.

Crux argentea Ordinis de *Calatrava*, a Pontifice Romano benedicta, quae fulmen auerruncare creditur.

Crux argentea, literis Rusicis insignita, quam Moscus quidam, an. 1702 ad Narvam caesus, collo gestauit. Similis meminit Worm. p. 352.

Crux aurea, gemmis distincta, quam M. K. per complures annos collo gestauit.

Crux aerea, pari modo, ac praecedens argentea, literis Rusicis exornata, quae eundem possessori Mosco vsum praestitit.

Crux orichalcea, Rosario annectenda, cui inscriptum: CRVX S. VDALRICI, &c. Similis Crux, cum inscriptione S. P. BENEDICTI, &c. affixum est Rosario Annae Grant.

Phylacterium Iudaicum, seu *Tephillin*, quod capi-

ti

ti precantium circumvoluitur. Grew p. 377. Pericopae, 4 ſchedulis huius Phylacterii inſcriptae, ſunt ſequentes: Ex: XIII. 1-10. Ex. XIII. 11-16. Deut. VI. 4-9. Deut. XI. 13-21.

Chriſti crucifixi ſignum aeneum, cum quatuor clavis & ſuppedaneo, nec non ſemicinctio. Nov. Lit. M. B. 1702. p. 29. E monaſterio quodam Iutiae Septentrionalis huc allatum eſt.

Signum aliud *Chriſti crucifixi* aeneum, praecedenti fere ſimile, ſed minoris formae, & cruce deſtitutum.

Signum ligneum *Chriſti crucifixi*, mineris & fluoribus exornatum, cui 4 foſſores metallici partim adſtant, partim vero adgeniculantur.

Effigies *Chriſti crucifixi*, ex ebore.

Alia effigies *Salvatoris crucifixi*, ex ebore.

Simulacrum *Chriſti crucifixi*, ex aere deaurato.

Effigies picta Chriſti crucifixi, adſtante *Maria* & *Iohanne*. A dexteris conſpicitur (1) *S. Catharina*, cum lemmate: *Sicut Roſa inter ſpinas, ſic amicus meus inter filias.* (2) *Iohannes B.* cum lemmate: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* (3) *S. Petrus*, cum lemmate: *Tu es Chriſtus, filius Dei vivi.* A ſiniſtris comparet (1) *S. Paulus*, cum lemmate: *Abſit gloriari, niſi in cruce Domini.* (2) *S. Thomas*, cum lemmate: *Dominus meus, & Deus meus.* (3) Sancta quaedam, cum lemmate: *Amaritudine impleuit me Dominus.* Inferne geniculatur perſona eccleſiaſtica, dicens: *O fili Dei, ſicut vis & ſcis, miſerere mei.* In ſuperiori tabulae parte *S. Maria* coronatur.

Corporale fericeum, acu pictum, auroque & argento distinctum, e Gallia.

Flagri Pontificii, ad disciplinam poenitentiae adhibiti, fragmentum.

Statua lignea *B. Francisci* typici, cum *Reliquiis* Sanctorum, pectori insertis. Nov. Lit. M.B. 1700. p. 297. Haec olim conventui S. Iohannis Lubecensi inserviit.

Lampas aenea, quales in templis & sacellis adhiberi solent, e tribus catenulis suspensa.

AEdis Lauretanae pulvis, qui pestem, aliosque morbos propulsare creditur.

Lauretanae Virginis, eiusque infantis, *Mensurae*. Ligamentum scilicet fericum rubrum, cui argento inscriptum: *Altezza della B. V. di Loreto. La Cintura. Il Capo. Altza del Bambno.* Accedit fericeum *capitis* tegumentum, auro pictum, cum Virginis Lauretanae effigie.

Statua lignea *B. Mariae V.*, cuius pectori Reliquiae sub Crystallo rotundo inclusae fuerunt.

Frustulum ligni de trunco, prope *Hervordiam*, in monte S. Crucis, cui *B. V. Maria* specie Columbae insedisse perhibetur. v. Nic. Schaten Annal. Paderborn. P. I. p. 396. Gobel. Person. Cosmodrom. p. 257. sq.

Tabula plumbea quadrata, effigiem *S. Mariae doloroſae* exhibens, cum literis Rusticis.

Effigies antiqua *B. Mariae V.* eleganter picta.

Effigies antiqua picta *B. V. Mariae*, adgeniculante Monacho Franciscano, cum lemmate: *Sub tuum praesidium confugimus, sancta Deigenitrix.*

Effigies *B. V. Mariae*, in tabula cuprea eleganter picta.

Icun-

Icuncula *B.V. Mariae*, e matre perlarum caelata.

B. V. Mariae protome, ex ebore artificioſe elaborata, & capſulae ligneae incluſa.

Moscoviticae Chriſti & Sanctorum imagines, in tabula complicatili pictae & deauratae.

Oleae ramus, cum *Palmae* fruſtulo, quem Romae an. 1719 ipſa Dominica Palmarum, e Pontificis *Clementis XI* manu accepit I. F.

Oſtridis ſimulacrum, lapideum, forma *Scarabaei* expreſſum, coloris ſubviridis, e Mumia AEgyptiaca erutum.

Pentaculum, ſeu Amuletum, ex Alcis vngula elaboratum, cum effigie Chriſti crucifixi & reſurgentis, infantibus contra epilepſiam appendi ſolitum. Worm. p. 378 & 337.

Icones antiquae SS. *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, in membrana pictae.

Bulla aurea *Reliquiarum*, qua olim *Franciſca Nigrona*, femina nobilis Genuenſis, ante hauſtam evangelicae doctrinae lucem, fuit vſa. De Bullis, iam apud Romanos figuram Cordis (huius noſtrae inſtar) referentibus, v. Act. Er. 1712. 187. & Beger. Theſ. Brand. I. 9 ſq.

S. Roſae Virginis, quam Viterbienſes colunt, Menſura, ligamine ſerico, coloris rubri, determinata, cui auto argentoque inſcriptum: MISVRA DI SANTA ROSA VERGINE VITERBESE.

Roſarium de ligno eremi *Iudaeae*, quae Quarantana dicitur.

Roſarium Lauretanum, reliquiis AEdis S. 1719 admotum, e Nuce Indica paratum, & argento exornatum.

Roſa-

Rosarium e globulis odoratis.

Rosarium e globulis ligneis, argento exornatis.

Rosarium ex ebore, tam exile & tenue, vt *grano piperis* includatur.

Rosarium e globulis ligneis, nigri coloris, quo vsa fuit *Anna Grant*, femina Hibernica.

Rosarium e globulis ligneis, appendente cruce, quae cruciculis aliis e matre perlarum distincta est.

Icuncula *Sancti* cuiusdam, ex achate nigro, argento deaurato inclusa, cum duabus literis AT vtrinque dependentibus.

Signum aeneum *Sanctae* cuiusdam, librum tenentis.

Sepulchri Dominici Hierosolymitani ectypon ligneum, hölzernes Model des H. Grabes zu Jerusalem.

Schedulae Colonienses prophylacticae, chartacea altera, altera sericea, capitibus 3 Regum admota, indeque, si credere fas est, vim adepta, varios morbos & subitaneam mortem averruncandi. Vtrique inscriptum: *Sancti tres Reges, Caspar, Melchior, Balthasar, orate pro nobis, nunc & in hora mortis nostrae. Ces Billets ont touché aux trois testes des saints Roys à Cologne, ils sont pour les Voyageurs, contre les malheurs des chemins, maux de teste, mal caduque, fiévres, sorcellerie, toute sorte de malefice, & mort subite.*

Speculum, cuius auersa pars continet imaginem *B. Virginis Hallensis*, cum perigraphe: S. MARIA. V. HAL. Adstant 2 Angeli, coronam tenentes super Spiritum S. cum verbis: ANGELVS DEI. Addam Libros, Chartas & Membranas, de quibus p. 249 sqq leguntur sequentia: *Albi*

Digitized by Google

Alba varia Academica & Apodemica, videlicet:
Francisci a Domsdorff, Nobilis Westphali.
Henrici Lubberti, Pastoris Behlendorffiensis.
Ioachimi Morsii, Patricii Hamburgensis.
D. Ieremiae Reusneri, I. C. Wittenbergensis.
M. Iohannis Stolterfothi, Pastoris Lubecensis.
M. Arnoldi Stolterfothi, Archidiaconi Stralesundensis.

Alphabetum Rusticum, volumini chartaceo, vndecim vlnarum, eleganter inscriptum, & minio exornatum.

Breuiarium antiquum, siue Horae Canonicae, in membrana, cum picturis elegantissimis. Gallum possessorem olim hic liber habuit, ceu ex Calendario Gallico praemisso, & precibus eiusdem idiomatis suffixis, patet. Imo participia feminina, pagina penultima occurrentia, v. g. *blessée, enyurée, delivrée*, &c. ad Feminam quandam Gallicam pretiosum hunc codicem manuscriptum spectasse arguunt.

Specimen *Calligraphiae* muliebris, a femina Belgica, *Maria Garnier*, an. 1699 exaratum.

Tabulae binae chartaceae, a *Matthia Buchinger*, natura *manibus pedibusque destituto*, solius cubitorum cartilaginis adminiculo, artificiose calamo, & penicillo exaratae.

Charta incombustibilis, ex Amianto Hungarico parata. Worm. p. 351.

Charta Sinica.

Diplomata & *Sigilla* varia, Pontificum, Principum, Comitum, Nobilium, & priuatorum, e saeculo XIII & sequentibus.

Mem-

Membrana, continens elegantem *picturam*, quam *L. v. Westervelt* an. 1644 plumbo scriptorio exaravit.

Micrographiae specimen, membrana scilicet, cui capita Catecheseos Christianae, & nonnulli Psalmi Dauidici, minutissimis literis & spatiis sunt inscripti.

Aliud *Micrographiae* specimen, an. 1693 exaratum, membrana scilicet, cui integra Passionis Christi historia, in forma crucis, minusculis literis inscripta est.

Aliud *Micrographiae* ac *Calligraphiae* exemplar, membrana scilicet, cuius margini capita Catecheseos, & Psalmus CXVII in viginti linguis: Davidis autem, in medio exstantis, pallio Latina Psalmorum verba sunt inscripta.

Testamenta plurima antiqua, Procerum & Civium Lubecensium, ex saeculo XIV & sqq.

Scriptura *Malabarica*, a iuuene Malabarico, e Gentilismo ad Christianam fidem conuerso, & olim *Kuthjan* dicto, iam vero *Timotheo* appellato, qui cum Missionario Danico, *Henrico Plützkow*, ex emporio Coromandeliae Tranquebar huc aduenerat, an. 1713. d. 2 Ian. stylo ferreo in folio palmae exarata. v. Lauer. Mus. R. p. 126. Worm. p. 382 sq.

Alia scriptura *Malabarica*, folio palmae incisa. Haec speciminis loco sufficiant. Nam si omnium, quae hoc Museum (ex quo nonnulla etiam in Novis Literariis Maris Balthici passim leguntur descripta) continet, notitiam dare vellem, totum istud esset describendum.

Vti vero Museum aliquo tantum modo ad Historiam Lubecensem Naturalem & Curiosam spectat, ita Scriptum, quod sequitur, Historiam Lubecensem, & simul Westphalicam, propius attin-

Digitized by Google

attingit. Titulum gerit: Die zu Lübeck wol aufgenommenen Weſtfälinger / & recenſet Weſtphalos, quos Lubeca recepit, honoribus auxit, atque in honeſtiſſimum Ciuium ordinem cooptauit. Poſt Praefationem, oſtendentem, quomodo Weſtphalia filios ſuos longe lateque in orbem emiſerit, agitur Cap. I von Ankunfft und Auffnahme der Weſtfälinger in Lübeck. II. von Lübeckiſchen Biſchöffen, und Capitularen. III. von Lübeckiſchen Raths-Perſonen, und deren Bedienten. IV. von Lübeckiſchen Superintendenten, Predigern, und Kirchen Bedienten. V. von Lübeckiſchen Rechts-Gelehrten. VI. von Lübeckiſchen Medicis. VII. von Lübeckiſchen Schul-Collegen. VIII. von Lübeckiſchen Bürgern und Handels-Leuten aus Weſtfalen bürtig. IX. von Weſtfälingern, die gegen ihre Wirthin und Wolthäterin, die Stadt Lübeck, erkändtlich geweſen ſind.

Habes, Vir celeberrime, notitiam MSStorum Mellianorum, quae, aeque ac alii, luce dignisſima iudicabis. Vtinam vero tibi etiam placeret, poſt Petrum Lambecium ac alios, ad deſcribendas Res Hamburgenſes & animum & manus admouere, quantum Hiſtoricum & patriae tuae Ciuitati poſſemus gratulari! Numen largiatur modo tantas corporis vires, quanta ingenii polles facultate. Sic limata & plane exaſciata orbis eruditus de Te ſibi poterit polliceri. Vale reipublicae litterariae ac patriae ornamentum, & recuperata nuper valetudine diutiſſime fruere. Lubec. Cal. Mart. MDCCXXII.

FINIS.

Operarum errores corrigendi.

PAg. 8. lin. 27. ἐπιδειπ]ικὴ leg. ἐπιδειχ]ικὴ. p. 24. l. antep. *Paedalogia* l. *Paedologia*. p. 31. l. 12. *Confraternitas* l. *Confraternitatis*. p. 34. l. vlt. *ſau* l. *ſua*. p. 35. l. 22. *indicauit* l. *iudicauit*. p. 36. l. pen. *Beae* l. *Bene*. p. 37. l. pen. *Syndolog.* l. *Synodolog.* p. 45. l. 9 poſt *Rectoris* add. *munus*. l. 18. 1338. l. 1538. l. 20. *Tengroram* l. *Tengrorum*. l. 21. *ſcriptum* l. *ſcriptam*. p. 48. l. 8. *reprobratum* l. *reprobatum*. p. 60. l. 14. *Etilitate* l. *Bilitate*. p. 63. l. 18. *ille* l. *illi*. p. 70. l. 8 dele; *cognitione*. p. 71. l. 1. 1574. l. 1547.

Digitized by Google

1547. p. 88. l. 16. *fru* l. *fructu*. p. 92. l. 12 *puribus* l. *puris*. p. 98 lin. pen. del. *oſten*. p. 99 l. 22 *commilitionibra* l. *commilitonibus*. p. 123. l. 4. *omnia* l. *omina*. p. 124. l. 11 *idole* l. *indole*. l. 15. *triuales* l. *triuiales*. p. 132. l. 11. *yt* l. *vt*. p. 138. l. 4. *praeſtatisſimorum*. l. *praeſtantisſimorum*. p. 141. l. 14. *qupd* l. *quod*. ib. *Conrectorem* p. 142. l. 21. *eiusmo* add. *di*. p. 232. l. 18 *inculenter* l. *luculenter*. p. 233. l. 14. *lecturororum* l. *lecturorum*. p. 243. l. 2. *defenſas* l. *defenſae*. p. 244 l. 26 *palaeſtnam* l. *palaeſtra*. p. 254. l. 9. *praeſtantium* l. *praeſtantiam*. p. 273. l. vlt. *D.* l. *De*. p. 282. l. 27 *ſe*. l. *ne*. p. 286. l. 5. *labatur* l. *dabatur*. p. 291. l. 3. συζήτησιν l. συζητησιν. p. 292 *iniquas* l. *iniquos*. p. 308. l. 4. *particularis* l. *particulares*. l. 21. *eſt* l. *&*. p. 309. l. 2. *paticulares* l. *particulares*. p. 313. l. 23. *publicae* l. *publice*. p. 314. l. vlt. *ex* l. *&*. p. 315. l. 20. *aliquas* l. *aliquos*. p. 322. l. 7 *rediere* l. *redire*. l. 10. *illas* l. *illis*. p. 325. l. 3. *edito* l. *editio*. p. 330. l. 4. *Diuo* l. *Diua*. p. 336. l. 29. *ſocietate* l. *ſocietati*. p. 341. l. 23 poſt *ex* inſere *Wolfg. Franzii*. p. 342. l. 22. *nobiſſ.* l. *nobiliſſ.* p. 343. l 16. *graſſentem* l. *graſſantem*. p. 350. l. 24. *cummuni* l. *communi*. p. 358. l. 29. *cui* l. *qui*. l. 31. *ſcholes* l. *ſcholas*. p. 369. l. 20 *aegrae* l. *aegre*. p. 370. l. 18. *ſuoptae* l. *ſuopte*. p. 373. l. 29. clɔ Iɔc XX. l. clɔ Iɔc XL. pag. 377. lin. 18 *Latinae* leg. *Latine*. lin. 26 *orationes* l. *orationis*. p. 379. l. 9. *pueris* l. *pueri*. p. 385. l. 13 *peregrie* l. *peregregie*. p. 390 l. 13 pro 4 pon. 8. p. 398 l. 6 *efferrendo* l. *efferendo*. p. 408. l. 12. *deiinceps* l. *deinceps*. p. 419. l. antep. *Vocabuli* l. *Vocabula*. p. 428. l. 14 *tum* l. *tam*. p. 429 l. vlt. *Iſocritis* l. *Iſocratis*. p. 445. l. 5 *lectionum* l. *lectionem*. l. 25. *factum* l. *fratum*. p. 475. l. 20 *ſanguine* l. *ſanguineo*. p. 480. l. 9. *formaris* l. *formare*. l. 14. *aſſiduae* l. *aſſidue*. p. 496. l. 14. *Albertum* l. *Album*. l. 19. *maximae* l. *maxime*. p. 501. l. 24. *Lubenſ.* l. *Lubecenſ.* p. 516. l. 18 *fidem* l. *fidelem*. p. 518. lin. pen. *comparabunt*. l. *comparebunt*. p. 526. l. 19 *ſurpantur* l. *ſurpatur*. p. 527. l. pen. *Graecae* l. *Graece*. p. 528. l. 8. *Examinae* l. *Examine*. l. 21. *Auctuarium*. l. *Auctarium*. p. 533. *laudabile* l. *laudabili*. p. 549. l. 9. *flere* l. *fere*. p. 562. l. 24 *animae* l *anima*. p. 571. l. 8 *Praeceptoribus* l. *Praecocibus*. Hos oculo fugitiuo animaduerti in iis plagulis, quas relegere licuit. Si plures ſunt, (qui propter auctoris abſentiam haud difficulter potuerunt irrepere) rogatur Lector, velit ipſe medicam emendantis manum adhibere.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
MAG 201238
Digitized by Google

Digitized by Google